Iam vero quum veritatis praecones ita docuerint, quis adeo sit audax ac temerarius, ut dictioni ERAT opponat NON ERAT? et pro QUI SUM et QUI EXISTO, creaturam appellet eum qui intemporaliter et impassibiliter genitus fuit, et in sinu patris est collocatus? Nam qui est, non conditur: qui existit, non creatur. Nam vocabula FACTUM EST, et ACCEPIT, et quaelibet huiusmodi, non de Deo proprie loquentes, sed dispensationem praedicantes dixerunt ii, quibus divinae scientiae credita fuerunt mysteria. Et primus quidem beatus Iohannes: et Verbum, inquit, caro factum est. Quum antea dixisset, in principio erat Verbum, et saepe vocabulum ERAT de divinitate pronunciasset, mox ad incarnationis dispensationem accedens, necessario FACTUM EST posuit. Non enim erat ab aeterno illa quae ex nobis a Deo Verbo adsumpta fuit inchoatio, sed in fine saeculorum ea facta est, et a Deo Verbo adsumpta. Hoc agit etiam beatus Paulus; nam quum dixisset « in forma Dei existens » atque addidisset « non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo » subdidit « semet ipsum exinanivit formam servi accipiens. » Verbis « in forma servi » vocabulum « accipiens » accommodavit; verbis autem « in forma Dei » vocabulum « existens » connexuit. Ergo Dei forma praeexistens, vel potius semper existens, suscepit servi formam. Non est igitur creatura, neque factura, neque ex non olim extantibus Dei Verbum, sed ex Deo patre genitum, patri semper coëxistit, et adorationem una cum patre a fidelibus excipit.

(1) Reprehendit dicta ab Ario in impio libro Thalia, de quo Athanasius orat. I. contra Arium. Graecos latinosque patres qui arianam haeresim refutaverunt diligenter nos recensuimus in prologo ad fragmenta Arianorum, Script. vet. T. III. part. 2. p. 188. seq. Plenam arianismi expositionem habes apud praedictum Athanasium et Fulgentium Ferrandum a nobis editum, nec non in fragmentis a nobis item ex palimpsesto erutis, et saepe alibi.

IX. *De generatione ex Deo.*

Nemo vero generationem audiens, mente sibi confingat generationis nostrae passiones, decisionem, fluxum, partum, et alia huiusmodi. Nam corporum hae sunt passiones: Deus autem incorporeus est, impassibilis, invertibilis, immutabilis, in eodem semper statu consistens. Quod si quis existimat nullam esse generationem passione carentem, tunc etiam cum de creatione sermo fuerit, easdem cogitationes mente revolvet: namque ut in generatione decisio et fluxus, sic in creatione cura, labor, sudor, instrumenta, materia praeexistens, frustratus successus, et alia huiusmodi quae creationes comitantur. Sin vero una Deo suffecit voluntas ad rerum omnium creationem, statimque ac voluit, quae non erant fecit existere, admittat adversarius, generationem quoque Dei, passione omni vacasse. Nam sicuti haud ea qua homines solent ratione creavit, sic dissimili quoque modo genuit.

X. *Quid significent Domini nomina.*

Ideo et filius Verbum nominatur ceu impassibiliter genitus, veluti ex mente genitum verbum absque passione. Filius vero vocatur, quia ex patre generante proveniens. Deus item appellatur, ceu paternae naturae particeps, et persimilis Dei generantis imago: unigenitus autem, ceu solus de solo, unicoque modo genitus: splendor gloriae, ceu qui in se ipso patrem repraesentat, semperque cum gignente est, sicuti cum luce splendor: figura substantiae, ne forte simplicem actionem, sed viventem substantiam Deum Verbum esse credas, quae totum in se genitorem repraesentat. Primogenitus autem non est divinae naturae, sed dispensationis proprium vocabulum. Nam qui fieri posset ut Dei

θʹ. Περὶ τῆς ἐκ θεοῦ γεννήσεως.

Μηδεὶς δὲ γέννησιν ἀκούων, τοῖς λογισμοῖς δεχέσθω τὰ πάθη τῆς ἡμετέρας γεννήσεως, τομὴν, καὶ ῥεῦσιν, καὶ ὠδῖνα (1), καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα· σωμάτων γὰρ ταῦτα παθήματα· θεὸς δὲ ἀσώματος, καὶ ἀπαθὴς, ἄτρεπτός τε, καὶ ἀναλλοίωτος, ἀεὶ ὡσαύτως ἔχων· εἰ δέ τις οἴεται γέννησιν μὴ εἶναι πάθους ἀπηλλαγμένην, καὶ ἐν τοῖς περὶ κτίσεως λόγοις τούτους δεχέσθω τοὺς λογισμούς· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ τομὴ καὶ ῥεῦσις, οὕτως ἐνταῦθα φροντὶς, καὶ πόνος, καὶ ἱδρὼς, καὶ ὄργανα, καὶ ὕλη προϋποκειμένη (2), καὶ ἀποτυχίαι, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα συμπαρομαρτεῖ τοῖς κτίσμασιν· εἰ δὲ μόνη βούλησις τῷ θεῷ εἰς τὴν τοῦ παντὸς ἤρκησε δημιουργίαν, καὶ βουληθεὶς παραχρῆμα τὰ μὴ ὄντα ἔδειξεν ὄντα, δεξάσθω ὁ ἀντιλέγων καὶ τὴν γέννησιν τοῦ θεοῦ πάθους ἀπηλλάχθαι παντός· ὥσπερ γὰρ οὐ τοῖς ἀνθρώποις ὁμοίως ἐδημιούργησεν, οὕτως οὔτε ὁμοίως ἐγέννησεν.

ιʹ. Τίς ἡ ἔννοια τῶν τοῦ κυρίου ὀνομάτων.

Διὸ καὶ ὁ λόγος ὁ υἱὸς ὀνομάζεται ὡς ἀπαθῶς γεννηθεὶς, κατὰ τὸν ἐκ τοῦ νοῦ γεγεννημένον λόγον ἀπαθῶς· υἱὸς δὲ καλεῖται ὡς ἐκ τοῦ πατρὸς γεννητῶς προελθών· θεὸς δὲ προσαγορεύεται ὡς τῆς πατρικῆς φύσεως μετέχων, καὶ ἀπαράλλακτος εἰκὼν ὑπάρχων τοῦ θεοῦ γεννήσαντος· μονογενὴς δὲ, ὡς μόνος ἐκ μόνου, καὶ μονοτρόπως γεννηθείς· ἀπαύγασμα δόξης, ὡς ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα δεικνὺς, καὶ ἀεὶ συνὼν τῷ γεννήσαντι, ὥσπερ τῷ φωτὶ τὸ ἀπαύγασμα· χαρακτὴρ ὑποστάσεως, ἵνα μὴ ψιλὴν ἐνέργειαν ἀλλὰ ζῶσαν ὑπόστασιν τὸν θεὸν λόγον εἶναι πιστεύσῃς, ὅλον ἐν ἑαυτῇ τὸν γεννήσαντα δεικνῦσαν· τὸ δὲ πρωτότοκος οὐκ ἔστι τῆς θείας φύσεως, ἀλλὰ τῆς οἰκονομίας ὄνομα· πῶς γὰρ

(1) Cod. ὀδύνην *dolorem*. Sed malui ὠδῖνα *partum*, ut infra cap. X.

(2) Ferrandus contra Arrianos apud nos Script. vet. T. III. part. 2. p. 171. dicit *subiacentem materiam*.

οἷόν τε τὸν Θεὸν λόγον, καὶ μονογενῆ καὶ πρωτότοκον εἶναι· ἐναντία γὰρ τὰ ὀνόματα· καὶ ὁ μὲν μονογενὴς τὸν μόνον γεννηθέντα σημαίνει, ὁ δὲ πρωτότοκος τὸν πρὸ ἑτέρων τεχθέντα, καὶ ἑτέρων τῷ τόκῳ πρωτεύοντα· ὁ Θεὸς δὲ λόγος ἀδελφὸν οὐκ ἔχει, μονογενὴς γάρ· πῶς οὖν πρωτότοκος ὁ μόνος ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθείς; οὐκοῦν εὔδηλον, ὡς τῆς οἰκονομίας τὸ πρωτότοκος ὄνομα.

Εἰ δέ τις ἀμφιβάλλει, παρὰ Παύλου
* Rom. VIII. 29. μανθανέτω βοῶντος· * ὅτι οὓς προέγνω καὶ προώρισεν συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς· τίνος γὰρ κατὰ φύσιν ἀδελφοὶ οἱ πιστεύοντες; οὐ τοῦ Θεοῦ λόγου, ἀλλὰ τῆς ὁμοφυοῦς ἀνθρωπότητος· ταύτης γάρ εἰσι καὶ σύμμορφοι. Καὶ ἑτέρωθεν ἔλε-
* Philip III. 21. γεν· * ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ· οὐκοῦν αὐτός ἐστι καὶ πρωτότοκος ὁ τοὺς πολλοὺς
* Ps. XXI. 23. ἔχων ἀδελφούς· περὶ ὧν αὐτὸς ἐν ψαλμοῖς * φησίν· ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· οὐκ ἄλλον δὲ τὸν μονογενῆ, καὶ ἄλλον τὸν πρωτότοκον εἶναι φαμέν, ἀλλὰ τὸν αὐτόν, οὐ κατὰ τὸ αὐτὸ δέ· μονογενὴς μὲν γὰρ ὠνόμασται κατὰ τὴν ἄνωθεν γέννησιν, πρωτότοκος δὲ κέκληται ὡς πρῶτος τῆς ἐπὶ τὴν ζωὴν φερούσης γεννήσεως τὰς ὠδῖνας λύσας· διὰ τοῦτο καὶ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν ὀνομάζεται, ὡς πρῶτος ἀναστάς, καὶ τοῦ θανάτου τὰς πύλας ἀνοίξας· καὶ πρωτότοκος πάσης τῆς κτίσεως, ὡς πρῶτος ἐν τῇ καινῇ κτίσει τεχθείς, ἣν ἀνεκαίνισε γεννηθείς· περὶ ἧς ὁ μακάριος λέγει Παῦ-
* II. Cor. V. 17. λος· * εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθον, ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. Εἰ δὲ φιλονεικεῖεν, οἱ τὴν ἔριν τῆς πειθοῦς προτιμῶντες, περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου τὸ πρωτότοκος εἰρῆσθαι πάσης κτίσεως, τὴν μὲν ἀμαθίαν αὐτῶν γελασόμεθα· συγχωρήσομεν δὲ ὅμως, ἵνα καὶ οὕτως ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος παρ᾽ ἡμῖν οὖσαν τὴν ἀλήθειαν δείξωμεν· πρωτότοκος γάρ, ἀλλ᾽ οὐ πρωτόκτιστος πάσης κτίσεως λέγεται· ὡς εἶναι

Verbum et unigenitum esset et primogenitum? Pugnant enim haec inter se vocabula: namque unigenitus, unicum genitum significat; primogenitus autem eum qui ante ceteros genitus fuerit, et reliquos nativitate praecesserit. Porro Verbum Deus fratrem non habet, utpote unigenitus. Quomodo ergo sit primogenitus, qui solus a patre fuit genitus? Constat igitur dispensationis esse vocabulum « primogenitus. »

Quod si quis adhuc dubitat, a Paulo discat clamante: « quos praescivit et praedestinavit conformes fieri imagini filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. » Iam cuiusnam secundum naturam fratres sunt qui credunt? Haud sane Verbi Dei, sed congenitae humanitatis: namque et huic sunt conformes. Item alibi ait: « qui reformabit corpus humilitatis nostrae, ut fiat conforme corpori gloriae suae. » Ergo idem est quoque primogenitus, qui multos habet fratres. De quibus ipse in psalmis ait: « narrabo nomen tuum fratribus meis. » Haud vero alium unigenitum, et alium primogenitum esse dicimus, sed eundem, non tamen secundum idem. Unigenitus enim appellatus est secundum caelestem nativitatem; primogenitus vero vocatus, ceu qui primus nativitatis ad vitam deducentis partum solvit. Ideo et primogenitus ex mortuis nominatur, quia primus resurrexit, mortisque ianuas reseravit: primogenitus quoque omnis creaturae, ceu primus in nova creatione editus, quam natus renovavit: de qua beatus Paulus dicit: « siqua in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce nova facta sunt omnia. » Quod si adhuc litigent, qui contendere malunt quam persuaderi, de ipso Verbo Deo dictum esse « primogenitus omnis creaturae » ipsorum inscitiam ridebimus: indulgebimus simul aliquid, ut etiam sic valde apud nos abundare veritatem ostendamus. Dicitur quippe primogenitus, non autem primus creatus inter omnes creaturas: ut liquido appareat, eum ante omnem crea-

turam genitum fuisse, nihilque esse filio antiquius, sed cum patre semper fuisse, et ante omnem creaturam extitisse. Universa vero creatarum rerum natura utique posterior est, siquidem ab ipso ad existendum fuit perducta. Nihil ergo hinc blasphemis lucri accedet.

XI. *Quod nemo novit filium, nisi pater; nemoque patrem novit, nisi filius.*

Atque ut demonstremus patris filiique aequalitatem, ad ipsam veniamus Domini doctrinam. « Nemo, inquit, novit filium nisi pater ; nemoque novit patrem , nisi filius , et cui voluerit filius revelare. » Quid his verbis evidentius? Par, inquit, nobis cognitio est: cognosco enim patrem cognitus ab ipso: et cognoscit me pater a me vicissim cognitus. Universa autem creatura cognitione nostra excluditur. Nam qui fieri posset ut natura non particeps nostrae, cognitionem participaret? Participant autem nonnulli parum quid contemplationis: ego enim revelo, quoad licet, quibus mihi libitum fuerit patris notitiam, tamquam in speculo et aenigmate. Haec a dominicis doctrinis didicimus. Quemnam heic locum habent, maius et minus? quaenam creatura creatorem cognoscit, sicuti ipsa a creatore cognoscitur? Quaenam res facta aequalitatem cum factore tuetur? An ignoramus quomodo de creatis rebus divina scriptura loquatur? In mentem itaque revocemus verba prophetae: « initio tu , Domine , terram fundasti , et opera manuum tuarum sunt caeli: ipsi peribunt, tu autem permanes : et omnes sicut vestimentum veterascent , et sicut opertorium invertes eos, et immutabuntur: tu vero idem ipse es, et anni tui non deficient. » Et rursus : « qui facis angelos tuos spiritus, et ministros tuos flammam ignis. » Haec est creaturae a creatore diversitas. Ubi ergo aequalitas, ibi non est creatura et creator , sed pater ac filius: quare et haec posuit nomina , ut ex his

δῆλον ὅτι αὐτὸς μὲν πρὸ πάσης ἐγεννήθη τῆς κτίσεως, καὶ οὐδὲν τοῦ υἱοῦ πρεσβύτερον, ἀλλὰ πατρὶ μὲν ἀεὶ συνῆν, τῆς δὲ κτίσεως ἁπάσης προῆν· πᾶσα δὲ τῶν δημιουργημάτων ἡ φύσις ὕστερον ποτὲ, εἰ ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸ εἶναι παρήχθη· ὥστε οὐδὲν ἐντεῦθεν τοῖς βλασφημοῦσι περιέσται.

ιαʹ. Ὅτι οὐδεὶς οἶδε τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατὴρ, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸν πατέρα, εἰ μὴ ὁ υἱός.

Ἵνα δὲ δείξωμεν πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν ἰσότητα, ἐπ' αὐτὴν ἔλθωμεν τὴν τοῦ κυρίου διδασκαλίαν· * οὐδεὶς, φησὶν, οἶδε τὸν υἱὸν, (* Matth. XI. 27.) εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τίς ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱὸς, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι· τί τούτων τῶν ῥημάτων σαφέστερον; ἴση, φησὶν, ἡμῖν ἡ γνῶσις ἐστί· γινώσκω γὰρ τὸν πατέρα, γινωσκόμενος ὑπ' αὐτοῦ· καὶ γινώσκει με ὁ πατὴρ, καὶ γινωσκόμενος ὑπ' ἐμοῦ· πᾶσα δὲ ἡ κτίσις τῆς ἡμετέρας ἐκβέβληται γνώσεως· πῶς γὰρ οἷόν τε τῆς φύσεως ἡμῶν οὐ κοινωνοῦσαν, κοινωνῆσαι τῆς γνώσεως; μεταλαγχάνουσι δέ τινες ὅμως βραχείας τινὸς θεωρίας· ἀποκαλύπτω γὰρ ὡς οἷόν τε οἷς ἂν ἐθέλω τὴν περὶ τοῦ πατρὸς γνῶσιν, ὡς ἐν ἐσόπτρῳ καὶ αἰνίγματι· ταῦτα ἐκ τῶν δεσποτικῶν ἐμάθομεν διδαγμάτων· ποίαν ἐνταῦθα χώραν ἔχει τὸ μεῖζον καὶ ἔλαττον; ποῖον κτίσμα τὸν κτίστην γινώσκει, ὡς ὑπὸ τοῦ κτίστου γινώσκεται; ποῖον δὲ ποίημα τὴν πρὸς τὸν ποιητὴν ἰσότητα δέχεται; ἢ οὐκ ἴσμεν ὅπως περὶ τῆς κτίσεως ἡ θεία γραφὴ διαλέγεται; ἀναμνησθῶμεν τοίνυν τῶν τοῦ προφήτου ῥημάτων· * κατ' ἀρχὰς σὺ κύριε τὴν γῆν ἐθε- (* Ps. CI. 26.) μελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οὐρανοί· αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. Καὶ πάλιν· * ὁ ποιῶν τοὺς (* Idem CIII. 4.) ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· αὕτη κτίσεως καὶ κτίστου διαφορά· ἔνθα τοίνυν ἰσότης, οὐκέτι κτίσμα καὶ κτίστης, ἀλλὰ πατὴρ καὶ υἱός· διὸ καὶ ταῦτα τέθεικε τὰ ὀνόματα, ἵνα ἐκ

τῶν ὀνομάτων μάθωμεν τὴν ταυτότητα· οὐδεὶς γάρ φησι, γινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τίς ἐπιγινώσκει εἰ μὴ ὁ υἱός· τῷ εἰπεῖν οὐδείς, τὴν κτίσιν ἐδήλωσεν· ἐκβαλομένη δὲ ἡ κτίσις, δείκνυσι τὸν μένοντα τῶν κτισμάτων ὑπέρτερον, τῷ δὲ γεννήσαντι φυσικῶς συνημμένον· οὐδεὶς γινώσκει τὸν υἱὸν εἰ μὴ ὁ πατήρ, οὐδὲ τὸν πατέρα τίς ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱός, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι.

Εἰπάτωσαν οἱ τῆς ἀληθείας ἐχθροί, πῶς χρὴ τὴν θείαν ἀναγινώσκειν γραφήν; τῷ γράμματι στέργειν, ἢ τὴν ἔννοιαν ἐρευνᾷν; κᾂν μὲν οὖν τὸ δεύτερον εἴπωσι, μαθέτωσαν ἀφ' ὧν λέγουσι, κᾂν τοῖς οἰκείοις προβλήμασι τοῦτο ποιεῖν, καὶ τὴν ἀληθῆ τῶν πραγμάτων ζητεῖν ἑρμηνείαν· εἰ δὲ φαῖεν ἀρκεῖν τὸ γράμμα πρὸς ἀκριβῆ διδασκαλίαν, ἐκ τῶν προκειμένων τὴν ἔννοιαν αὐτῶν διελέγξωμαι· εὑρίσκεται γὰρ ἀνέφικτος μὲν ὁ υἱός, ὁ δὲ πατὴρ ἐφικτός· καὶ ὁ μὲν ἀπερινόητος, ὁ δὲ πατὴρ θεατός· περὶ μὲν γὰρ ἑαυτοῦ ὁ δεσπότης Χριστὸς εἰπών, ὅτι οὐδεὶς γινώσκει τὸν υἱόν, εἰ μὴ ὁ πατήρ, οὐκ ἐπήγαγε, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ πατὴρ ἀποκαλύψαι· εἰρηκὼς δὲ οὐδὲ τὸν πατέρα τίς ἐπιγινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱός, εὐθὺς προσέθηκε, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι· καὶ οὐ μόνον αὐτὸν θεωρητὸν πεποίηκεν, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκείας ἐξουσίας τὴν θεωρίαν ἐξήρτησεν· ἀλλὰ κᾂν μυριάκις εἰς τὸν υἱὸν ἀσεβεῖν ἐθέλωσιν, οἷς τοῦτο φίλον, ἡμεῖς οὐκ ἀνεξόμεθα βλάσφημον ἔννοιαν καταδέξασθαι περὶ θεοῦ καὶ πατρός· πιστεύομεν γὰρ ἀθέατον καὶ ἀπερινόητον εἶναι τὸν τῶν ὅλων θεόν· πῶς γὰρ ὁ ἀκατάληπτος, υἱὸς ἂν εἴη τοῦ καταληφθῆναι δυναμένου; ὁμοίως τοίνυν πατέρα καὶ υἱὸν ἀχώρητον εἶναι φαμὲν ἀνέφικτόν τε καὶ ἀκατάληπτον· ἀποκαλύπτεσθαι δὲ διὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν γνῶσιν πιστεύομεν τῷ τῆς διανοίας ὀπτικῷ καὶ τῇ τῆς πίστεως θεωρίᾳ· οὐδεὶς γινώσκει τὸν υἱόν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· οὐδὲ τὸν πατέρα τίς γινώσκει, εἰ μὴ ὁ υἱός· καὶ ἀλλαχοῦ· [a] καθώς, φησι, γινώσκει με ὁ πατήρ, κἀγὼ γινώσκω τὸν πατέρα· οὐχ' ὃ μὲν πλέον, ὃ δὲ ἔλαττον, ἀλλὰ καθὼς γινώσκω, γινώσκομαι.

[a] Ioh. X. 15.

ipsis unitatem substantiae discamus. Nemo enim, inquit, novit filium nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius. Vocabulo « nemo » creaturam denotat. Exclusa autem creatura demonstrat permanere eum qui creaturis superior est, genitori naturaliter copulatum. Nemo novit filium nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius, et cui voluerit filius revelare.

Dicant veritatis hostes: quomodo oporteat scripturam legere? litterae ne adhaerere, an sensum perscrutari? Et si hoc alterum dixerint, discant vel ex dictis propriis, in suis quoque propositionibus id agere, et veram rerum exquirere intelligentiam. Sin dicant sufficere vim litterae ad accuratam rei declarationem, ex propositis verbis eorumdem sensum arguam. Comperitur enim inintelligibilis filius, pater autem intelligibilis: et ille quidem incogitabilis, pater autem visibilis. Nam quum de se ipso dominus Christus dixisset, nemo novit filium nisi pater; non addidit, et cui voluerit pater revelare. Quum vero dixisset, neque patrem quis novit nisi filius, statim subdidit, et cui voluerit filius revelare. Neque solum noscibilem fecit patrem, sed hanc a sua potestate pendere cognitionem declaravit. Porro etiamsi millies adversus filium impie agere, prout solent, voluerint, nos blasphemam sententiam de Deo patre suscipere non feremus. Credimus enim invisibilem et incogitabilem esse universalem Deum. Nam quomodo incomprehensibilis, filius sit eius qui comprehendi possit? Ergo patrem aeque ac filium inintelligibiles, inaccessos, incomprehensibilesque dicimus. Revelari autem a patre etiam filii notitiam credimus mentis visui et fidei contemplationi. Nemo novit filium nisi pater, neque patrem quis novit nisi filius. Et alio loco: « sicut cognoscit me pater, et ego cognosco patrem. » Haud enimvero alter quidem magis, alter minus, sed quomodo cognosco, ita et cognoscor.

XII. *Quod par sit patris et filii potentia.*

Quorum ergo notio aequalis est, horum etiam potentia aequalis. Quorum autem aequalis potentia, horum scilicet substantia quoque una est. Quod vero patris ac filii aequalis sit potentia, ipse rursus nos Salvator docuit ita dicens: « qui sunt ex ovibus meis, hi vocem meam audiunt, et ego oves meas cognosco, quae me sequuntur, et vitam aeternam ego illis do, et in aeternum non peribunt; neque eas quisquam de manu mea rapiet. Pater, qui dedit mihi, maior omnibus est, nemoque de manu patris mei rapere potest. » Ego et pater unum sumus. Animadverte quomodo non simpliciter posuit, ego et pater unum sumus, praevidens scilicet haereticam malitiam, ne de consilio ac voluntate hanc intelligerent dictionem. Sed primo potentiae aequalitate stabilita, postea dictam sententiam subiecit. Namque ovibus, inquit, me sequentibus vitam aeternam ego do, ut nulla ex iis pereat in aeternum. Quis enim est tantus, ut de manu mea rapere possit, quicquid sub me pastore fuerit? Nam sicuti impossibile est quemquam patris dextera potiri, qui maior omnibus est, ita fieri nequit ut quilibet quempiam diripiat, qui meae custodiae sit traditus. Etenim ego et pater unum sumus. Ubinam ergo maius et minus? Si enim aeque, nec e filii manu, neque item ex patris manu potest quispiam rapere, maiori non est locus. Et quoniam, quia maior omnibus pater est, nemo rapere potest de manu eius; sequitur ut maior omnibus filius quoque sit, quoniam aeque nemo de manu eius rapere potest. Ideo addidit: ego et pater unum sumus. Nam si litteram denuo sequemur, filium praepositum videbimus: ego enim, dixit, et pater; non pater et ego. Demonstrataque personarum dualitate, praedicavit naturae unitatem. Nam dicendo, ego et pater, numerum persona-

ιβʹ. Ὅτι ἴση τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἡ δύναμις.

Ὧν τοίνυν ἡ γνῶσις ἴση, τούτων καὶ ἡ δύναμις ἴση· ὧν δὲ ἡ δύναμις ἴση, τούτων δηλονότι καὶ ἡ οὐσία μία· ὅτι δὲ ἴση πατρὸς καὶ υἱοῦ ἡ δύναμις, αὐτὸς ἡμᾶς πάλιν ὁ σωτὴρ ἐδίδαξεν οὑτωσὶ λέγων· * οἱ ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν. τῆς φωνῆς μου ἀκούουσι, κἀγὼ γινώσκω αὐτά. καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς. καὶ οὐ μὴ ἀπόλωνται εἰς τὸν αἰῶνα, οὐδ' οὐ μή τις ἁρπάσῃ αὐτὰ ἐκ τῆς χειρός μου· ὁ πατήρ, ὃς δέδωκέ μοι, μείζων πάντων ἐστί. καὶ οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρός μου· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. Ὁρᾶτε πῶς οὐχ ἁπλῶς τέθεικε τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. προορῶν τὴν αἱρετικὴν κακοήθειαν. ἵνα μὴ ἐπὶ βουλήματος καὶ θελήματος ταύτην λάβωσι τὴν φωνήν· ἀλλὰ πρότερον τὸ τῆς δυνάμεως ἶσον κατασκευάσας, οὕτω ταύτην ἐπήγαγε· τοῖς γὰρ προβάτοις, φησί, τοῖς ἀκολουθοῦσί μοι ζωὴν αἰώνιον δίδωμι ἐγώ, ὡς μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἀπολέσθαι εἰς τὸν αἰῶνα· τίς γάρ ἐστι τοσοῦτος ὡς ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρός μου δυνηθῆναι τὰ ὑπ' ἐμοῦ ποιμαινόμενα; ὥσπερ γὰρ τῆς δεξιᾶς τοῦ πατρός, ὃς μείζων πάντων ὑπάρχει, ἀμήχανον τινὰ περιγενέσθαι, οὕτως ἀδύνατον ἁρπαγῆναί τινα τῶν ὑπ' ἐμοῦ φρουρουμένων· ἐγὼ γὰρ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ποῦ τοίνυν τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον; εἰ γὰρ ὁμοίως, οὔτε ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ υἱοῦ, οὔτε ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ πατρός, ἁρπάσαι τίς δύναται, τὸ μεῖζον χώραν οὐκ ἔχει· καὶ ἐπειδὴ πάντων μείζων ὁ πατήρ, οὐδεὶς δύναται ἁρπάσαι ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ· μείζων ἄρα πάντων ὁ υἱός, ἐπειδὴ ὁμοίως οὐδεὶς ἐκ τῆς χειρὸς αὐτοῦ ἁρπάσαι δύναται· διὸ ἐπήγαγεν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· ἂν γὰρ τῷ γράμματι πάλιν ἀκολουθήσωμεν, ὀψόμεθα τὸν υἱὸν προτεταγμένον· ἐγὼ γάρ, εἶπε, καὶ ὁ πατήρ, οὐχ' ὁ πατὴρ καὶ ἐγώ· καὶ δείξας τὴν τῶν προσώπων δυάδα, ἐκήρυξε τὴν τῆς φύσεως ταυτότητα· τῷ γὰρ εἰπεῖν ἐγὼ καὶ ὁ πατήρ, τὸν ἀριθ-

* Ioh. X. 27-30.

μὸν τῶν ὑποστάσεων ἐσήμανε· τὸ δὲ ἐπαγαγεῖν ἐσμὲν ἕν, τὸ τῆς δυνάμεως ἐδήλωσεν ἀπαράλλακτον· ὧν τοίνυν ἴση ἡ γνῶσις, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ βούλησις, τούτων δηλονότι καὶ ἡ φύσις μία, κἂν ἀναισχυντῶσιν οἱ δυσφημοῦντες.

ιγ΄. Ὅτι πολλαχόθεν ἐστὶ μαθεῖν πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν ἰσότητα.

Ὅτι δὲ τὰ αὐτὰ δύναται τῷ πατρὶ καὶ
[ὁ υἱὸς], μαθεῖν ἐστὶν ἑτέρωθεν· ποτὲ μὲν
* Ioh. V. 17. γὰρ *, ὁ πατήρ μου, λέγει, ἕως ἄρτι ἐρ-
* Idem V. 21. γάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· ποτὲ δὲ *,
ὥσπερ ὁ πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς καὶ ζωο-
ποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ·
οὓς θέλει εἶπεν, οὐχ' οὓς κελεύεται· οὓς
βούλεται, οὐχ' οὓς προστάσσεται· τὸ μὲν
γὰρ δουλείας, τὸ δὲ δεσποτείας ἴδιον. Καὶ
* Idem X. 37. πάλιν ἑτέρωθεν· * εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ
πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ,
κἂν ἐμοὶ μὴ θέλητε πιστεύειν, τοῖς ἔργοις
πιστεύετε, καὶ γινώσκετε ὅτι ὁ πατὴρ ἐν
ἐμοί, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Ὁρᾶτε πάλιν κἀν-
* Idem X. 38. τεῦθεν πατρὸς καὶ υἱοῦ τὴν ἰσότητα· * ὁ πα-
τὴρ γάρ, φησιν, ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν αὐτῷ·
ἐπὶ δὲ τοῦ μείζονος καὶ τοῦ μείονος τοῦτο
εὑρεθῆναι ἀδύνατον· οἷον τί λέγω· πᾶσαν
ὁμοῦ τὴν κτίσιν ὁρωμένην τε καὶ ἀόρατον ἐν
ἑαυτῷ περιγράφει ὁ τῶν ὅλων θεός, μᾶλλον
δὲ ἐν τῇ χειρὶ κατέχει· ἐν γὰρ τῇ χειρὶ αὐ-
* Ps. XCIV. 4. τοῦ, φησί, τὰ πέρατα τῆς γῆς. * Καὶ πά-
* Is. XL. 22. λιν· * ὁ κατέχων τὸν γῦρον τῆς γῆς, καὶ τοὺς
ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ ὡσεὶ ἀκρίδας. Καὶ ἀλ-
* Idem XL. 12. λαχοῦ· * τίς ἐμέτρησεν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὸ
ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν
τὴν γῆν δρακί; πᾶσαν μὲν οὖν, ὡς ἔφην,
τὴν κτίσιν ἐν τῇ χειρὶ κατέχει τῶν ὅλων ὁ
ποιητής· αὐτὸν δὲ ὑπὸ τῆς κτίσεως περιλη-
φθῆναι ἀδύνατον· οὐκοῦν ἀμήχανον ὑπ'
ἀλλήλων τὰ ἄνισα χωρηθῆναι· εἰ δὲ τοῦτο
ἀληθές, ὥσπερ καὶ ἀληθές, χωρεῖ δὲ ὁ υἱὸς
τὸν πατέρα, ὥσπερ ὁ πατὴρ τὸν υἱόν, εὔδη-
λον ὁ τῆς ἀνισότητος λόγος ἐκβέβληται,
καὶ ἰσότης ἐν πατρὶ καὶ υἱῷ γνωρίζεται.

rum significavit: addendo autem, unum sumus, potentiae demonstravit paritatem. Quorum itaque aequalis est notio, potentia quoque et voluntas, horum videlicet una natura est, quicquid blasphemi impudenter dicant.

XIII. *Quod multipliciter discere licet patris ac filii aequalitatem.*

Quod tantundem ac pater filius possit, aliunde discere licet. Nunc enim, pater meus, inquit, usque modo operatur, et ego operor. Nunc autem: sicuti pater suscitat mortuos et vivificat, ita et filius quos vult vivificat. Quos vult dixit, non quos iubetur; quos ipse deliberat, non quos mandatur; namque illud servitutis est, hoc dominationis. Et rursus alibi: si non facio opera patris mei, mihi non credite: sin facio, etiamsi mihi credere nolueritis, operibus credite, et scitote quod pater in me sit, et ego in illo. Videte hinc denuo patris ac filii aequalitatem: nam pater, inquit, in me est, et ego in illo. Id autem in maiore ac minore reperiri prorsus non potest. Idque iam demonstrabo. Universam simul creaturam visibilem atque invisibilem in se circumscribit universalis Deus, vel potius manu sua tenet. Namque in manibus eius sunt, inquit, omnes fines terrae. Et insuper: qui continet gyrum terrae, incolasque eius sicut locustas. Et alibi: quis mensus est manu sua aquas, et caelum palmo, et universam terram pugillo? Universam itaque, ut dixi, creaturam manu continet universalis creator; ipsum autem a creatura contineri impossibile est: ergo fieri nequit ut inaequalia invicem contineant. Quod si verum est, ut reapse est, filius autem continet patrem, ut pater filium; inaequalitatis adsertio evidenter exploditur, et aequalitas in patre filioque agnoscitur.

XIV. *Demonstratio, quod honore sit par patri filius.*

Hanc nobis pariter demonstrationem ipse dominus Christus alibi facit dicens: ego sum ostium. Nemo venit ad patrem nisi per me. Et alio loco: nemo venit ad me filium, nisi pater meus caelestis adduxerit illum. Hinc docemur, filium aeque ad patrem, patremque ad filium salvandos adducere. Ubinam ergo servilis haereticorum liturgia? Ubinam creaturae conveniens cultus? Quandonam paternae dominationis et filialis servitutis inaequalitatem demonstrabunt? Audimus enim, modo a filio deduci ad patrem salutis studiosos; modo id ipsum a patre fieri, id est ad filium deduci fidei alumnos.

XV. *Quod una sit patris et filii natura.*

Hinc ergo discimus parem esse patris filiique honorem. Sed enim aliunde etiam id discere possumus, loquente Domino ad auditores iudaeos. Nam multis dictis, postremo conclusit: « etiamsi ego de me ipso testor, testimonium meum verum est, quia solus non sum, sed ego et qui misit me pater. In vestra quoque lege scriptum est, duorum hominum testimonium, verum iudicari. Ecce ego de me testor, meusque simul de me qui me misit pater testatur. Dicebant ergo ei Iudaei: ubinam est pater tuus? Respondit eis Iesus: neque me scitis neque patrem meum. Si me sciretis, patrem quoque meum sciretis. » Papae! quanta est haereticorum insania! quanto laborant stupore hi qui Arii Eunomiique blasphemiae sunt heredes! Sed praeter insaniam, multam quoque videre licet in ipsis vigentem impudentiam: nam missionem sus deque commemorant, et mittentem maiorem misso esse dicunt. Tanta illis inest ignorantia scripturarum! Neque reputant, quod ab Isaaco Iacobus in Mesopotamiam missus, non idcirco, ad

ιδ′. Ἀπόδειξις, ἰσότιμον εἶναι τῷ πατρὶ τὸν υἱόν.

Ταύτην δὲ αὖθις ἡμᾶς αὐτὸς ὁ δεσπότης Χριστὸς ἀλλαχοῦ διδάσκει λέγων· * ἐγώ εἰμι ἡ θύρα· οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ *. Καὶ ἑτέρωθεν· * οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν υἱὸν ἐμὲ, ἐὰν μὴ ὁ πατήρ μου ὁ οὐράνιος ἀγάγῃ αὐτόν. Διδασκόμεθα δὲ ἐντεῦθεν, ὡς ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ προσάγει τοὺς σωζομένους· ποῦ τοίνυν ἡ δουλοπρεπὴς τῶν αἱρετικῶν λειτουργία; ποῦ ἡ τῇ κτίσει πρέπουσα διακονία; ποῦ τῆς πατρικῆς δεσποτείας καὶ [υἱοῦ] δουλείας ἀνισότητα * δείκνυσιν; ἀκούομεν γὰρ ὡς νῦν ὁ υἱὸς ποδηγεῖ πρὸς τὸν πατέρα τοὺς σωτηρίας ἐφιεμένους· καὶ νῦν ὁ πατὴρ τοῦτο ποιεῖ, καὶ τῷ υἱῷ προσάγει τῆς πίστεως τοὺς τροφίμους. * Ioh. X. 9. * Idem XIV. 6. * Idem VI. 44. * cod. ἀλλ' ἰσότητα.

ιε′. Ὅτι μία πατρὸς καὶ υἱοῦ ἡ φύσις.

Καὶ μανθάνομεν ἐντεῦθεν πατρὸς καὶ υἱοῦ τὸ ἰσότιμον· τοῦτο δὲ καὶ ἑτέρωθεν ἐστὶ μαθεῖν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου διαλεγομένου πρὸς τοὺς ἰουδαίους ἀκούοντας· πολλὰ γὰρ διεξελθὼν, ὕστερον ἐπήγαγε· * κἂν ἐγὼ περὶ ἐμαυτοῦ μαρτυρῶ, ἡ μαρτυρία μου ἀληθής ἐστιν, ὅτι μόνος οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ· καὶ ἐν τῷ νόμῳ δὲ τῷ ὑμετέρῳ γεγραμμένον ἐστὶν, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστίν· ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ. Ἔλεγον οὖν αὐτῷ οἱ ἰουδαῖοι· ποῦ ἐστὶν ὁ πατήρ σου; ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς· οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου· εἰ ἐμὲ οἴδατε, καὶ τὸν πατέρα ἤδειτε ἄν· βαβαὶ πόση τῶν αἱρετικῶν ἡ παραπληξία; πόσην νοσοῦσιν ἐμβροντησίαν οἱ τοῦ Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου βλασφημίας κληρονόμοι; πρὸς τῇ παραπληξίᾳ, πολλὴν ἐστὶν ἰδεῖν ἐν αὐτοῖς ἐπανθοῦσαν ἀναισχυντίαν· τῆς γὰρ ἀποστολῆς ἄνω καὶ κάτω μνημονεύουσι, καὶ τὸν ἀποστείλαντα τοῦ ἀποσταλέντος φασὶν εἶναι τιμιώτερον· τοσαύτην ἔχουσιν ἀμαθίαν τῶν γραφῶν· καὶ οὐ λογίζονται ὡς ὑπὸ τοῦ Ἰσαὰκ ὁ Ἰακὼβ εἰς * Idem VIII. 14.

τὴν Μεσοποταμίαν ἀπεσταλμένος, οὐ μὴν διὰ τοῦτο ἐλάττων ἐστὶ τοῦ ἀποστείλαντος κατὰ τὸν λόγον τῆς φύσεως· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἰωσὴφ ἀπεστάλη μὲν ὑπὸ τοῦ Ἰακὼβ ἐπισκέψασθαι τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ οὐδεὶς ἂν φαίη τῆς τοῦ πατρὸς φύσεως μὴ μετέχειν. ἐπειδὴ τῷ πατρὶ πειθόμενος τὴν ἀποστολὴν κατεδέξατο.

naturam quod adtinet, minor est mittente. Aeque et Iosephus missus a Iacobo fuit ad fratres suos inspiciendos, neque tamen quisquam dixerit hunc patris naturae non fuisse participem, quia patri obtemperans missionem peragendam suscepit.

Ἀλλὰ φασὶν ἴσως· εἰ μὴ κατὰ τὸν λόγον τῆς φύσεως μείζους ἐνταῦθα τῶν ἀποσταλέντων οἱ ἀποστείλαντες. κατὰ τὸ πατρικὸν γοῦν ἀξίωμα ἔχουσι τῆς τιμῆς τὰ πρεσβεῖα· ἀλλ' εὑρίσκομεν. ὦ ἀνόητοι. φαίην ἂν πρὸς αὐτούς. καὶ τοὺς μείζους ὑπὸ τῶν ἐλαττόνων ἀποσταλέντας, καὶ οὐχὶ διὰ τοῦτο τῆς οἰκείας τιμῆς τοὺς ἀποσταλέντας γυμνώσομεν· ἀπεστάλη γὰρ ὑπὸ τοῦ Δαβὶδ Ἰωνάθας, ὁ τοῦ βασιλέως υἱὸς ὑπὸ τοῦ φυγάδος, ὁ τῷ πατρὶ συμβασιλεύων ὑπὸ τοῦ μηδὲ ἐν οἰκέτου τάξει φανῆναι τολμῶντος· ἐπεὶ τοίνυν. ὁ μὲν ἀπέστειλεν, ὁ δὲ ἀπεστάλη, οὐκέτι μὲν ὁ πεμφθεὶς βασιλεὺς κατὰ τὸν ὑμέτερον λόγον, οὐκέτι δὲ ὁ ἀποστείλας φυγάς· ἀλλὰ μεταβέβηκε μὲν ἐπὶ τὸν ἀποστείλαντα Δαβὶδ τὸ τοῦ πεμφθέντος ἀξίωμα· μεταβέβηκε δὲ ἐπὶ τὸν ἀποσταλέντα * Ἰωνάθαν ἡ τοῦ πέμψαντος δυσκληρία· ἀλλ' οὐχ οὕτω ταῦτ' ἔχει. Καὶ τί δεῖ λέγειν τὰ ἀνθρώπινα; εὑρίσκομεν γὰρ θεὸν ἀποσταλέντα, καὶ ἄνθρωπον ἀποστείλαντα· ὁ γὰρ τῷ Ἰακὼβ συμπαλαίσας φησὶν, ἀπόστειλόν με. ἀνέβη γὰρ ὁ ὄρθρος· πρὸς ὃν Ἰακὼβ ἔφη. οὐ μή σε ἀποστείλω ἐὰν μή με εὐλογήσῃς· τί πρὸς ταῦτα λέγειν ἔχουσιν οἱ σοφοὶ τῆς πίστεως τεχνολόγοι; ἄλλως δὲ καὶ ἐκ τῶν δεσποτικῶν εὑρήσομεν ῥημάτων καὶ αὐτὸν τὸν πέμψαντα πατέρα τῷ πεμφθέντι υἱῷ συνόντα· * μόνος γάρ φησιν οὐκ εἰμὶ, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πέμψας με πατήρ· καὶ ἀλλαχοῦ· * οὐκ ἀφῆκε με μόνον ὁ πατήρ μου· καὶ ἑτέρωθεν· * ὁ πατήρ μου ὁ ἐν ἐμοὶ μένων. αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα. Εἰ τοίνυν ἐν αὐτῷ, καὶ σὺν αὐτῷ ἦν ὁ πέμψας. ποῦ τοῦ πεμφθέντος ἡ εὐτέλεια; ὁ δὲ τὰ πάντα πληρῶν. ποῦ ἢ πόθεν ἀπεστάλη; ἡ γὰρ ἀποστολὴ τόπου ἀλλαγὴν αἰνίττεται· εἰ δὲ τὰ πάντα πατὴρ καὶ υἱὸς περιέχει οὔτε ὁ πατὴρ ὡς πόῤῥω τυγχά-

* cod. ἀποστείλαντα.

* Ioh. VIII. 16.

* v. 29.

* Idem XIV. 10.

Sed aiunt fortasse: etiamsi naturae ratione non fuerunt hi mittentes maiores missis, at paterna saltem dignitate primatum honoris tenebant. Atqui nos comperimus, o insani, (vos enim nominatim alloquor) maiores quoque a minoribus missos, neque idcirco proprio honore missos spoliabimus. Nam missus fuit a Davide Ionathas, regis filius a profugo, conregnator patris ab eo qui ne in servorum quidem ordine apparere audebat. Quoniam itaque ille quidem misit, hic autem missus est; iam qui missus fuit, rex non erit, ut vos ratiocinamini; neque qui misit, profugus; sed in mittentem Davidem, missi dignitas transiit: vicissimque in missum Ionatham, mittentis calamitas. Revera tamen haud haec ita se habent. Sed cur humana commemoramus? Comperimus enim Deum missum, et hominem mittentem. Nam qui cum Iacobo luctatus fuerat, mitte me inquit, namque aurora consurgit. Cui Iacobus ait: non te dimittam, nisi benedixeris mihi. Quid habent quod his opponant sapientes isti et artificiosi fidei doctores? Aliunde vero ex dominicis quoque cognoscemus verbis, ipsum quoque mittentem patrem misso cum filio coëxistentem. Solus enim, inquit, non sum, sed ego et qui misit me pater. Et alio loco: non reliquit me solum pater meus. Et alibi: pater meus in me manens, ipse opera facit. Si ergo in ipso et cum ipso erat qui misit, ubinam missi vilitas? Porro qui omnia implet, quo vel unde missus fuit? Nam missio loci mutationem innuit. Iam si omnia pater filiusque continent; neque pater ceu remotus ab illis ad quos misit, filium misit; neque filius ex alio in alium

transiit locum. Superest ergo ut existimemus adsumptae humanitatis fuisse missionem.

Sed iam tempus est ut ad dominicorum verborum interpretationem veniamus. Vestra, inquit, in lege scriptum est, duorum hominum testimonium esse verum. Deinde addit: ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, et testimonium perhibet de me qui misit me pater. Ergo imaginem spectantes, archetypum cognoscamus. Duorum, inquit, hominum verum est testimonium; atqui duorum hominum unam esse naturam cuncti fatentur; igitur patris et filii naturam unam, unam reapse ex imagine cognoscemus et confitebimur. Sicut enim ibi duo homines, ita et heic Deus et Deus, pater et filius, qui nominibus suis ipsis eandem esse naturam declarant. Neque enim qui verus sit Deus, natura differet a vero Deo; neque filius diversus ab illo erit, quum sit Dei filius. His auditis Iudaei interrogaverunt eum: ubinam est pater tuus? Respondit itaque Iesus: neque me scitis, neque patrem meum: si me sciretis, patrem quoque meum sciretis.

Videte rursus quomodo hinc consubstantialitas demonstratur. Si me inquit sciretis, patrem quoque meum sciretis. At vero ex eo quod diversum est naturâ, alterum item naturaliter diversum non dignoscitur. Namque aliena invicem et extranea, invicem non demonstrant: sed naturae communione coniuncta, ex alterutro noscuntur. Ex uno homine universam hominum naturam cognoscere licet; et ex una ove, universum ovium genus: non tamen ex ovibus leones, neque ex leonibus oves: neque angelos ex hominibus, neque ex angelis homines: nam unumquodque animal propriae naturae demonstrativum est. Si ergo unigenitum Verbum Dei creatura est, et ex non antea extantibus, et ex alia quadam natura natum, quomodo

νων ἐκείνων. πρὸς οὓς ἀπέστειλεν. ἔπεμψε τὸν υἱόν. οὔτε ὁ υἱὸς ἐξ ἑτέρου εἰς ἕτερον μεταβέβηκε τόπον· οὐκοῦν λείπεται νοεῖν τὸ ἀναληφθείσης ἀνθρωπότητος τὴν ἀποστολὴν εἶναι.

Ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ἑρμηνείαν τῶν δεσποτικῶν ῥημάτων ἀναδραμεῖν καιρός. Ἐν τῷ νόμῳ, φησὶ *, τῷ ὑμετέρῳ γέγραπται, ὅτι δύο ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν· εἶτα ἐπάγει. ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ μαρτυρῶν περὶ ἐμαυτοῦ. καὶ μαρτυρεῖ περὶ ἐμοῦ ὁ πέμψας με πατήρ· ἀποβλέψαντες τοίνυν τὴν εἰκόνα, νοήσωμεν τὸ ἀρχέτυπον· δύο, φησὶν, ἀνθρώπων ἡ μαρτυρία ἀληθής ἐστιν· τῶν δὲ δύο ἀνθρώπων ἡ φύσις μία δηλονότι παρὰ πᾶσι ἂν ὡμολόγηται· οὐκοῦν πατρὸς καὶ υἱοῦ ἡ οὐσία μία, μία * ἐκ τῆς εἰκόνος νοηθήσεταί τε καὶ ὁμολογηθήσεται· ὥσπερ γὰρ ἐκεῖ δύο ἄνθρωποι. οὕτω καὶ ἐνταῦθα θεὸς καὶ θεὸς, πατὴρ καὶ υἱὸς, καὶ αὐτοῖς τοῖς ὀνόμασι δηλοῦντες τὸ φύσεως τὴν ταυτότητα· οὔτε γὰρ ὁ ἀληθῶς θεὸς ἑτέρας ἂν εἴη φύσεως παρὰ τὸν ἀληθινῶς θεόν· οὔτε ὁ υἱὸς ἄλλος παρ᾽ ἐκεῖνον, θεοῦ ὑπάρχων υἱός· τούτων ἀκούσαντες οἱ ἰουδαῖοι ἠρώτησαν αὐτόν· * ποῦ ἐστιν ὁ πατήρ σου: ἀπεκρίθη τοίνυν ὁ Ἰησοῦς· οὔτε ἐμὲ οἴδατε, οὔτε τὸν πατέρα μου· εἰ ἐμὲ ᾔδειτε. καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδειτε ἄν.

Ὁρᾶτε πάλιν πῶς ἐντεῦθεν τὸ ὁμοούσιον δείκνυται· εἰ ἐμὲ γάρ, φησιν, ᾔδειτε, καὶ τὸν πατέρα μου ᾔδειτε ἄν· ἐκ δὲ τοῦ ἑτερουσίου τὸ ἑτεροούσιον οὐ γνωρίζεται· τὰ γὰρ ἀλλόφυλα καὶ ξένα, ἀλλήλων οὐκ εἰσὶ δηλωτικά· τὰ δὲ φύσεως κοινωνοῦντα δι᾽ ἀλλήλων γινώσκεται· δι᾽ ἑνὸς μὲν ἀνθρώπου, πᾶσαν τὴν ἀνθρώπων τὴν φύσιν ἰδεῖν ἔστι· καὶ δι᾽ ἑνὸς προβάτου τῶν προβάτων ἅπαν τὸ γένος· οὐ μὴν διὰ προβάτων τοὺς λέοντας. οὐδὲ διὰ λεόντων τὰ πρόβατα οὐδ᾽ ἀγγέλους διὰ ἀνθρώπων οὐδὲ διὰ ἀγγέλων ἀνθρώπους· ζῶον γὰρ ἕκαστον τὸ οἰκείας δηλωτικόν ἐστι φύσεως. Εἰ τοίνυν ὁ μονογενὴς λόγος τοῦ θεοῦ κτίσμα καὶ ἐξ οὐκ ὄντων. καὶ ἐξ ἑτέρας τινὸς γεγένηται φύσεως, πῶς ἐν αὐτῷ τὸν πατέρα δείκνυσι πιστευόμενος; εἰ δὲ ὁ πατὴρ διὰ τοῦ υἱοῦ

* Ioh. VIII. 17.

* ita μία bis.

* Idem VIII. 19.

γινώσκεται, καὶ ὁ τὸν υἱὸν γινώσκων, καὶ τὸν πατέρα γινώσκει, πεδηθείη μὲν πᾶσα βλάσφημος γλῶσσα, καὶ τῷ λάρυγγι κατὰ τὸν
* Ps. CXXXVI. 6. προφήτην * κολληθείη· ἡμεῖς δὲ οἱ τῆς τριάδος προσκυνηταὶ ἀκριβῆ τῆς ὁμοουσίου ἐντεῦθεν τὴν γνῶσιν λαμβάνομεν· λογιζόμενοι ὡς οὐκ ἂν ἑτέρως ἐν υἱῷ πατὴρ ἐγνωρίσθη, εἰ μὴ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἐτύγχανε· καὶ προσκυνοῦμεν τὸν σωτῆρα τὸν ἡμέτερον, τῆς προσκυνήσεως τὸν καρπὸν ἀναμένοντες, οὗ χορηγὸς αὐτὸς ὁ πατὴρ τυγχάνει κατὰ τὴν τοῦ
* Ioh. XII. 26. κυρίου φωνήν· * ἐάν τις γάρ, φησιν, ἐμοὶ διακονήσῃ, τιμήσει αὐτὸν ὁ πατήρ μου· καὶ
* Idem III. 36. ὁ θαυμάσιος δὲ Ἰωάννης ὁ θεολογῶν *, ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱόν, φησὶν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον· ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ, οὐκ ὄψεται τὴν ζωήν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτόν.

in se patrem demonstrat, si ei credatur? Iam si pater per filium agnoscitur, et qui filium novit, novit et patrem, impediatur sane quaevis lingua blasphema, et, ut ait propheta, faucibus adhaereat. Nos autem Trinitatis adoratores accuratam hinc consubstantialitatis notionem adipiscamur; reputantes, non aliter filium in patre fore agnoscendum, nisi eiusdem esset substantiae: adoremusque Servatorem nostrum, cultus nostri fructum praestolantes, cuius dator pater est, secundum Domini dictum: si quis enim, inquit, mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus. Itemque admirandus Iohannes theologus: qui credit in filium, inquit, habet vitam aeternam: qui autem incredulus est filio, vitam non videbit, sed ira Dei manebit super ipsum.

ιϛ'. Ὅτι πολλαχοῦ ὁ κύριος μίαν αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν ἐδίδαξεν.

XVI. *Quod multis locis Dominus unam esse suam et patris substantiam docuit.*

Ἵνα δὲ καὶ ἐξ ἑτέρας μαρτυρίας τὸ ὁμοούσιον δείξωμεν, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἀκούσωμεν βοῶντος καὶ λέγοντος, οὐ τοῖς ἀπο-
* Idem XII. 44. στόλοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἰουδαίοις· * ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με· καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με· ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα, ἵνα ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ· εἰ τοίνυν ὁ θεωρῶν τὸν υἱὸν εἰς τὸν πατέρα πιστεύει, ποῦ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον; ἐν γὰρ τῷ ἐλάττονι σμικρύνεται τὸ μεῖζον, καὶ οὐ γνωρίζεται· εἰ δὲ ὁ πατὴρ μείζων, πῶς ἐν τῷ υἱῷ θεωρεῖται; εἰ δὲ θεωρεῖται ἐν υἱῷ, ὡς ἐν ἴσῳ δηλονότι γνωρίζεται· δηλωτικὰ γὰρ ἀλλήλων τὰ ἴσα· καὶ πάλιν μετ' ὀλίγα αὐτὸς
* Idem XIV. 6. ὁ κύριός φησι τοῖς ἀποστόλοις· * ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή· οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ· εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν, καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν καὶ ἑωράκατε αὐτόν. Λέγει δὲ αὐτῷ Φίλιππος· κύριε δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα σου, καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· τοσοῦτον χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμι, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με,

Ut autem alio quoque testimonio consubstantialitatem demonstremus, ipsum audiamus clamantem Dominum ac dicentem non apostolis tantum, verum etiam Iudaeis: qui credit in me, non in me credit, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, eum qui me misit videt. Ego lux in mundum veni, ut qui in me credit, in tenebris non permaneat. Si ergo qui videt filium, in patrem credit, ubinam maius et minus? Namque in minore minuitur maius, neque agnoscitur. Si itaque pater maior, quomodo in filio spectatur? Quod si spectatur in filio, tamquam in aequali videlicet agnoscitur. Namque aequalia invicem demonstrativa sunt. Et paulo post idem Dominus ait apostolis: ego sum via, veritas, ac vita: nemo venit ad patrem, nisi per me: si cognosceretis me, utique et patrem meum cognosceretis, et amodo iam cognoscitis eum, eumque vidistis. Dicit ei Philippus: Domine ostende nobis patrem tuum, et sufficit nobis. Dicit ei Iesus: tanto tempore vobiscum sum, et non cognovisti me, Philippe? Qui videt me, videt

et patrem meum; et quomodo tu dicis, ostende nobis patrem? non credis quia ego in patre, et pater in me est? Verba quae ego loquor, a memet ipso non loquor; sed pater qui in me manet, ipse opera facit. Credite mihi, quia ego in patre, et pater in me est: alioquin propter opera ipsa mihi credite.

Quid his verbis clarius? quid hac doctrina evidentius? Sed enim, ut videtur, Iudaeorum velamen in haereticorum mentem transiit. Quo fit, ut sole etiam clariora cernere nolint, voluntariam ignorantiae nebulam sibimet attrahentes. Nos vero Dominum dicentem audiamus: si cognosceretis me, utique et patrem meum cognosceretis, et amodo cognoscitis eum, ipsumque videtis. Thomae hoc ait, a quo ei dictum fuerat, quo vadis nescimus, et quomodo possumus viam scire? Docetque eum et reliquos simul apostolos, hominem qui sibi crediderit, dum ita ipsum mentis oculis videt, patris quoque fieri spectatorem, quoniam pater in filio agnoscitur. Haec Philippus non intelligens, rogat illum dicens: ostende nobis patrem tuum, et sufficit nobis: propterea non laudatur, quia secundum haereticos visus est optare maius aliquid cernere: sed reprehenditur potius, ceu qui in filio patrem non viderat. Tanto enim, inquit, tempore vobiscum sum, neque me adhuc novisti, Philippe? Atqui non ipsum, sed patrem videre Philippus optabat. Cur ergo reprehenditur quod filium non cognoverit? Nimirum Iesus hac addita reprehensione, causam rei declarat. Nam qui me novit, inquit, novit et patrem. Quomodo ergo tu ais, ostende nobis patrem? Alius, inquit, sum, personâ non naturâ, totum in me ipso patrem circumfero, sum enim sigillum genitori simillimum, paternae figura substantiae, naturalis imago gignenti coëxistens. Quum ergo illum videre volueris, in me respice, et

Φίλιππε (1); ὁ ἑωρακὸς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν πατέρα μου· καὶ πῶς σὺ λέγεις. δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα; οὐ πιστεύεις ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι; τὰ ῥήματα ἃ λαλῶ ἐγὼ, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ· ὁ δὲ πατὴρ ὁ ἐν ἐμοὶ μένων. αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα· πιστεύετέ μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι.

Τί τούτων τῶν ῥημάτων σαφέστερον; τί τῆς διδασκαλίας ταύτης φανερώτερον; ἀλλ' ὡς ἔοικε τῶν ἰουδαίων τὸ κάλυμμα εἰς τὴν τῶν αἱρετικῶν μεταβέβηκε διάνοιαν· διὸ τὰ τοῦ ἡλίου φανερώτερα συνορᾶν οὐκ ἐθέλουσι, τὴν αὐθαίρετον ὁμίχλην τῆς ἀγνοίας ἐπισπασάμενοι· ἡμεῖς δὲ ἀκούσωμεν τοῦ κυρίου λέγοντος· εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν, καὶ ἑωράκατε αὐτόν· τῷ Θωμᾷ τοῦτο λέγει * εἰρηκότι αὐτῷ, ποῦ ὑπάγεις οὐκ οἴδαμεν, καὶ τὴν ὁδὸν πῶς εἰδέναι δυνάμεθα; καὶ διδάσκει αὐτὸν, καὶ τοὺς λοιποὺς ἀποστόλους. ὡς αὐτῷ ὁ πεπιστευκὼς, τοῖς ὀφθαλμοῖς τῆς διανοίας θεασάμενος αὐτὸν, καὶ τοῦ πατρὸς γεγένηται θεατὴς, ὡς ἐν αὐτῷ τοῦ πατρὸς γνωριζομένου· ταῦτα Φίλιππος μὴ συνεὶς παρακαλεῖ αὐτὸν λέγων· δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα σου. καὶ ἀρκεῖ ἡμῖν· καὶ οὐκ ἐπαινεῖται, ὡς τὸ κατὰ τοὺς αἱρετικοὺς μεῖζον ἰδεῖν ἐπιθυμήσας· ἀλλ' ἐγκαλεῖται, ὡς μὴ θεασάμενος ἐν υἱῷ τὸν πατέρα· τοσοῦτον γάρ, φησι, χρόνον μεθ' ὑμῶν εἰμὶ, καὶ οὐκ ἔγνωκάς με Φίλιππε; καὶ μὴν οὐκ αὐτὸν. ἀλλὰ τὸν πατέρα ὁ Φίλιππος ἰδεῖν ἐπεθύμησε· πῶς οὖν ἐγκαλεῖται ὡς οὐκ ἐγνωκὼς τὸν υἱόν; τῇ ἐπαγωγῇ τοῦ ἐγκλήματος τὴν αἰτίαν δηλοῖ· ὁ ἑωρακὼς γάρ, φησιν, ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα· καὶ πῶς σὺ λέγεις, δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα; ἕτερός εἰμι, φησιν, κατὰ τὸ πρόσωπον, οὐ κατὰ τὴν φύσιν· ὅλον ἐν αὐτῷ * τὸν πατέρα περιφέρω, σφραγὶς γάρ εἰμι τοῦ γεννήσαντος ἀπαράλλακτος, χαρακτήρ εἰμι τῆς τοῦ πατρὸς ὑποστάσεως, εἰκὼν φυσικὴ τῷ γεννήσαντι συνυπάρχουσα· ὅταν τοίνυν ἰδεῖν ἐθελήσῃς

* Ioh. XIV. 5.

* ita cod. Sed malo ἐμαυτῷ.

1) Ita se habet in hoc codice et aliis verbum ἔγνωκας singutari numero; et praeterea sic in nostro interpungitur.

*

ἐκεῖνον. εἰς ἐμὲ ἀποβλέψας, ἑκάτερον ὄψει· ὄψει δὲ οὐ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ τοῖς τῆς πίστεως· καὶ τοῖς τῆς πίστεως δὲ τοσοῦτον, ὅσον γνῶναι τὰς ἐνεργείας, οὐ τὴν φύσιν, ἢ τὴν οὐσίαν· πάντα γὰρ νοῦν ἡ ταύτης ὑπερβαίνει κατάληψις· διὸ ἐπήγαγεν· οὐ πιστεύεις, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστι; τὰ ῥήματα, ἃ ἐγὼ λαλῶ, ἀπ' ἐμαυτοῦ οὐ λαλῶ, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν ἐμοὶ μένων, αὐτὸς ποιεῖ τὰ ἔργα· πιστεύετέ μοι ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί· εἰ δὲ μή, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετε· εἰ τοίνυν τὰ αὐτὰ τῷ πατρὶ φθέγγεται, καὶ ὁ πατὴρ ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ ἑωρακὼς αὐτὸν ἑώρακε τὸν πατέρα, καὶ ὁ γινώσκων αὐτὸν, τὸν πατέρα γινώσκει, δῆλον ἅπασι τοῖς γε νοῦν ἔχουσι ὡς μία τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἡ φύσις, καὶ πάντα ἔχει τὰ τοῦ πατρὸς ὁ υἱός· οὐ γὰρ ἂν ἑτέρως ἔδειξεν ἐν ἑαυτῷ τὸν πατέρα, εἰ μὴ πάντα εἶχεν ὅσα ὁ πατὴρ, πλὴν αὐτῆς τῆς πατρότητος· τοῦτο γὰρ ἴδιον τοῦ πατρὸς, ὥσπερ τοῦ υἱοῦ ἡ υἱότης.

ιζʹ. Ἑτέρα ἀπόδειξις, ἴσον εἶναι τὸν υἱὸν τῷ πατρί.

Ταύτην ἰσότητα, καὶ ἑτέρωθεν ἔστι μαθεῖν· εἶπε γάρ, φησιν, ὁ Ἰησοῦς· * νῦν ἐδοξάσθη ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὁ θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ, καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν. Καὶ πάλιν· * πάτερ, ἡ ὥρα ἐλήλυθε, δόξασόν σου τὸν υἱὸν, ἵνα καὶ ὁ υἱός σου δοξάσῃ σε. Ὢ τῆς ὑπερβαλούσης τῶν αἱρετικῶν ἀβελτηρίας· μείζων, φησὶν, ὁ δοξάζων τοῦ δοξαζομένου· καὶ δοξάζει μὲν ὁ πατὴρ, δοξάζεται δὲ ὁ υἱός· μείζων οὖν ἄρα τοῦ υἱοῦ ὁ πατήρ· εἰ τοίνυν ὁ υἱὸς οὐκ ἐδοξάσθη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν δοξάσαντα ἐδόξασεν, ποίαν χώραν σχοίη τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον; εἰ μὴ ἄρα κατὰ τὴν τῶν εἰρημένων ἀκολουθίαν παρὰ τὸν δοξάζοντα μεταβαίνει τὸ μεῖζον· καὶ οὕτως εὑρεθήσεται ὁ υἱὸς ἐλάττων μὲν ἡνίκα ἂν δοξάζηται, μείζων δὲ ἡνίκα ἂν δοξάζῃ· ἀλλὰ τὸ λέγειν ταῦτα παραπληξίας καὶ μανίας ἐσχάτης· οὐ γὰρ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον ἐντεῦθεν, τὸ δὲ

* Ioh. XIII. 31.

* Idem XVII. 1.

utrumque videbis. Videbis tamen haud corporis sed fidei oculis: et quidem eatenus fidei oculis, quatenus operationes cognoscas, non naturam aut substantiam. Quamlibet enim mentem comprehensio haec excedit. Idcirco addidit: non credis, quia ego in patre, et pater in me est? Verba quae ego loquor, a me ipso non loquor, sed pater meus, qui in me manet, ipse opera facit. Credite, quod ego in patre, et pater in me est: alioqui propter opera ipsa credite. Si ergo ipse dicit eadem quae pater; si pater in ipso manet et ipse in patre; et qui ipsum vidit, vidit et patrem; et qui eundem novit, novit et patrem; constat omnibus, qui mente quidem non careant, unam esse patris filiique naturam, et omnia habere, quae sunt patris, filium. Neque enim aliter patrem in se ipso repraesentaret, nisi omnia haberet quae pater, excepta paternitate; est enim haec patris propria, sicut filii filietas.

XVII. *Altera demonstratio quod aequalis patri sit filius.*

Hanc aliunde quoque discere aequalitatem possumus. Dixit enim Iesus: nunc clarificatus est filius hominis, et Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit illum in semet ipso, et quidem statim clarificabit. Et rursus: pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut et filius tuus clarificet te. O infinitam haereticorum stultitiam! Maior est, aiunt, clarificans clarificato. En clarificat pater, filius vero clarificatur; maior ergo filio pater. Atqui si filius non solum est clarificatus, sed etiam clarificantem clarificavit, quinam heic maiori ac minori superest locus? Nisi forte, ut ex praedictis consequeretur, maior dignitas transit ad eum qui clarificat; ita ut filius minor evadat cum clarificatur; maior cum clarificat: quae dici sine summa stoliditate et amentia nequeunt. Neque enim ex praedictis maius vel minus, sed aequalitatem patris ac filii docemur. Audimus enim,

filium a patre clarificari, vicissimque a filio patrem: et filium clarificari a patre, et eum simul clarificare patrem. Nam qui clarificatus est, non quod non habebat accepit, sed quod reapse iam habebat. Quam rem eodem in loco nos docet: clarifica enim me, inquit, apud temet ipsum tu, pater, claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te. Iam si ante quam mundus fieret, hanc gloriam habuit, quomodo id postulat accipere quod semper habuit?

XVIII. *Quod una est patris ac filii dominatio.*

Deinde quum demonstravisset se non solum clarificari, verum etiam vicissim clarificare, addidit: manifestavi nomen tuum hominibus. Et paulo post, haereticorum ora oppilans, mea inquit omnia tua sunt, et tua mea (1): non sane communem dividens dominationem, neque alia ad se spectare, alia ad patrem, demonstrare volens; sed quoniam ii qui nullum contra Unigenitum blasphemiae genus omittunt, ipsum quidem accipere aiunt, sed patrem dare, demonstrat utique se parem patri habere rerum omnium dominationem. Nam mea inquit omnia, tua sunt, et tua mea. Profecto non dominationis divisionem, sed communionem nos docens.

Sed enim sentio me hunc de fide sermonem diu produxisse, quum tamen quasi uno capitulo definitionem eius me comprehensurum sub initio (2) promisissem. Nam quum ex evangelica doctrina demonstrandam suscepissem Unigeniti dignitatem, longiorem quam promiseram feci sermonem; quamquam in ipsis textuum interpretationibus brevitati studui. Igitur piis christianis ablegatis ad ipsos tum evangelicos tum propheticos libros, qui omnes theologià de filio redundant, ego quidem propositi de Trinitate argumenti seriem prosequar.

ἴσον πατρὸς καὶ υἱοῦ διδασκόμεθα· ἀκούομεν γὰρ ὡς καὶ ὁ πατὴρ δοξάζει υἱόν, καὶ δοξάζεται ὑφ' υἱοῦ· καὶ υἱὸς δοξάζεται ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ δοξάζει τὸν πατέρα· ὅτι ὁ δεδοξασμένος οὐχ ὃ μὴ εἶχεν εἴληφεν, ἀλλ' ὃ εἶχεν· ἐν αὐτῷ τῷ χωρίῳ * τοῦτο διδάσκει· δόξασόν με γάρ, φησι, παρὰ σαυτῷ σύ, πάτερ, τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον, πρὸ τοῦ τὸν κόσμον εἶναι παρὰ σοί· εἰ δὲ καὶ πρὸ τοῦ τὸν κόσμον γενέσθαι, ταύτην ἔχει τὴν δόξαν, πῶς αἰτεῖ λαβεῖν ὃ εἶχεν ἀεί; * Ioh. XVII. 5.

ιη'. Ὅτι μία πατρὸς καὶ υἱοῦ ἡ δεσποτεία.

Εἶτα δεικνὺς ὡς οὐ μόνον δοξάζεται, ἀλλὰ καὶ δοξάζει, ἐπήγαγεν· * ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς ἀνθρώποις· καὶ μετ' ὀλίγα τῶν αἱρετικῶν ἐμφράττων τὰ στόματα, τὰ ἐμά, φησι, πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά· οὐ τὴν κοινὴν διαιρῶν δεσποτείαν, οὐδὲ ἕτερα δὲ τὰ τῷ πατρὶ διαφέροντα, δεῖξαι βουλόμενος· ἀλλ' ἐπειδὴ οἱ πᾶσαν βλάσφημον φωνὴν ἀφιέντες κατὰ τοῦ μονογενοῦς, αὐτὸν μὲν λαμβάνειν φασὶ, τὸν δὲ πατέρα διδόναι, δείκνυσιν ὅτι τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ πατρὶ τῶν ἁπάντων δεσποτείαν· τὰ γὰρ ἐμά, φησι, πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά· οὐ τὴν διαίρεσιν τῆς δεσποτείας, ἀλλὰ τὸ κοινὸν τῆς δεσποτείας παιδεύων. * Idem XVII 6.

Ἀλλὰ γὰρ τὸν λόγον εἰς μῆκος ἐξέτεινα τὸν περὶ πίστεως, ἐν κεφαλαίῳ διεξελθεῖν ὅρον ἐν τοῖς προοιμίοις ἐπαγγειλάμενος· δεῖξαι γὰρ βουληθεὶς ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας τοῦ μονογενοῦς τὴν ἀξίαν, μακρότερον τῆς ὑποσχέσεως εἰργασάμην τὸν λόγον· καὶ ταῦτα βραχυλογίας ἐν ταῖς ἑρμηνείαις πεφροντικώς· εἰς αὐτὰς τοίνυν τὰς εὐαγγελικὰς βίβλους καὶ προφητικὰς τοὺς εὐσεβεῖς πέμψας, μεσταὶ γὰρ αὗται τῆς θεολογίας τοῦ υἱοῦ, ἐπὶ τὴν προκειμένην ἀκολουθίαν βαδιοῦμαι.

(1) Nicetas aquileiensis a nobis editus in simili tractatu sic explicat: *quae illa omnia? utique virtutem, utique potentiam, bonitatem, incorruptelam, gloriam et aeternitatem, sicut habet pater.*

(2) Recole tertium capitulum.

ιθ'. Περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Πιστεύομεν τοίνυν, ὡς ἔφην, εἰς θεὸν πατέρα ἄναρχον, καὶ εἰς θεὸν συναΐδιον φύσει υἱὸν, ἐκ πατρὸς μὲν γεννηθέντα, ἀεὶ δὲ τῷ πατρὶ συνόντα, κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων φωνήν· ἐν ἀρχῇ γάρ, φησιν, ἦν ὁ λόγος· πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ εὐθὲς, τὸ ἡγεμονικὸν, τὸ ἀγαθὸν, τὸ παράκλητον, τὸ ἐκ θεοῦ προελθὸν, οὐ γεννηθέν· εἷς γὰρ μονογενής· οὔτε μὴν κτισθὲν, οὐδαμοῦ γὰρ εὑρίσκομεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ τῇ κτίσει συναριθμούμενον, ἀλλὰ πατρὶ καὶ υἱῷ συνταττόμενον· ἐκπορευόμενον δὲ αὐτὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἠκούσαμεν, καὶ οὐ πολυπραγμονοῦμεν πῶς ἐκπορεύεται, ἀλλὰ στεργόμεν τοῖς τεθεῖσιν ἡμῖν ὅροις ὑπὸ τῶν θεολόγων καὶ μακαρίων ἀνδρῶν.

XIX. *De Spiritu sancto.*

Τοῦτο δὲ λέγοντες, πρῶτον μὲν ἀδυναμίαν προσάπτουσιν οὐ τὴν τυχοῦσαν αὐτῷ τῷ θεῷ, εἴπερ ὡς φασὶν, οὐχ οἷόν τε ἦν τοῦ νοῦ τοῦ ἀνθρωπίνου συνόντος δικαιῶσαι τὸν ἄνθρωπον· ἔπειτα δὲ καὶ πᾶσι τοῖς ἁμαρτάνουσι καὶ τοὺς θείους νόμους παραβαίνουσιν, ἀπολογίας ὑπανοίγουσι θύραν· εἴποιεν γὰρ εἰκότως πρὸς τὸν τῶν ὅλων θεόν· οὐκ ἀσύγγνωστα, δέσποτα, πεπλημμελήκαμεν, οὐδὲ τιμωρίας ἄξια, νοῦν ἡγεμόνα λαβόντες ἀσθενῆ, καὶ φυλάττειν τοὺς σοὺς οὐ δυνάμενον νόμους· καὶ μαρτυροῦσι πατριάρχαι καὶ προφῆται, καὶ τῶν θεοφιλῶν ἀνθρώπων τὰ τάγματα, τῶν τε πρὸ τοῦ νόμου, καὶ τῶν μετὰ τὸν νόμον, οἱ ἐν ἀζυγίᾳ, οἱ ἐν ζυγῷ, οἱ ἐν πλούτῳ, οἱ ἐν ἀκτησίᾳ πληρῶσαι σου τὰς ἐντολὰς μὴ δυνηθέντες διὰ τοῦτον· καὶ ταῦτα τῷ παναγίῳ σου πνεύματι βοηθούμενοι· καὶ τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν; αὐτὸς, ὦ δέσποτα, ἐν σαρκὶ παραγέγονας, καὶ σάρκα μὲν ἡμετέραν ἀνέλαβες, τὸν δὲ νοῦν ὡς κωλύοντα τῆς ἀρετῆς τὴν κτῆσιν, καὶ τῆς ἁμαρτίας τὴν ἀπάτην ῥᾳδίως ὑποδεχόμενον, ἀπέρρι-

vis, tantum ne ipse certaminis socius fias. Non enim ego ita sum audax, et mente captus, ut tecum creatore certare adgrediar. Haec iure diabolus servatori Christo dixisset, si certe haud homo fuisset, sed Deus vice hominis luctans. Nam si mens humana in eo non erat, Deus loco mentis inhaerens, officia mentis implesset. Deus (id est mera deitas) simul cum corpore esurisset, Deus sitisset, Deus laborem et reliquas omnes perpessus esset humanas passiones. Porro si Deus luctatus esset atque vicisset, ego quidem victoria caruissem, Deus vero omnem iustitiam implesset. Siquidem, ut aiunt apollinarianae garrulitatis professores, quia impossibile erat humana praeditum mente, iustitiae leges adimplere, hanc idcirco non suscepit Verbum Deus.

XVI. *Quod defensionem habeant peccatores, si mentem, utpote infirmam, Deus Verbum non suscepit.*

Hoc dum aiunt, primo quidem haud modicam impotentiam ipsi Deo affingunt, siquidem, ut aiunt, fieri non poterat ut si humana mens ei inesset, hominem iustificaret. Deinde peccatoribus cunctis, et divinarum legum violatoribus, defensionis fores patefaciunt. Iure enim rerum omnium Deo dicerent: nihil venia indignum, Domine, peccavimus, neque poena dignum; quandoquidem infirmae mentis ducatum sortiti sumus, quae leges tuas observare nequit. Testes sunt patriarchae atque prophetae, et Deo carorum hominum agmina, tum ante tum post legem, tum caelibes tum coniugati, tum opulenti tum inopes, qui mentis causa tuas adimplere leges haud potuerunt; nequicquam Spiritu tuo sanctissimo auxiliante. Sed cur pluribus verbis opus sit? Tu ipse, Domine, carne indutus venisti; sed carnem quidem nostram adsumpsisti, mentem tamen ut virtutis adeptioni contrariam, et peccati errori facile obnoxiam, recusasti nec sumere passus es:

tuque adeo mentis vice in carne functus es, atque ita iustitiam felici successu peregisti. Hac videlicet ratione peccatum vicisti. Deus enim es, voluntatis vi quicquid libuerit agens, nutu tuo negotia versans. Nos vero mente humana praediti, quam tu tibi sumere noluisti, necessario sub peccato degimus, tua sequi vestigia non valentes. Quid est enim humana mens prae Dei viribus, sapientia, lumine, iustitia, vita, aliisque substantiae tuae efficaciis, quae veluti radii ac lampades ex natura tua scaturiunt? Haec credibiliter dicerent ii qui peccato servire decrevissent, si Deus Verbum dum vere hominem adsumeret, hac ratione impeccantiam suam sibi conciliasset.

XVII. *Argumenta ob demonstrandum, recte factam fuisse mentis humanae adsumptionem.*

Sed iam istorum nugas in praesenti omittamus. Nos vero ad propositum argumentum revertamur, atque demonstremus necessariam fuisse Servatoris nostri incarnationem. Quia enim totus homo deceptus fuerat, totusque sub peccatum deciderat, et ante ipsum corpus mens errorem admiserat; namque antea mentis consensus peccatum delineat, deinde id corpus per suam actionem figurat, merito Christus dominus lapsam naturam erigere volens, utrique simul manum porrigit, et iacentem erigit, carnem inquam ac mentem, quae ad creatoris imaginem facta fuit. Est enim mens invisibilis, incontemplabilis, impervia et incomprehensibilis, neque se ipsam cognoscens, et insuper incircumscripta: et si cogitationum phantasiam spectamus, ducatu et potestate praedita, artibus et scientiis ornata, parva quaedam ac nova creatrix, vel ut verius dicam creatoris imitatrix, regina creaturae visibilis, vel regis imago, tributa de terra colligens, ex mari, atque aëre, ex sole ac luna et stellis, ex caelo et nubibus, ex ovibus, bobus, aliis-

ψας. καὶ οὐκ ἠνέσχου λαβεῖν· γέγονας δὲ ἀντὶ νοῦ τῇ σαρκί. καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ τὴν δικαιοσύνην κατώρθωσας· τούτῳ τῷ τρόπῳ τὴν ἁμαρτίαν νενίκηκας· θεὸς γὰρ ὑπάρχεις, βουλῇ ποιῶν τὸ δοκοῦν. νεύματι μετασκευάζων τὰ πράγματα· ἡμεῖς δὲ νοῦν ἔχοντες τὸν ἀνθρώπινον. ὃν ἀναλαβεῖν οὐκ ἠθέλησας. ἀναγκαίως ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν τυγχάνομεν. τοῖς σοῖς ἀκολουθῆσαι ἴχνεσιν οὐκ ἰσχύσαντες Τί γὰρ νοῦς ἀνθρώπινος πρὸς θεοῦ δυνάμιν καὶ θεοῦ σοφίαν, καὶ φῶς. καὶ δικαιοσύνην. καὶ ζωήν, καὶ τὰς ἄλλας ἐνεργείας τῆς σῆς οὐσίας αἳ καθάπερ ἀκτῖνες καὶ λαμπηδόνες ἐκ τῆς σῆς ἀνίσχουσι φύσεως; ταῦτ᾽ ἂν εἰκότως εἴποιεν οἱ τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύειν αἱρούμενοι. εἴπερ ὁ θεὸς λόγος ἀληθῶς ἂν συνανέλαβεν ἄνθρωπον. τούτῳ τῷ τρόπῳ μηχανησάμενος τὸ ἀναμάρτητον.

ιζʹ. Κατασκευή. ὅτι εὔλογος ἡ τοῦ νοῦ ἀνθρωπίνου ἀνάληψις.

Ἀλλὰ τὴν μὲν ἀδολεσχίαν ἐκείνων καταλίπωμεν ἐπὶ τοῦ παρόντος· ἡμεῖς δὲ ἐπὶ τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν ἐπανέλθωμεν, καὶ δείξωμεν τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν οἰκονομίαν ἀναγκαίως γεγενημένην· ἐπειδὴ γὰρ ἅπας ὁ ἄνθρωπος ἠπατήθη, καὶ ἅπας ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένετο, καὶ πρὸ τοῦ σώματος δὲ τὴν ἀπάτην ὁ νοῦς ὑπεδέξατο· ἡ τοῦ νοῦ γὰρ πρότερον συγκατάθεσις τὴν ἁμαρτίαν σκιαγραφεῖ, εἶθ᾽ οὕτως διὰ τῆς ἐνεργείας τὸ σῶμα ταύτην μορφοῖ, εἰκότως ὁ δεσπότης Χριστὸς τὴν πεπτωκυῖαν φύσιν ἀναστῆσαι βουλόμενος, πᾶσι χεῖρα ὀρέγει, καὶ κειμένην ἐγείρει τὴν σάρκα φημὶ καὶ τὸν νοῦν, ὃς ἐγεγόνει κατ᾽ εἰκόνα τοῦ κτίσαντος· ἀόρατός τε γάρ ἐστι, καὶ ἀθέατος, ἀνέφικτός τε, καὶ ἀκατάληπτος, οὐδὲ ἑαυτὸν ἐπιστάμενος. πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἀπερίγραφος· εἴπερ εἰς τὴν τῶν λογισμῶν ἀποβλέψαιμεν φαντασίαν, ἡγεμονίᾳ τε καὶ ἐξουσίᾳ τετιμημένος, τέχναις καὶ ἐπιστήμαις κεκοσμημένος, βραχύς τις ἐστὶ νέος δημιουργός, ἢ τό γε ἀληθέστερον εἰπεῖν τοῦ δημιουργοῦ μιμητής, βασιλεὺς τῆς ὁρωμένης κτίσεως ἢ βασιλέως εἰκών, φόρους συλλέγων ἐκ γῆς, ἐκ θαλάττης, ἐξ ἀέρος, ἐξ ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἀστέρων, ἐξ οὐρανοῦ καὶ νεφῶν, ἐκ προ-

βάτων καὶ βοῶν καὶ τῶν ἄλλων κτηνῶν, μᾶλλον δὲ πάντας αὐτῶν τοὺς καρποὺς δρεπόμενος· δι' αὐτὸν γὰρ ἐγένετο τὰ ὁρώμενα. Θεὸς γὰρ τούτων ἀπροσδεής.

Οὔκουν ἠτίμασε τὸ οὕτω τίμιον, τὸ θεραπείας δεόμενον· οὐδὲ τὸ φθειρόμενον καὶ νόσῳ καὶ γήρᾳ δουλεῦον καὶ θανάτῳ ἀνέλαβε, τὸ δὲ λογικὸν καὶ ἀθάνατον καὶ κατ' εἰκόνα γεγενημένον ὑπερεῖδε, καὶ ταῦτα κακῶς, ὥς φασι, διακείμενον· ἀλλὰ πᾶσαν τὴν φύσιν παλαιωθεῖσαν ἐνεοποίησε· καὶ τὸ μὲν αὐτῆς καινὸν ἀπειργάσατο, τὸ δὲ πεπαλαιωμένον καὶ διεφθαρμένον ἀνίατον εἴασε; καὶ ταῦτα τιμιώτατον ὑπάρχον, καὶ ἀθανασίᾳ τετιμημένον, καὶ λόγῳ κεκοσμημένον, καὶ τῆς τῶν νοητῶν μοίρας τυγχάνον· τῶν ἀτοπωτάτων γὰρ τὸ μὲν σῶμα τὸ πήλινον, καὶ χοϊκὸν, καὶ πάθεσι συνεζευγμένον, καὶ προσληφθῆναι, καὶ ἀναληφθῆναι, καὶ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης καθιδρυνθῆναι· τὸν δὲ νοῦν τὸν ἀόρατον, τὸν ἀθάνατον, τὸν ἡγεμόνα τοῦ ζῴου, τὸν κατ' εἰκόνα θείαν γεγενημένον, τὸν ἀφθαρσίᾳ τετιμημένον, τὸν τοῦ σώματος ἡνίοχον, καὶ κυβερνήτην καὶ μουσικὸν, δι' ὃν οὐκ ἄλογος ἡ ἀνθρωπεία φύσις, ἀλλὰ σοφίας καὶ τέχνης καὶ ἐπιστήμης ἀνάπλεως (1), τοῦτον ἀπεῤῥίφθαι κάτω, καὶ τῆς τοῦ σώματος μὴ μεταλαγχάνειν τιμῆς· δι' ὃν τὸ σῶμα τῆς λογικῆς ἐγένετο κτίσεως· δι' ὃν νομοθεσίαι, καὶ προφητεῖαι, δι' ὃν ἀγῶνες, καὶ πάλαι, καὶ νῖκαι, καὶ ἀναῤῥήσεις, καὶ στέφανοι· δι' ὃν καὶ τὸ σῶμα τὸ συναθλοῦν, ἆθλον τῶν πόνων ἔχει τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν· δι' ὃν καὶ αὐτὴ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἡ παρουσία γεγένηται, καὶ τὸ τῆς οἰκονομίας ἐπραγματεύθη μυστήριον· οὐ γὰρ ὑπὲρ ἀψύχων ἢ ἀνοήτων τὰ σωτήρια κατεδέξατο πάθη, οὐδ' ὑπὲρ ἀλόγων κτηνῶν ἢ λίθων ψυχῆς ἐστερημένων, ἀλλ' ὑπὲρ ἀν-

que pecudibus; immo vero omnium fructus carpens: eius enim gratia visibilia cuncta sunt facta; nam Deus horum non est indigus.

Non ergo contempsit tam pretiosam partem medela egentem: morboque et senecta corruptam mortique mancipatam humanitatem non ita adsumpsit, ut partem ipsius rationalem et immortalem atque ad imaginem suam factam despexerit; praesertim quia male, ut aiunt, se habebat: sed universam naturam antiquatam renovavit. Anne enim partem eius novam fecisset, illam vero, quae inveterata erat et corrupta, sine remedio esse sivisset? quum praesertim pars haec pretiosissima esset, et immortalitate pollens, et rationis usu exornata, et ad intellectualium ordinem pertinens. Absurdissimum quippe fuisset, corpus luteum et pulvereum, et passionibus implicitum sibi adsumere atque adiungere, et in dextera maiestatis collocare: mentem vero invisibilem, immortalem, animantis rectricem, ad Dei factam imaginem, incorruptibilitate praeditam, corporis veluti aurigam, gubernatricem, et quasi concentu temperantem, per quam humana natura non est bruta, sed sapientia, artibus et quavis peritia abundat; hanc, inquam, mentem ad inferiorem gradum deprimi, nec parem saltem cum corpore honorem participare; cum tamen eius causa corpus rationalis creatura evaserit; quum eiusdem causa datae fuerint leges ac prophetiae; per quam fiunt certamina, luctae, victoriae, laudationes, coronae; per quam, corpus cum ea decertans, praemium laborum consequitur caelorum regnum; ob quam ipse quoque Servatoris nostri adventus contigit, et incarnationis peractum mysterium est. Non enim propter res inanimes et mente carentes salutarem admisit passionem, neque

(1) Praeclarissime his Cicero adstipulatur in Scipionis somnio. *Tu vero sic habeto, non esse te mortalem, sed corpus hoc: nec enim tu es, quem forma ista declarat, sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura quae digito demonstrari potest.* Pudeat ergo eos, qui totum hominem materiam esse mortalem dicere audent.

propter irrationalia iumenta aut lapides anima destitutos, sed propter homines qui immortalem animam nacti sunt incolam.

XVIII. *Haereticorum contraria argumenta solvuntur.*

Sed qui nugas magis quam veritatem aestimat Apollinaris, rectisque ac piis dogmatibus suam anteponit garrulitatem, carnem quidem a Deo Verbo assumptam ait, atque hac ceu velo quodam esse usum; mente autem non indiguisse, sed ipsum vice mentis corpori extitisse. Sed, o sodes, dicet ei aliquis, ne corpore quidem Deus Verbum egebat; nihil enim prorsus requirit: poterat autem solo mandato nostram operari salutem. Sed tamen voluit nos quoque communionem aliquam recte factorum habere: quod ut efficeret, peccatricem adsumptam naturam, eamque suis laboribus iustificatam, acerbis expedivit tyrannis peccato et diabolo ac morte, et caelestibus sedibus donavit: et per eam quam ipse sumpsit humanitatem, universo generi libertatem communicavit. Sed enim nihil horum reputans hic sapientissimus, vocalissimum theologiae praeconem Iohannem evangelistam, amentiae suae testem habere se iudicat. Verbum enim, inquit, caro factum est, et habitavit in nobis. Atqui omnino sciebat, alibi quoque partem pro toto divinam scripturam appellare solere: quae modo quidem ex anima totum hominem nuncupat, modo autem ex carne totum animal denotat; omnes enim, inquit, animae, quae ingressae sunt cum Iacobo in Aegyptum, septuaginta quinque fuere. Constat autem non fuisse incorporeos Iacobi filios atque nepotes; sed ex parte totum historicus demonsrtavit. Et rursus: anima quae peccaverit, ipsa morietur. Nemo vero umquam scivit animam absque corpore in culpam incidisse. Et denuo: non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia

θρώπων ψυχὴν ἀθάνατον ἔνοικον κεκτημένων.

ιη'. Λύσις τῶν αἱρετικῶν προβλημάτων.

Ἀλλ' ὁ τὸν ὕθλον προτιμήσας τῆς ἀληθείας Ἀπολινάριος, καὶ τῶν εὐσεβῶν δογμάτων τὴν οἰκείαν προτάξας ἀδολεσχίαν, τὴν μὲν σάρκα τὸν θεὸν λόγον ἀνειληφέναι φησί, καὶ ταύτῃ καθάπερ τινὶ παραπετάσματι χρήσασθαι· τοῦ δὲ νοῦ μὴ δεηθῆναι, αὐτὸν δὲ ἀντὶ νοῦ γενέσθαι τῷ σώματι. Ἀλλ' ὦ βέλτιστε, εἴποι τίς ἂν πρὸς αὐτόν, οὐδὲ τοῦ σώματος ὁ θεὸς λόγος ἐχρῄζεν. ἀπροσδεὴς γάρ· ἠδύνατο δὲ καὶ μόνῳ προστάγματι τὴν ἡμετέραν πραγματεύσασθαι σωτηρίαν· ἀλλ' ἠθέλησεν ἔχειν τινὰ καὶ ἡμᾶς εἰς τὸ κατορθούμενον κοινωνίαν, οὗ χάριν λαβὼν φύσιν τὴν ἡμαρτηκυῖαν, πόνοις αὐτὴν οἰκείοις δικαιώσας, τῶν τε πικρῶν τυράννων ἀπήλλαξεν ἁμαρτίας, καὶ διαβόλου, καὶ θανάτου, καὶ τῶν ἐπουρανίων θρόνων ἠξίωσε, καὶ διὰ τοῦ ληφθέντος παντὶ τῷ γένει τῆς ἐλευθερίας μετέδωκεν· ἀλλ' οὐδὲν τούτων εἰς νοῦν λαβὼν ὁ σοφώτατος, τὸν μεγαλοφωνότατον κήρυκα τῆς θεολογίας, τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, μάρτυρα τῆς οἰκείας ἀνοίας ἔχειν ἡγεῖται· ὁ λόγος γάρ, φησι *, σὰρξ ἐγένετο. καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· καὶ ταῦτα σαφῶς εἰδώς, ὡς πολλαχοῦ τὸ πᾶν ἀπὸ μέρους ἡ θεία γραφὴ προσαγορεύει, καὶ πῆ μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς πάντα καλεῖ τὸν ἄνθρωπον. πῆ δὲ ἀπὸ τῆς σαρκὸς ὅλον τὸ ζῶον δηλοῖ· * πᾶσαι γὰρ αἱ ψυχαί, αἱ εἰσελθοῦσαι, φησίν, ἅμα Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον ἑβδομήκοντα πέντε (1)· εὔδηλον δὲ ὡς οὐκ ἀσώματοι ἦσαν οἱ τοῦ Ἰακὼβ υἱοί τε, καὶ ἔκγονοι, ἀλλ' ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν ὁ ἱστοριογράφος ἐδήλωσε· καὶ πάλιν· * ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα, αὐτὴ ἀποθανεῖται· οὐδεὶς δὲ ἔγνω πώποτε ψυχὴν ἄνευ σώματος ἁμαρτίᾳ περιπεσοῦσαν· καὶ αὖθις *, οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις, διὰ τὸ εἶναι αὐ-

* Ioh. I. 14.

* Gen. XLVI. 27.

* Ezech. XVIII. 4.

* Gen. VI. 3.

(1) Hunc numerum in graeca genesi scriptum, et cum act. apost. VII. 14. consentientem, sequuntur latini etiam patres aliquot, teste Sabaterio; apud quem Hieronymus quoque et Augustinus de re disserunt.

* Is. XL. 6. τοὺς σάρκα· καὶ ὁ προφήτης ἑτέρωθι * πᾶσα σὰρξ χοῦς, καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· καὶ ὁ μακάριος

* ita cod., non χόρτος.

* Ps. LXXVII. 39. Δαβὶδ *, ἐμνήσθη φησὶν ὅτι σάρξ εἰσι, πνεῦμα πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπιστρέφον· παντὶ δὲ δήπουθεν γνώριμον, ὡς οὐκ ἄψυχοι ἦσαν οὗτοι ὧν κατηγορεῖ, καὶ οἷς νομοθετεῖ, καὶ ὧν ἑρμηνεύει τὴν φύσιν.

Οὐ μόνον δὲ τοὺς κατηγορουμένους [λέγει ἡ γραφὴ] ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπαινουμένων τοὺς κορυφαίους· καὶ τούτων μάρτυς ὁ μακάριος

* Gal. I. 15. Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας λέγων· * ὅτε δὲ εὐδόκησεν ὁ θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί, εὐθέως οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι, ἀλλὰ (1) πρὸς τοὺς πρὸ ἐμοῦ ἀποστόλους ἀνῆλθον· εἰ δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ σαρκικοῦ φρονήματος καὶ τῆς θνητότητος, τὸ τῆς σαρκὸς φρόνημα λαμβάνεται, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πάσης τῆς τοῦ ἀνθρώπου φύσεως, εὔδηλον ὡς τὸ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐ τὸ φαινόμενον τοῦ ζώου μόνον, ἀλλ' ὅλον σημαίνει τὸν ἄνθρωπον· οὐδὲ τροπήν τινα τῆς θείας οὐσίας εἰς σάρκα φησὶ γεγενῆσθαι, ἀλλὰ τὴν ὑπὸ τοῦ θεοῦ λόγου ἀνάληψιν τῆς ἀνθρωπείας κηρύττει φύσεως· ὥσπερ

* Gal. III. 13. γὰρ τὸ *, Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα, οὐ τὴν εἰς κατάραν μεταβολὴν τῆς τῶν ἀγαθῶν πηγῆς αἰνίττεται, ἀλλὰ τὴν δι' αὐτοῦ γενομένην τῆς ἁμαρτίας ἤγουν τῆς κατάρας ἀπαλλαγήν, καὶ τὸ γενέσθαι ἁμαρτίαν ὑπὲρ

* II. Cor. V. 21. ἡμῶν τὸν μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, οὐ τὴν τῆς δικαιοσύνης σημαίνει τροπήν· ἄτρεπτον γὰρ τὸ θεῖον, καὶ ἀναλλοίωτον, ὡς διὰ τοῦ προ-

* Malach. III. 6. φήτου βοᾷ· * ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. ἀλλὰ τὴν τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημά-

* Ioh. I. 29. των ἀνάληψιν· ἴδε γάρ φησιν * ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ἴδε ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, οὕτω τὸ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, οὐ τὴν ἀλλοίωσιν λέγει τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἀνάληψιν· τὴν ἄφατον γὰρ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίαν ὁ εὐαγγελιστὴς κηρύττων, ὡς ἐδίδαξεν ὡς ὁ ἐν ἀρχῇ

caro sunt. Et alibi propheta: omnis caro pulvis, et omnis hominum gloria, ceu foeni flos. Beatus quoque David: recordatus est, inquit, quod caro sunt, spiritus vadens et non rediens. Est autem unicuique exploratum, non fuisse hos inanimes quos reprehendit, vel quibus legem constituit, vel quorum naturam describit.

Neque solum de vituperatis ita loquitur scriptura, verum etiam de laudatissimis. Testis Paulus, qui in epistola ad Galatas ait: « cum autem placuit ei, qui me segregavit ex utero matris meae, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me, continuo non adquievi carni et sanguini, sed ad praecessores meos apostolos accessi. » Si ergo non tantum de carnali affectu, et de mortalitate, carnis sensus intelligitur, verum etiam de universa hominis natura, patet dictionem « Verbum caro factum est » non quod visibile animantis est tantummodo, sed totum hominem significare. Neque conversionem quandam divinae substantiae in carnem evenisse dicit, sed adsumptam a Deo Verbo humanam naturam praedicat. Sicut enim locutio « Christus redemit nos de maledicto legis, factus pro nobis maledictum » nequaquam innuit mutationem fontis bonorum in maledictum, sed potius factam per ipsum peccati sive maledicti depulsionem; et sicuti verba « factum esse peccatum pro nobis eum qui peccatum non noverat » nequaquam iustitiae mutationem significant (est enim invertibilis Deus et immutabilis, sicuti per prophetam clamat: ego sum, et non mutor:) sed peccatorum nostrorum adsumptionem: ecce enim, ait, agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi: sic, inquam, dictio « Verbum caro factum est » non mutationem dicit deitatis, sed humanae naturae adsumptionem. Namque ineffabilem Dei erga homines caritatem praedicare volens evangelista, postquam do-

(1) Ita cod. ἀλλὰ *sed*, pro οὐδὲ *neque*, quod tamen contra communem prorsus codicum et editionum auctoritatem esse videtur.

cuit, eum qui ab initio erat, et qui Deus erat, et qui apud Deum erat, et qui numquam non fuerat, qui omnia creaverat, qui non existentia ad existendum traxerat, qui vita erat et lux vera; hic, ait, hominum suas fecit passiones, dum hominum salutem operaretur. Cumque adhuc magis beneficiorum illius magnitudinem demonstrare vellet, nequaquam de immortali anima verba fecit, sed de passibili carne, mortali et corruptibili, ex limo facta; atque a parte totam naturam declaravit, ut sequentia testantur. Verbum enim, inquit, caro factum est, et habitavit in nobis.

Alius vero is erat, qui modo naturali inhabitabat, aliud vero templum. Quare et Iudaeis aiebat: solvite templum hoc, et ego tribus diebus excitabo illud. Templi vero solutio erat animae a corpore dissolutio: nam mors est animae a corpore recessus. Ergo templi solutionem operatur animae a corpore separatio. Igitur si Iudaei templum solverunt, cruci mortique tradentes; solutio vero templi coniunctorum separatio fuit; Deus autem Verbum hoc dissolutum resuscitavit; exploratum arbitror esse prudentibus, non inanimem neque mente carentem, sed perfectum hominem a Deo Verbo adsumptum fuisse. Nam si pro immortali anima, in adsumpto corpore Deus Verbum extitisset, utique Iudaeis dixisset: dissolvite me, et triduo resurgam. Nunc vero quum doceat, et templi illius mortalitatem, et inhabitantis deitatis potentiam, solvite inquit templum hoc, et ego triduo excitabo illud. Non enim ego, ait, a vobis dissolvar, sed adsumptum a me templum; et hoc quidem ipsum ita dissolvitur, ut meliore resurrectione postea fruatur, ut mortalem deponat naturam, ut corruptionem exuat et induat incorruptio-

ὢν (1), καὶ θεὸς ὢν, καὶ πρὸς τὸν θεὸν ὢν, καὶ οὐδέποτε μὴ ὢν, ὁ δημιουργήσας πάντα, ὁ τὰ μὴ ὄντα εἰς τὸ εἶναι ποιήσας, ἡ ζωὴ, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὴν φθαρτὴν ἀνέλαβε φύσιν, καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων ᾠκειώσατο πάθη, τὴν τῶν ἀνθρώπων πραγματευόμενος σωτηρίαν· καὶ μειζόνως αὐτοῦ δεῖξαι τῆς εὐεργεσίας τὸ μέγεθος ἐθελήσας, οὐ τῆς ψυχῆς ἐμνημόνευσε τῆς ἀθανάτου, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς τῆς παθητῆς, τῆς θνητῆς, τῆς φθειρομένης, τῆς ἐκ πηλοῦ γεγενημένης, καὶ ἀπὸ τοῦ μέρους τὴν πᾶσαν φύσιν ἐδήλωσεν, ὡς μαρτυρεῖ τὰ ἐπαγόμενα· ὁ λόγος γάρ, φησιν, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν.

Ἕτερος δὲ ὁ κατοικήσας κατὰ τὸν λόγον τῆς φύσεως, καὶ ἕτερος ὁ ναός· διὸ καὶ τοῖς ἰουδαίοις ἔλεγε· * λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· λύσις δὲ τοῦ ναοῦ, ψυχῆς καὶ σώματος ἡ διάζευξις· θάνατος γὰρ ἐστὶ ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἀναχώρησις· οὐκοῦν τὴν λύσιν τοῦ ναοῦ ὁ τῆς ψυχῆς ἐργάζεται χωρισμός· εἰ τοίνυν ἰουδαῖοι τὸν ναὸν ἔλυσαν σταυρῷ καὶ θανάτῳ παραδεδωκότες, λύσις δὲ ναοῦ τῶν συνημμένων ὁ χωρισμὸς, ὁ δὲ θεὸς λόγος τοῦτον λυθέντα ἀνέστησε, σαφὲς οἶμαι τοῖς ἔμφροσιν, ὡς οὐκ ἄψυχον οὐδὲ ἄνουν, ἀλλὰ τέλειον ἄνθρωπον ὁ θεὸς ἀνελάβετο λόγος· εἰ γὰρ ἀντὶ τῆς ἀθανάτου ψυχῆς, ἐν τῷ ἀναληφθέντι σώματι γέγονεν ὁ θεὸς λόγος, εἶπεν ἂν τοῖς ἰουδαίοις· λύσατέ με, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἀναστήσομαι· νῦν δὲ διδάσκων, καὶ τοῦ ναοῦ τὸ τηνικαῦτα τὸ θνητὸν, καὶ τὸ δυνατὸν τῆς ἐνοικούσης θεότητος, λύσατε, φησὶ, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν· οὐ γὰρ ἐγώ φησιν ὑφ' ὑμῶν λυθήσομαι. ἀλλ' ὁ ληφθεὶς ὑπ' ἐμοῦ ναός· καὶ οὗτος δὲ λύεται, ἵνα κρείττονος ἀναστάσεως ἀπολαύσῃ, ἵνα τὴν θνητὴν ἀπόθηται φύσιν, ἵνα τὴν φθορὰν ἀποδύσηται καὶ τὴν ἀφθαρσίαν ἐνδύσηται, ἵνα

* Ioh. II. 19.

(1) Opportune magnus Cicero in Scipionis somnio circa finem, ubi de Deo rerum omnium motore loquitur. *Principio nulla est origo, nam ex principio oriuntur omnia, ipsum autem nulla ex re: quod si numquam oritur, ne occidit quidem umquam. Nam principium extinctum, nec ipsum ab alio renascetur, nec ex se aliud creabit* etc. Si ergo Verbum, ut testatur Iohannes, in principio erat, et quidem apud Deum; numquam coepit, et ipsum sempiternum est. Hinc dominus Iesus Ioh. VIII. 25. interrogantibus Iudaeis: *tu quis es?* respondit divinitus: *principium, qui et loquor vobis.*

τοῦ θανάτου καταλύσῃ τὸ κράτος, ἵνα τῶν κεκοιμημένων ἀπαρχὴ γένηται, ἵνα λύσας τῆς φθορᾶς τὰς ὠδῖνας ἀναδειχθῇ τῶν νεκρῶν πρωτότοκος, καὶ διὰ τῆς οἰκείας ἀναστάσεως, εὐαγγελίσηται τὴν πάντων ἀνθρώπων ἀνάστασιν.

ιθʹ. Ἀπόδειξις ὅτι ψυχὴν νοερὰν ὁ Θεὸς λόγος ἔλαβεν.

Ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, μαρτυρεῖ τῶν ἀποστόλων ὁ κορυφαῖος ἐν ταῖς πράξεσι
* Act. II. 27. λέγων· „ὅτι οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου, οὐδὲ ἡ σὰρξ αὐτοῦ εἶδε διαφθοράν· λύσις τοιγαροῦν τοῦ ναοῦ, ψυχῆς καὶ σώματος χωρισμός· καὶ πάλιν ἀνάστασις, πρὸς τὴν σάρκα τὴν οἰκείαν ἐπάνοδος· εἰ τοίνυν, ὡς φασὶν οἱ τῆς αἱρέσεως προστάται, ψυχὰς δύο τῶν ἀνθρώπων ἕκαστος ἔχει, τήν τε ζωτικὴν, καὶ τὴν λογικὴν, καὶ σὰρξ ἄνευ ψυχῆς οὐκ ἄν ποτε νοηθείη τῆς ζωτικῆς· σῶμα γὰρ, ἀλλ᾽ οὐ σὰρξ, φησὶ, τὸ τοιοῦτον προσαγορεύεται· Πέτρος δὲ ἔφη οὐ τὸ σῶμα τοῦ κυρίου, ἀλλὰ τὴν σάρκα τοῦ κυρίου μὴ ἰδεῖν διαφθορὰν, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ μὴ ἐγκαταλειφθῆναι εἰς ᾅδου, εὔδηλον ὡς τὴν μὲν ζωτικὴν, ἣν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως λέγουσιν, εἶχεν ἡ διαφθαρεῖσα σὰρξ, ἧς ἄνευ οὐκ ἂν προσαγορευθείη, ὡς φασὶ, σάρξ· ἡ δὲ ἀθάνατος καὶ λογικὴ καὶ τοῦ ζώου τὴν ἡγεμονίαν πεπιστευμένη, οὐ κατελείφθη εἰς ᾅδου, ἀλλὰ πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆκε σάρκα· καὶ μάτην ἀδολεσχοῦσιν, ἄψυχον ἢ ἄνουν τοῦ Θεοῦ λόγου τὸν ναὸν προσαγορεύοντες· ἡμεῖς δὲ Πέτρῳ ἑψόμεθα. καὶ σάρκα κηρύττοντι μὴ δεξαμένην διαφθορὰν, καὶ ψυχὴν μὴ καταλειφθεῖσαν εἰς ᾅδου, ἀλλ᾽ ἐπανελθοῦσαν καὶ τῷ οἰκείῳ σώματι συναφθεῖσαν·
* Matth. XXVI. 38. πιστεύομεν δὲ καὶ αὐτῷ τῷ κυρίῳ λέγοντι· * περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου· τῆς γὰρ λύπης τὴν αἴσθησιν τὸ ἐν ἡμῖν λογικὸν ὑποδέχεται· εἰ δὲ ἀντὶ νοῦ ὁ Θεὸς λόγος ὑπάρχων. τὰ τοῦ νοῦ κατεδέχετο πάθη. αὐτὸς ἦν ὁ λυπηθεὶς. καὶ φοβηθεὶς. καὶ ἀγνοήσας. καὶ ἀγωνιάσας. καὶ ἀγγελικῇ συμμαχίᾳ ῥωσθείς· εἰ δὲ καὶ ταῦτα φήσουσιν οἱ τῆς Ἀπολιναρίου ματαιολογίας κληρονόμοι, μετὰ Ἀρείου καὶ Εὐνομίου τῶν χριστομάχων ταχ-

nem, ut mortis imperium destruat, ut fiat dormientium primitiae, ut corruptionis doloribus solutis appareat mortuorum primogenitus, et propria resurrectione omnium hominum resurrectionem portendat.

XIX. *Demonstratio, quod animam intellectualem Deus Verbum adsumpserit.*

Quod autem haec ita se habeant, testatur apostolorum princeps in actibus dicens: non fuisse derelictam animam eius in inferno, neque carnem eius vidisse corruptionem. Templi ergo solutio est animae a corpore separatio; vicissimque resurrectio est ad propriam carnem reditus. Si ergo, ut haereseos antesignani aiunt, animas duas unusquisque homo habet, vitalem scilicet et rationalem, et ne caro quidem absque vitali anima cogitari umquam potest; nam corpus, non caro, inquit, quod est huiusmodi, appellatur; et si Petrus ait, non corpus Domini, sed Domini carnem haud vidisse corruptionem, neque animam eius in inferno derelictam; sane constat vitalem (quam quomodo adstruant nescio) extitisse in carne corrupta animam, sine qua ne caro quidem, ut aiunt, appellaretur. Immortalis autem et rationalis, cui animantis regimen est commissum, non est in inferno derelicta, sed ad suam rediit carnem: ideoque frustra nugantur hi, qui inanime et ratione expers fuisse dicunt Dei Verbi templum. Nos autem Petro adsentiemur, qui et carnem praedicat corruptione expertem, et animam in inferno non derelictam, sed reducem atque ad corpus suum recollectam. Credimus etiam Domino ipsi dicenti: tristis est anima mea usque ad mortem. Nam tristitiae sensum pars nostra rationalis excipit. Quod si in mentis loco Deus Verbum existens, mentis passiones excipiebat, utique ipsum Verbum tristabatur, metuebat, ignorabat, agonizabat, et angelica ope confortabatur. Iam si haec quoque dicant apollinarianae stultitiae heredes, ii profecto cum Christi hostibus Ario atque

Eunomio collocentur. Nam quorum par est blasphemia, horum unam esse sodalitatem aequum est. Nos vero Dominum dicentem audiamus: potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam; nemo tollit eam a me. Namque ex sermonibus his, discimus alium esse qui ponit, alium qui est positus; Deumque esse qui ponit, et qui sumit; animam autem et positam et sumptam; et Dei quidem esse potestatem, animam autem sub ea potestate locatam.

θήτωσαν· ὧν γὰρ ἴση ἡ βλασφημία, τούτων μίαν εἶναι τὴν ἑταιρίαν δίκαιον (1)· ἡμεῖς δὲ ἀκούσωμεν τοῦ κυρίου λέγοντος· * ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν· οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ᾽ ἐμοῦ· ἐκ γὰρ τῶν λόγων τούτων μαθησόμεθα ὡς ἕτερος μὲν ὁ τιθεὶς, ἕτερον δὲ τὸ τιθέμενον· καὶ θεὸς μὲν ὁ τιθεὶς καὶ λαμβάνων, ψυχὴ δὲ ἡ τιθεμένη καὶ λαμβανομένη· καὶ θεὸς μὲν τὴν ἐξουσίαν ἔχων, ψυχὴ δὲ ἡ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἐκείνην τεταγμένη.

* Ioh. X. 18.

XX. *Quod prophetae perfectam fuisse adsumptam naturam adfirmant.*

κʹ. Ὅτι οἱ προφῆται τελείως τὴν φύσιν ἀναληφθῆναι θεσπίζουσι.

His consona Isaias quoque propheta adfirmat dicens: ecce virgo concipiet et pariet filium, et vocabitur nomen eius Emmanuhel, quod est interpretatum, secundum evangelii doctrinam, nobiscum Deus. Porro Deus nobiscum, Deum cum hominibus significat. Si ergo Virginis conceptus hanc obtinuit appellationem, patet Deum fuisse simul et hominem; tum praeexistentem tum etiam suscipientem, in utroque perfectum. Nam vocabulo « nobiscum » hominem perfectum denotat: etenim unusquisque nostrum perfectam habet hominis naturam. Ex vocabulo autem « Deus » et articuli graeci adiectione, filii divinitas conspicitur. Atque hanc rem beatus docet Paulus dicens: in quo inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Item a Deo inspiratus Lucas evangelista perspicue nobis ostendit humanam Christi servatoris mentem: puer, inquit, crescebat et confortabatur spiritu, plenus sapientia, et gratia Dei erat cum illo. Et paulo post: Iesus proficiebat aetate, ac sapientia, et gratia apud Deum et homines. Iam vero sapientiâ proficere, non est Dei sapientis, nulliusque rei indigi, semperque perfecti, sed mentis potius humanae, quae simul cum aetate proficit, et eruditione eget, et arti

Τούτοις συνῳδὰ καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης θεσπίζει βοῶν· * ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον κατὰ τὴν τῶν εὐαγγελίων διδασκαλίαν *, μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεός· τὸ δὲ μεθ᾽ ἡμῶν ὁ θεὸς, μετὰ ἀνθρώπων ἑρμηνεύει θεόν· εἰ τοίνυν τὸ κύημα τῆς παρθένου ταύτην ἔλαβε τὴν προσηγορίαν, εὔδηλον ὡς ὁ θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος ἦν· τὸ μὲν ὑπάρχων, τὸ δὲ λαβών, καθ᾽ ἑκάτερον τέλειος· διὰ μὲν γὰρ τοῦ μεθ᾽ ἡμῶν, τοῦ ἀνθρώπου τὸ τέλειον δείκνυται· τελείως γὰρ ἡμῶν ἕκαστος ἔχει τὴν ἀνθρώπου τὴν φύσιν· διὰ δὲ τοῦ, θεὸς, καὶ τῆς προσθήκης τοῦ ἄρθρου, ἡ τοῦ υἱοῦ θεότης γνωρίζεται· καὶ τούτου διδάσκαλος ὁ μακάριος Παῦλος λέγων *, ἐν ᾧ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς· καὶ ὁ θεόληπτος δὲ Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς ἐναργῶς ἡμῖν δείκνυσι τὸν νοῦν τὸν ἀνθρώπινον τοῦ σωτῆρος Χριστοῦ· τὸ παιδίον γάρ φησιν * ηὔξανε, καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις θεοῦ ἦν ἐπ᾽ αὐτῷ· καὶ μετ᾽ ὀλίγα· * Ἰησοῦς δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ, καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις· τὸ δὲ σοφίᾳ προκόπτειν, οὐ θεοῦ τοῦ σοφοῦ, τοῦ ἀπροσδεοῦς, τοῦ ἀεὶ τελείου, καὶ μήτε ἐπίδοσιν, μήτε ἐλάττωσιν δεχομένου, ἀλλὰ τοῦ νοῦ τοῦ ἀνθρωπίνου, τοῦ ταῖς ἡλικίαις συμ-

* Is. VII. 14.
* Matth. I. 23.
* Colos. II. 9.
* Luc. II. 40.
* v. 52.

(1) Recole cap. IX. Namque anima amens par nulli reputata fuisset. Porro animam reapse in Christo fuisse, negabant Ariani.

προϊόντος. καὶ διδασκαλίας δεομένου. καὶ τέχνης καὶ ἐπιστήμης δεκτικοῦ. καὶ κατὰ βραχὺ τά τε ἀνθρώπινα καὶ τὰ θεῖα γνωρίζοντος (1).

atque scientiae excipiendae idonea est, et quae paulatim tum humana discit tum divina.

κα΄. Ἀπόδειξις ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς τῆς τῶν φύσεων διακρίσεως, καὶ τῆς τοῦ λόγου ἑνώσεως.

XXI. *Ex epistola ad Hebraeos demonstratur naturarum distinctio, et Verbi unio.*

Σαφέστερον δ' ἄν τις ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς τὴν θείαν φύσιν, καὶ τὴν ἀνθρωπείαν κατίδοι. ταῖς ἐνεργείαις μὲν διῃρημένας. τῷ προσώπῳ δὲ συνημμένας. καὶ τὸν ἕνα ὑποδεικνύσας υἱόν· οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς τὸ προοίμιον, ταύτην ἔχει τὴν διδασκαλίαν· εἶπε γὰρ ὁ θεσπέσιος Παῦλος· * ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. Καὶ δείξας αὐτὸν ὑπέρχρονον καὶ προαιώνιον (δι' αὐτοῦ γάρ, φησιν, καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν) ἐπήγαγεν, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς, τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοῖς κεκληρονόμηκεν ὄνομα· ἐναντίον δὲ τὸ γενέσθαι, τὸ εἶναι· ὁ γὰρ ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως, οὐ γίνεται κρείττων ἀγγέλων, ἀλλ' ἔστιν ἀγγέλων οὐ κρείττων μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιητής. καὶ δεσπότης· εἰ δὲ ἐναντίον τῷ εἶναι τὸ γενέσθαι, δι' ἐκείνου μὲν τὸν ἀεὶ ὄντα νοήσομεν, διὰ τούτου δὲ τὸ ἐξ ἡμῶν ἀναληφθέν, καὶ κρεῖττον τῶν ἀγγέλων γεγενημένον, διὰ τὴν πρὸς τὸν ἀνειληφότα ἕνωσιν· πάλιν μετ' ὀλίγα· * πρὸς μὲν τὸν υἱόν φησιν· ὁ θρόνος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου· ὁ δὲ θεός, καὶ μετὰ τοῦ ἄρθρου προσαγορευθεὶς θεός, καὶ τὸν θρόνον ἔχων εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, πῶς ἂν ὑπὸ τοῦ θεοῦ χρισθείη; πῶς ἂν χειροτονητὴν λάβοι βασιλείαν, φυσικὴν ἔχων βασιλείαν; ὁ θρόνος σου γάρ, φησιν, ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα

* Hebr. I. 3. seqq.

* v. 8.

Clarius, opinor, ex epistola ad Hebraeos divinam simul et humanam naturam cognoscere licet, operationibus quidem distinctas, persona tamen coniunctas, atque unicum demonstrantes filium. Epistolae apprime prohoemium hanc continet doctrinam. Ait enim divus Paulus: qui cum sit splendor gloriae, et figura substantiae eius, portansque omnia verbo virtutis suae. » Quumque demonstrasset illum ante omne tempus ac saecula esse (per ipsum quippe fecit et saecula) addidit: « sedit ad dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius prae illis nomen hereditavit. » Est autem verbum effici, contrarium verbo esse. Nam is qui est splendor gloriae, et figura substantiae, non efficitur melior angelis, sed est angelis non melior tantummodo, verum etiam ipsorum creator ac dominus. Iam si verbo « esse » contrarium est verbum « effici » per illud quidem, sempiternaliter existentem intelligemus, per hoc autem eum qui de nobis sumptus fuit, et angelis melior est effectus, propter suam cum adsumente adunationem. Et paulo post. Ad filium quidem dicit: « thronus tuus Deus in saeculum saeculi; virga aequitatis, virga regni tui: dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo exultationis prae participibus tuis. » Iam vero Deus, et quidem graeco articulo praeposito proprie dictus Deus, thronumque tenens in saeculum saeculi, qui fieri potest ut a Deo ungatur? Quomodo ab electione regnum sortietur, qui iure naturali regnum habet? Thronus enim tuus,

(1) Ad hunc Lucae locum quod adtinet legatur pulchra Cyrilli nostri enarratio etiam in commentariis eius, quos nos edidimus AA. class. T. X. p. 17.

inquit, Deus in saeculum saeculi. Esse itaque regem, contrarium est dictioni ungi in regem. Quia dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem. Nam laborum praemium est tale regnum. Rursus; itaque Deum cuius thronus in saeculum saeculi, sempiternaliter illum existentem intelligemus. Eum autem qui postea unctus fuit, propter suum peccati odium, et iustitiae amorem, illum credemus de nobis sumptum, et ex Davide atque Abrahamo, et qui alios participes sui habet, quos inter chrismate excellit, quique omnia sanctissimi Spiritus, charismata in se recepit. Attamen in utraque natura unum filium adorabimus.

Iterum beatus Paulus Davidem testem invocans qui ait: Domine quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum; addidit: eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum, propter passionem mortis, gloria et honore coronatum, ut gratia Dei, pro omnibus mortem gustaret. Hoc autem manifestissime adsumpti hominis perfectionem demonstrat. Ait enim: quid est homo, quod memor es eius? Sed quid est homo, dum ait, universam simul naturam comprehendit. Et dum dominum appellat, Deum Verbum inhabitans dicit, quod suae imaginis memor fuit, quod ineffabilem clementiam exprompsit. Hominem denique ait, illud quod de nobis sumptum est templum, quod praesentia sua visitavit, sibique copulavit, eaque adunatione salutem peregit. Quae ipse interpretans ait: eum autem qui modico quam angeli minoratus est, videmus Iesum, propter mortis passionem. Mortuus est itaque non immortalis Deus, sed natura mortalis. Ideo et modico infra angelos minoratus est, quia hi sunt immortales, illa secus natura mortalis est. Porro Deus Verbum non est infra angelos, sed ange-

τοῦ αἰῶνος· οὐκοῦν ἐναντίον τὸ εἶναι βασιλέα τοῦ εἰς βασιλέα χρισθῆναι. Διὰ τὸ ἀγαπῆσαι δικαιοσύνην, καὶ μισῆσαι ἀνομίαν· πόνων γὰρ ἆθλον ἡ τοιαύτη βασιλεία· οὐκοῦν πάλιν τὸν μὲν θεὸν, οὗ ὁ θρόνος εἰς αἰῶνα αἰῶνος, τὸν ἀεὶ ὄντα νοήσομεν· τὸν δὲ ὕστερον ποτὲ χρισθέντα διὰ τὸ περὶ τὴν ἁμαρτίαν μῖσος, καὶ τὴν ἀγαπηθεῖσαν ὑπ᾽ αὐτοῦ δικαιοσύνην, τὸ ἐξ ἡμῶν ληφθὲν, τὸ ἐκ Δαβὶδ, τὸ ἐξ Ἀβραὰμ, τὸ μετόχους ἔχον, οἷς πλεονεκτεῖ τῷ χρίσματι, ἐν ἑαυτῷ δεξάμενον πάντα τὰ χαρίσματα τοῦ παναγίου πνεύματος· ἐν ἑκατέρᾳ δὲ φύσει (1) τὸν ἕνα υἱὸν προσκυνήσωμεν.

Καὶ αὖθις δὲ ὁ μακάριος Παῦλος * τὸν Δαβὶδ καλέσας εἰς μαρτυρίαν λέγοντα· κύριε τί ἐστιν ἄνθρωπος ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ, ἢ υἱὸς ἀνθρώπου ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν; ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν· ἐπήγαγε *, τὸν δὲ βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν, διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφανωμένον, ὅπως χάριτι θεοῦ ὑπὲρ παντὸς γεύσηται θανάτου· τοῦτο δὲ μάλιστα σαφῶς δείκνυσι τοῦ ἀναληφθέντος ἀνθρώπου τὸ τέλειον· καὶ γάρ φησι· τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ αὐτοῦ; ἀλλὰ τί ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν φύσιν περιλαβών· καὶ κύριον μὲν προσαγορεύσας, τὸν ἐνοικήσαντα θεὸν λόγον, τὸν τῆς οἰκείας εἰκόνος μνησθέντα, τὸν ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίᾳ χρησάμενον· ἄνθρωπον δὲ τὸν ἐξ ἡμῶν ἀναληφθέντα ναὸν, ὃν τῇ παρουσίᾳ ὑπεσκέψατο, καὶ ἑαυτῷ συνῆψε, καὶ τῇ ἑνώσει τὴν σωτηρίαν εἰργάσατο· καὶ τοῦτο ἑρμηνεύων ἔφη· τὸν δὲ βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους ἠλαττωμένον βλέπομεν Ἰησοῦν διὰ τὸ πάθημα τοῦ θανάτου· ἀπέθανε δὲ οὐχ ὁ ἀθάνατος θεὸς λόγος, ἀλλ᾽ ἡ θνητὴ φύσις· διὸ καὶ ἠλαττοῦτο βραχύ τι παρ᾽ ἀγγέλους, τῷ τούτους μὲν ἀθανάτους εἶναι, τὴν δὲ θνητήν· ὁ δὲ θεὸς λόγος οὐκ ἐλάττων ἀγγέλων,

* Hebr. II. 6.

* v. 9.

(1) Heic quoque duas in uno Christo naturas apud Cyrillum legimus, invitis frustra Severianis.

* Colos. I. 16. ἀλλὰ δεσπότης ἀγγέλων· ἐν αὐτῷ * γὰρ ἐκτίσθη τὰ πάντα εἴτε ὁρατὰ, εἴτε ἀόρατα, εἴτε θρόνοι, εἴτε κυριότητες, εἴτε ἀρχαὶ, εἴτε ἐξουσίαι, εἴτε ἄγγελοι, εἴτε δυνάμεις· πάντα δὲ δι' αὐτοῦ, καὶ εἰς αὐτὸν
* Hebr. V. 7. ἔκτισται. Καὶ μετὰ πολλὰ πάλιν· * ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις, φησὶ, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις καὶ ἱκετηρίας πρὸς τὸν δυνάμενον αὐτὸν ἐκ θανάτου ῥύσασθαι μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς, καὶ δακρύων προσενεγκὼν, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, καίπερ ὢν υἱὸς, ἔμαθεν ἐξ ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοὴν, καὶ τελειωθεὶς γέγονεν ἅπασι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου.

Τίς τοίνυν ὁ προσευχόμενος καὶ δεήσεις, καὶ ἱκετηρίας μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενεγκών; τίς ὁ ἐν εὐλαβείᾳ συζήσας, καὶ διὰ τοῦτο ὃν ἱκέτευσε πείσας; τίς ὁ μαθὼν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοὴν, καὶ τὴν πεῖραν λαβὼν διδάσκαλον, καὶ ταύτην ἀγνοῶν πρὸ τῆς πείρας; τίς ὁ λαβὼν κατὰ μέρος τὴν τελειότητα; οὐχ' ὁ Θεὸς λόγος, ὁ τέλειος, ὁ εἰδὼς πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, ἀλλ' οὐ τῇ πείρᾳ μανθάνων· ὁ πάντας ἔχων εὐλαβουμένους, ἀλλ' οὐκ αὐτὸς εὐλαβούμενος· ὁ ἀφελόμενος πᾶν δάκρυον ἀπὸ παντὸς προσώπου, ἀλλ' οὐ δακρύειν ὑπ' ὀδύνης ἀναγκαζόμενος· ὁ ἀπαθὴς καὶ ἀθάνατος, ἀλλ' οὐ δεδιὼς τὸν θάνατον, καὶ μετὰ κραυγῆς ἱκετεύων ἀπαλλαγῆναι θανάτου· οὐκοῦν ἴδια ταῦτα τῆς ἀναληφθείσης ἀνθρωπότητος, ἣ καὶ τὸν θάνατον ἐδεδίει, καὶ διετέλει προσευχομένη, τῆς ἐνοικούσης θεότητος τῷ φόβῳ παραχωρούσης, ἵνα διὰ τῶν παθημάτων δειχθῇ
* Idem II. 16. τῆς ληφθέντος ἡ φύσις. Καὶ πάλιν· * οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ· ἐν ᾧ γὰρ πέπονθεν αὐτὸς πειρασθεὶς, δύναται τοῖς πειραζομένοις βοη-
* Idem IV. 15. θῆσαι. Καὶ μετ' ὀλίγα· * οὐ γὰρ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, πεπειραμένον δὲ κατὰ πάντα καθ' ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας· ἕτερον

lorum dominus. Quoniam in ipso condita sunt universa sive visibilia, sive invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates, sive angeli, sive virtutes: omnia autem per ipsum, et in ipso creata sunt. Et alibi denuo: qui in diebus, inquit, carnis suae preces supplicationesque ad eum, qui possit illum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem quum esset filius, didicit ex iis quae passus est obedientiam: et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis aeternae.

Quis ergo est orans, et preces supplicationesque cum clamore valido et lacrymis offerens? Quis cum religiosa reverentia vivens, ideoque ab eo quem rogavit impetrans? Quis discens ex iis quae passus est obedientiam, et magistri loco experientiam habens, ignarus eius rei ante quam experiretur? Quis pedetemptim adeptus est perfectionem? Haud sane Deus Verbum, perfectum illud, et qui omnia ante quam fiant novit, minime vero experientia discens: quod omnes habet sui cultores, dum ab ipso colitur nemo: auferens ab omni facie lacrymam, ipsum vero nullo dolore lacrymari compulsum: impassibile, immortale, non autem mortem timens neque ut ab ea liberetur cum clamore supplicans. Superest igitur ut haec humanitatis adsumptae sint propria, quae et mortem metuebat, et in oratione perseverabat, quatenus inhabitans deitas timori locum esse sinebat; ut ex passionibus, adsumpti hominis natura dignosceretur. Et rursus: nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahae apprehendit: unde debuit per omnia fratribus similari, ut delicta populi repropitiaret. In eo enim in quo passus est ipse et tentatus, potens est et eis, qui tentantur, auxiliari. Et haud multis interiectis: non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris; tentatum autem

per omnia pro similitudine absque peccato. Est igitur Abrahami semen diversa res ab illo qui id adsumpsit. Semen vero Abrahami sciebat beatus Paulus esse servatorem Christum secundum carnem. Non dixit et seminibus tuis, quasi de multis; sed quasi de uno: « et semini tuo, qui est Christus. » Denique etiam tentari ad similitudinem absque peccato, non est Dei Verbi, sed adsumpti seminis, proprium.

XXII. *Quod Iesus et Deus Verbum et homo dicitur.*

Ita praeclarissimus Paulus per totam epistolam tum naturae proprietates, tum personae praedicat unitatem: ideoque Iesum Christum et hominem appellat et Deum. Unus, inquit, dominus Iesus Christus, per quem omnia. Rursusque Timotheo scribens: unus mediator, inquit, Dei et hominum, homo Christus Iesus. Et in eadem ad Hebraeos epistola: Iesus Christus heri et hodie, ipse et in saecula. Alia quoque, si quis volet, inveniet sexcenta testimonia in divina scriptura quae perfectum hominem praedicant, atque haereticorum coarguunt insaniam. Nobis tamen otium in praesenti non est ea colligendi. Studiosis itaque laborem hunc dimittentes, nos quidem propositum argumentum prosequamur.

XXIII. *De ineffabili Virginis partu.*

Igitur propriam imaginem bello fatiscentem miseratus creator, et morti traditam, inclinavit caelos et descendit, haud sane locum mutans, neque aliò se transferens; etenim omnia implet; immo infinitus est, nullo termino comprehensus, cuncta ut ait propheta manu continens; quis enim, inquit, mensus est manu sua aquas, et caelum palmo, et universam terram pugillo? Itemque David: quia in manu eius sunt omnes fines terrae. Et ipse Deus per prophetam: caelum sedes mea, terra autem scabellum pedum meorum. Ergo

τοίνυν τὸ τοῦ Ἀβραὰμ σπέρμα παρὰ τὸν ἐπιλαμβανόμενον τούτου· σπέρμα δὲ Ἀβραὰμ οἶδεν ὁ μακάριος Παῦλος τὸν σωτῆρα Χριστὸν κατὰ σάρκα· οὐ γὰρ εἶπε *, φησὶ, καὶ τοῖς σπέρμασί σου ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ᾽ ὡς ἐφ᾽ ἑνὸς, καὶ τῷ σπέρματι σου ὅς ἐστι Χριστός· καὶ τὸ πειραθῆναι δὲ καθ᾽ ὁμοιότητα χωρὶς ἁμαρτίας, οὐ τοῦ θεοῦ λόγου ἴδιον, ἀλλὰ τοῦ ἀναληφθέντος σπέρματος. * Gal. III. 16.

κβ'. Ὅτι Ἰησοῦς, καὶ θεὸς λόγος, καὶ ἄνθρωπος λέγεται.

Οὕτως ὁ θειότατος Παῦλος διὰ πάσης τῆς ἐπιστολῆς, τάς τε τῶν φύσεων ἰδιότητας, καὶ τοῦ προσώπου κηρύττει τὴν ἕνωσιν· διὸ Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ ἄνθρωπον καὶ θεὸν προσαγορεύει· * εἷς γάρ, φησι, κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα. * I. Cor. VIII. 6. Καὶ πάλιν Τιμοθέῳ γράφων· * εἷς μεσίτης, φησὶ, θεοῦ καὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς· * I. Tim. II. 5. καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ πρὸς Ἑβραίους· * Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· * Hebr. XIII. 8. καὶ ἄλλας δ᾽ ἄν τις ἐθελήσας εὕροι μυρίας μαρτυρίας ἐκ τῆς θείας γραφῆς τὸν τέλειον ἄνθρωπον κηρυττούσας, καὶ τὴν τῶν αἱρετικῶν ἐλεγχούσας τὴν ἄνοιαν· ἀλλ᾽ ἡμῖν οὐ σχολὴ ταῦτα συλλέγειν ἐπὶ τοῦ παρόντος· τοῖς φιλοπόνοις τοίνυν τὸν πόνον τοῦτον καταλιπόντες, ἡμεῖς τῆς προκειμένης πραγματείας ἐχώμεθα.

κγ'. Περὶ τῆς ἀῤῥήτου τῆς παρθένου γεννήσεως.

Τοιγαροῦν τὴν οἰκείαν εἰκόνα πολεμουμένην οἰκτείρας ὁ ποιητὴς, καὶ θανάτῳ παραπεμπομένην, ἔκλινεν οὐρανοὺς, καὶ κατέβη *, οὐ τὸν τόπον ἀμείψας, οὐδ᾽ ἑτέρωσε μεταβὰς, πληροῖ γὰρ τὰ σύμπαντα, * II. Reg. XXII. 10. μᾶλλον δὲ ἄπειρός ἐστι, καὶ ἀχώρητος, καὶ πάντα ἔχων κατὰ τὸν προφήτην ἐν τῇ χειρί· τίς γάρ, φησιν *, ἐμέτρησε τῇ χειρὶ αὐτοῦ τε ὕδωρ, καὶ τὸν οὐρανὸν σπιθαμῇ, καὶ πᾶσαν τὴν γῆν δρακί; * Is. XL. 12. καὶ πάλιν ὁ Δαβίδ· * ὅτι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς· * Ps. XCIV. 4. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ θεὸς διὰ τοῦ προφήτου· * ὁ οὐρανός μου θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν * Is. LXVI. 1.

ποδῶν μου· οὐκοῦν τὴν κατάβασιν νοήσωμεν
συγκατάβασιν· ἔκλινε τοίνυν οὐρανοὺς, καὶ
κατέβη, καὶ παρθενικὴν ἐκλεξάμενος νηδὺν
κόρης ἁγίας καὶ εὐσεβείᾳ συντεθραμμένης.
δι᾽ ἀγγελικῆς φωνῆς τὸν τόκον προμηνυσά-
σης. καὶ τοῦ συλλήψεως τὸν τρόπον προερμη-
νευσάσης. καὶ τοῦ παρθενίας τὸν φόβον τῇ ἑρ-
μηνείᾳ λυσάσης, εἰσοικίζεται τε. καὶ ναὸν
ἑαυτῷ κατασκευάζει, καὶ τὴν ἄσπαρτον, καὶ
ἀνήροτον σκηνὴν διαπλάττει· ὥσπερ ὁ πρώ-
τως δουλεύσας τῇ ἁμαρτίᾳ, ἀπάτωρ ἐτύγ-
χανε, μητέρα δὲ μόνην εἶχε τὴν γῆν· ἔλαβε
* Gen. II 7. γάρ, φησιν *, ὁ θεὸς χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς,
καὶ ἔπλασεν τὸν ἄνθρωπον· διὸ καὶ ὁ μακά-
* I. Cor. XV. 47. ριος Παῦλος φησίν· * ὁ πρῶτος ἄνθρω-
πος ἐκ γῆς χοϊκὸς. ὁ δεύτερος ἄνθρωπος
ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ· τούτου χάριν ὁ μο-
νογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος ἐκ μόνης παρθένου
τὰς ἀφορμὰς λαβὼν τῆς διαπλάσεως, καὶ
τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἀγεώργητον δημιουργή-
σας ναὸν, καὶ ἑαυτῷ συνάψας, πρόεισιν ἐκ
τῆς παρθένου, οὐ λύσας τῇ συλλήψει τὴν παρ-
θενικὴν ζώνην, οὐ τῇ γεννήσει διαρρήξας,
ἀλλ᾽ ἀκήρατον καὶ ἀνέπαφον διαφυλάξας,
καὶ τὸ μέγα τοῦτο καὶ ἄρρητον θαῦμα θαυ-
ματουργήσας· μέγα γὰρ τῷ ὄντι καὶ ἀνερμή-
νευτον, καὶ λόγου δύναμιν ὑπερβαῖνον, βό-
τρυν ἰδεῖν ἐκ γῆς ἄνευ κλημάτων βλαστή-
σαντα. σῖτον ἄνευ σπερμάτων φύντα, χι-
τῶνα χωρὶς νημάτων καὶ χειρῶν ὑφαντικῶν
ὑφασμένον. ἄρτον οὐ μύλῃ καὶ χερσὶ καὶ πυρὶ
δημιουργηθέντα, ἀλλ᾽ ἀρρήτως ἐκ παρθε-
νικῶν ἀλεύρων γεγενημένον. καὶ τὴν οἰκουμένην
καλύψαντα· πρὸς δὲ τούτοις, παρθένον οἰ-
κείῳ βρέφει θηλὴν ὀρέγουσαν. καὶ γάλακτος
χορηγοῦσαν πηγὰς, καὶ μητέρα γενομένην
τὸν γάμου νόμον οὐ δεξαμένην. μητέρα γενο-
μένην τὴν πῶς γίνεται μήτηρ οὐκ ἐπισταμέ-
νην. μητέρα γενομένην τὴν γυναῖκα πρότε-
ρον οὐ γενομένην. ἀλλ᾽ ἐν παρθενίᾳ καὶ τὸν
ὄγκον τῆς γαστρὸς ἐπιδεικνῦσαν, καὶ τὸν καρ-
πὸν ἐν ταῖς χερσὶ περιφέρουσαν. καὶ τὰ μητρὸς
ἐργαζομένην. σωζομένης τῆς παρθενίας, καὶ
παρθένον μητέρα καλουμένην. καὶ τἀναντία
ὀνόματα τε καὶ πράγματα εἰς ταυτὸν συν-
άγουσαν.

descensum, condescensionem potius existimemus. Inclinavit itaque caelos et descendit, et virgineo delecto utero sanctae puellae atque in recta religione nutritae, angelica voce partum praenuntiante, et conceptionis rationem antea explicante, virgineumque pavorem ea declaratione solvente, proprium sibi facit comparatque templum, et neque satam neque ullo cultu dispositam sibi format stationem: sicuti ille qui primus serviit peccato, sine patre fuerat, unamque habebat terram matrem. Sumpsit enim, inquit, Deus pulverem de terra, hominemque formavit. Quamobrem beatus quoque Paulus ait: primus homo de terra terremus; secundus homo Dominus de caelo. Huius rei gratia unigenitum Dei Verbum ex sola Virgine materiam fabricae sumens, atque ita illaboratum formans templum, sibique uniens, prodit ex Virgine, haud equidem in conceptu solvens virgineam zonam, neque hanc nativitate dirumpens, sed incolumem intactamque conservans; atque ita magnum hoc et inenarrabile patrans prodigium. Etenim magnum reapse est, et inexplicabile, et orationis vim excedens, racemum cernere de terra sine palmitibus germinantem, frumentum sine seminibus ortum, tunicam sine stamine et sine texente manu contextam, panem sine mola ac manibus et igne fabricatum, sed arcane ex virginali farina confectum, et universum mundum complentem. Praeterea Virginem proprio infantulo mammam porrigentem, lactisque fontes praebentem, matrem effectam quae nuptiarum legem non admiserat, matrem inquam effectam quae quomodo fiat mater ignorabat, matrem denique effectam quae matrona antea non fuerat, sed in virginitate tumorem ventris ostendentem, eiusque fructum manibus circumferentem, et officia matris salva virginitate exsequentem, et cum matris nomine virginem, postremo contraria nomina et contrarias res simul comprehendentem.

XXIV. *Res post Christi nativitatem gestae summatim narrantur.*

Sic natus Christus dominus (non enim pium sit, post partum vel Deum Verbum tantummodo illum appellare, vel hominem divinitate nudatum, sed Christus est appellandus, quod vocabulum utramque naturam, et sumentem scilicet et sumptam, denotat) omnia nostra excepto peccato recipit, fasciis more infantium involvitur, lacte alitur atque educatur, manibus circumfertur, sinu excipitur, legali ritu circumciditur, expiatoriis sacrificiis purificatur nova et unica mundi hostia, agnus mundi peccatum tollens; a Simeone adoratur, et servator simul dominusque appellatur. Fugit cum matre et custode ab Herode, venit in Aegyptum, revertitur, periculum pavet. Nazarethum accedit, aetate et sapientia proficit, parentibus obtemperat, omni honore prosequitur non matrem tantummodo, verum etiam matris olim quidem sponsum, posthinc vero curatorem atque custodem, legalia festa celebrat, in templum frequens venit, iudaicorum ingeniorum tarditatem coarguit; idque agit vix duodecennis post nativitatem. Quaeritur a cognatis, derelictus reprehenditur a matre, factum defendit, et latenter quodammodo divinitatem suam revelat: nesciebatis, inquit, quoniam in iis quae patris mei sunt, oportet me esse? significans se non eum esse tantummodo qui cernebatur, sed Deum quoque esse sub illo aspectu celatum, ante omne tempus et saecula, ex patre provenientem. Atque ut summatim dicam, venit ad Iohannem baptizantem, persuadet ei recusanti ut se baptizet, praefigurat in Iordane baptismum nostrum, finem legi imponit, gratiae ianuam reserat, a patre caelitus publicatur, Spiritûs praesentiâ demonstratur, ducitur in desertum velut ad idoneam quandam palaestram, et ieiunat

κδ'. Ἐν κεφαλαίῳ διήγησις τῆς μετὰ τὴν γέννησιν τοῦ Χριστοῦ πολιτείας.

Οὕτως τεχθεὶς ὁ δεσπότης Χριστὸς (οὐ γὰρ εὐαγὲς μετὰ τὸν τόκον ἢ θεὸν λόγον μόνον αὐτὸν προσαγορεύειν, ἢ ἄνθρωπον γεγυμνωμένον θεότητος, ἀλλὰ Χριστὸν, ὃ ἑκατέραν φύσιν τήν τε λαβοῦσαν καὶ τὴν ληφθεῖσαν δηλοῖ) πάντως τὰ ἡμέτερα πλὴν τῆς ἁμαρτίας καταδέχεται πάθη. σπαργανοῦται παραπλησίως τοῖς βρέφεσι. καὶ γάλακτι τρέφεται. καὶ τιθηνεῖται. καὶ χερσὶ περιφέρεται, καὶ κόλποις ἐντίθεται, καὶ κατὰ νόμον περιτέμνεται. καὶ καθαρσίοις θυσίαις καθαίρεται, ἡ καινὴ καὶ μόνη τῆς οἰκουμένης θυσία. ὁ τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν ἄρας ἀμνός· ὑπὸ τοῦ Συμεὼν προσκυνεῖται, καὶ σωτὴρ ὁμοῦ καὶ δεσπότης προσαγορεύεται· φεύγει τὸν Ἡρώδην μετὰ τῆς μητρὸς καὶ τοῦ κηδεμόνος. καταλαμβάνει τὴν Αἴγυπτον, ἐπανέρχεται πάλιν, ἀγωνιᾷ. εἰς τὴν Ναζαρὲτ παραγίνεται, ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ προκόπτει, τοῖς γονεῦσιν ὑποτάσσεται. πάσης τιμῆς ἀξιοῖ οὐ μόνον τὴν μητέρα, ἀλλὰ καὶ τὸν τῆς μητρὸς πάλαι μὲν μνηστῆρα, μετὰ ταῦτα δὲ κηδεμόνα καὶ φύλακα. τὰς ἐννόμους ἑορτὰς ἑορτάζει, τῷ ἱερῷ προσεδρεύει, τὴν ἰουδαϊκὴν ἐλέγχει παχύτητα· καὶ τοῦτο ποιεῖ δύο καὶ δέκα γεγονὼς μόνον ἔτη τέως μετὰ τὸν τόκον· ἐπιζητεῖται παρὰ τῶν προσηκόντων (1), ἀπολειφθεὶς ἐγκαλεῖται παρὰ τῆς μητρὸς, ἀπολογεῖται, καὶ ἠρέμα πως παραγυμνοῖ τὴν θεότητα. οὐκ οἴδατε γάρ φησιν * ὅτι ἐν τοῖς οἰκείοις τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; δεικνὺς ὡς οὐ μόνον ἐστὶ τὸ ὁρώμενον, ἀλλὰ καὶ θεὸς ἐν τῷ ὁρωμένῳ κρυπτόμενος, ὑπέρχρονος, καὶ προαιώνιος ἐκ τοῦ πατρὸς προελθών· καὶ ἵνα συντόμως εἴπω, παραγίνεται πρὸς Ἰωάννην βαπτίζοντα, πείθει βαπτίσαι παραιτούμενον, προτυποῖ τὸ ἡμέτερον ἐν τῷ Ἰορδάνῃ βάπτισμα. δίδωσι τέλος τῷ νόμῳ, καὶ τὴν θύραν ὑπανοίγει τῆς χάριτος, ὑπὸ τοῦ πατρὸς οὐρανόθεν ἀνακηρύττεται, τῇ παρουσίᾳ τοῦ πνεύματος δείκνυται. ἀνάγεται εἰς τὴν ἔρημον ὡς εἰς ἁρμο-

* Luc. II. 49.

(1) An dicendum ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς, *inter cognatos et notos*, ut Luc. II. 44?

δίαν τινὰ παλαίστραν ὑπὸ τοῦ πνεύματος. καὶ νηστεύει μέν, οὐ πέρα δὲ τῶν μέτρων τῆς φύσεως, καὶ τροφῆς μὲν ἐφίεται ἀλλὰ κρατεῖ τῆς ὀρέξεως, οὐ δουλεύει ταῖς ἡδοναῖς· καὶ καλεῖ μὲν τῇ πείνῃ τὸν ἀντίπαλον εἰς τὴν πάλην, περιγίνεται δὲ αὐτοῦ ἀνθρωπίνῃ φιλοσοφίᾳ. ἀλλ' οὐκ ἐξουσίᾳ θεότητος, ἀγωνίζεται. καταγωνίζεται, νικᾷ, ἐξελαύνει. τὴν τυραννίδα καταλύει· τὸ ἀσθενὲς ἐλέγχει, τὴν ἧτταν κηρύττει· θαρσεῖτε γάρ, φησιν *. ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον· προτρέπει πάντας εἰς ἀρετήν. τὴν νομοθεσίαν τῶν θείων δογμάτων ποιεῖ, τὴν διὰ τοῦ προφήτου * ἐπηγγελμένην καινὴν διαθήκην δίδωσιν, οὐρανῶν βασιλείαν ὑπισχνεῖται, τοῖς ἀμελοῦσιν ἀπειλεῖ τῆς γεέννης τὴν φλόγα.

* Ioh. XVI. 33.

* Hier. XXXI. 31.

quidem, non tamen ultra naturae mensuram; et vesci quidem cupit, nihilominus appetitum cohibet, neque voluptatibus servit. Et famis quidem causa concitat adversarium ad luctam, quem tamen humana philosophia superat, non divinitatis potestate; luctatur, superat, vincit, profligat, tyrannidem dissolvit, infirmitatem illius demonstrat, cladem que depraedicat: confidite, inquit, ego vici mundum: cunctos ad virtutem hortatur, divinorum dogmatum tabulas condit, nunciatum ore prophetae testamentum novum tradit, caelorum regnum promittit, officii contemptoribus gehennae ignem comminatur.

κε'. Σύντομος τῶν δεσποτικῶν θαυμάτων διήγησις.

XXV. *Compendiaria dominicorum miraculorum narratio.*

Πιστοῦται τὰ λεγόμενα τῇ μεγάλῃ θαυματουργίᾳ, οἶνον ἀγεώργητον τῷ γάμῳ δωρούμενος, οἶνον χωρὶς κλημάτων ἐξ ὕδατος ἐργαζόμενος, οἶνον ἀστάφυλον τοῖς τοῦ γάμου δαιτυμόσι χαριζόμενος, εἰς οἶνον μεταβαλὼν τῶν ὑδάτων τὴν φύσιν. μὴ μεσιτευούσης ἀμπέλου, καὶ τῆς γῆς τὴν νοτίδα συλώσας τιμῶν τὸν γάμον οὐ τῇ παρουσίᾳ μόνον ἀλλὰ καὶ τῇ θαυματουργίᾳ· ἐπεὶ γὰρ ἐκ παρθενικῆς ἐβλάστησε μήτρας, καὶ παρθενίαν ἤσκησέ τε καὶ τοῖς λόγοις ἐξῆρε, καὶ τὴν ἀζυγίαν ἔργοις καὶ λόγοις ἐτίμησεν, ἵνα μή τις ἀκολασίαν εἶναι νομίζῃ τὴν συζυγίαν, καὶ ὡς παρανόμου τοῦ γάμου κατηγοροίη. τιμᾷ τὸν γάμον τῇ παρουσίᾳ (1). αὔξει τὴν τιμὴν τῇ τοῦ δώρου φιλοτιμίᾳ. λύει τοῦ νυμφίου τὴν ἀπορίαν, ἐκπλήττει τοὺς συμπότας τῇ τοῦ καινοῦ πράγματος εὐοσμίᾳ. ἑαυτὸν διὰ τοῦ δώρου κηρύττει· ἀγεώργητος γὰρ ὤν, τὸν ἀγεώργητον οἶνον δέδωκεν· ἐκεῖθεν τοὺς ἀρρώστους ἰᾶται. καὶ λόγῳ λύει τὰς νόσους, καὶ νεύματι τῶν παθῶν ἀπαλλάττει τοὺς κάμνοντας. τοὺς δαιμονῶντας τῆς λύττης ἐλευθεροῖ, δείκνυσι τοὺς μεμηνότας καθεστηκότας, σφίγγει τοὺς παρειμένους, ἀρτίποδας τοὺς χωλοὺς ἀπεργάζεται, δείκνυσι

Dictis fidem facit grandi patrato miraculo, vinum nempe nulla cultura adquisitum nuptiis suppeditans, vinum sine palmitibus ex aqua conficiens, vinum absque uva nuptiarum convivis largiens, in vinum mutans aquarum naturam, nulla interveniente vite humorem terrae depraedans, atque ita nuptias non praesentia tantummodo verum etiam prodigio honorans. Nam quia ipse de virginea vulva prodierat, et virginitatem usu proprio et verbis extollebat, caelibatumque opere ac sermonibus honorabat, ne quis forte coniugium intemperantiae loco haberet, nuptiasque ceu illicitas traduceret, nuptias honestat praesentia sua, honorem insigni munere auget, sponsum anxietate expedit, convivas facit attonitos novae rei fragrantia, se ipsum hoc dono publice manifestat. Nam qui naturaliter illaboratus erat, illaboratum vinum suppeditavit. Posthinc aegrotos sanat, sermone morbos resolvit, nutu liberat passionibus laborantes, daemoniacos rabie liberat, furentes ad quietam mentem revocat, paralyticos solidat, claudorum pedes redintegrat, solem visu

(1) Eandem sententiam habes in novo etiam et apprime genuino sancti Augustini sermone de nuptiis apud Canam, quem nos ex miro codice saeculi septimi edidimus in Spicilegio rom. T. VIII. circa finem.

cassis ostendit, fores nimirum corporis aperiens per quas animae visualis facultas extra prodit; idque modo solo sermone efficit, modo sputo ac luto deficientem partem supplet, facitque lutum quod per se oculis est infestum, oculorum medicum, et contrario pharmaco utitur, et rem noxiam exhibet salutarem. Auribus ab audiendo dictis, sed tamen auditu carentibus, naturalem impertit usum. Paucis panibus in deserto multa hominum milia satiavit, quinque scilicet panes, tamquam in arvum semen, manibus tradens, et linguae benedictionem ceu riguum nimbum adducens, densam altamque segetem, et plenam aream apostolorum manus effecit; aream nec ventilabro nec purgatorio egentem, non mola nec mactra nec igne aut clibano, sed ipsos per se panes germinantem atque eructantem. Atque ut verba ad compendium conferam, sanguinis fluxum cohibuit, sanitate ab eo sponte quidem, sed quasi furtim, impetrata. Puellam impuberem morte abreptam, et a suis defletam, vicissim eripiens, parentibus reddidit. Alium adolescentem ad sepulturam elatum, vitae restituit, et in gaudium luctum convertit, et funebrem lamentationem in nuptiales hymnos transmutavit. Praeterea foetens post quatriduum ab obitu cadaver ex arca eduxit, et institis illigatum ambulare iussit; reque vera diffugiente morte, mortuus discurrit, putredine liber, putredinisque foetore deposito, e mortis ianuis evasit: atque ita haud iam ligaturis a cursu prohibitus, et a funereo faciei velo haud diutius visu spoliatus, sine ullo impedimento, ad vocantem, agnita voce dominica, accurrit.

XXVI. *Quod sponte (Iesus) salutarem passionem exceperit.*

His aliisque miraculis promissionum suarum magnitudine confirmata, et apostolorum choro ad virtutem erudito, sponte accurrit ad eas quae de eo scriptae fue-

τὸν ἥλιον τοῖς τὸ βλέπειν ἀφῃρημένοις, ἀνοίγει τὰς θύρας τοῦ σώματος δι᾽ ὧν ἐπὶ τὰ ἔξω διαχεῖται τὸ τῆς ψυχῆς ὀπτικόν. καὶ νῦν μὲν λόγῳ μόνῳ τοῦτο ποιεῖ, τὸν πηλὸν τὸν τῶν ὀμμάτων ἐπίβουλον ὀμμάτων θεραπευτήν. καὶ τῷ πολεμίῳ φαρμάκῳ κέχρηται, καὶ τὸ δηλητήριον ἀλεξητήριον δείκνυσι· ταῖς ἀκοαῖς καλουμέναις. τὸ δὲ ἀκούειν ἀφῃρημέναις τὴν οἰκείαν ἐνέργειαν ἐπιδίδωσι· ἄρτοις ὀλίγοις ἐν ἐρήμῳ πολλὰς ἐκόρεσε χιλιάδας. τοὺς πέντε ἄρτους, ὥσπερ εἰς ἄρουραν σπέρμα, ταῖς χερσὶν ἐμβαλών, καὶ τῆς γλώττης τὴν εὐλογίαν οἷόν τι νέφος ἐπαγαγών, δασὺ καὶ βαθὺ λήϊον καὶ ἅλω πλήρη τὰς τῶν ἀποστόλων χεῖρας ἀπέφηνεν, ἅλω οὐ πτύου δεομένην καὶ διακρίσεως, οὐ μύλου καὶ μάκτρας καὶ πυρὸς καὶ κλιβάνου, ἀλλ᾽ αὐτοὺς τοὺς ἄρτους βρύουσάν τε καὶ πηγάζουσαν· καὶ ἵνα ἐν κεφαλαίῳ εἴπω, αἵματος ἔστησεν ὀχετοὺς τὴν ἴασιν ἑκοντὶ συληθείς· κόρην ἄωρον ἁρπαγεῖσαν ὑπὸ θανάτου καὶ πενθουμένην ὑπὸ τῶν οἰκείων ἀνθαρπάσας τοῖς φύσασιν ἀποδέδωκεν· ἕτερον νεανίαν εἰς τὸν τάφον προπεμπόμενον, εἰς ζωὴν ἐπανήγαγε καὶ εἰς χαρὰν τὸ πένθος μετέβαλε, καὶ τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον εἰς ὕμνων λόγον γαμηλίων ἔτρεψε· καὶ τὸν δυσώδη νεκρὸν μετὰ τετάρτην τῆς τελευτῆς ἐκ τῆς θήκης ἐξήγαγε καὶ τὸν πεπεδημένον βαδίζειν ἐκέλευσεν. καὶ παραχρῆμα ὅτε θάνατος ἐδραπέτευσεν. καὶ ὁ νεκρὸς ἔδραμε τῆς σηπεδόνος ἀπαλλαγείς. καὶ τὴν τῆς σηπεδόνος ἀποθέμενος δυσωδίαν. καὶ τὰς τοῦ θανάτου πύλας διαφυγών. καὶ ὑπὸ τῶν δεσμῶν τρέχειν οὐ κωλυόμενος καὶ τῷ μὲν τοῦ προσώπου καλύμματι τὸ βλέπειν ἀφῃρημένος, ἀκωλύτως δὲ τρέχων πρὸς τὸν καλέσαντα, καὶ τὴν δεσποτικὴν ἐπιγινώσκων φωνήν.

κς'. Ὅτι ἑκουσίως τὰ σωτήρια πάθη κατεδέξατο.

Διὰ τούτων καὶ ἄλλων * θαυμάτων τῶν ἐπαγγελιῶν ἐμπεδώσας τὸ μέγεθος, καὶ τὸν χορὸν τῶν ἀποστόλων εἰς ἀρετὴν παιδοτριβήσας, προστρέχει τοῖς ἀναγράπτοις πάθεσιν ἐθε-

* cod. τῶν pro ἄλλων.

λοντής πολλάκις μὲν ταῦτα τοῖς φοιτηταῖς προμηνύσας. ἐπιτιμήσας δὲ τῷ Πέτρῳ μεθ' ἡδονῆς μὴ καταδεξαμένῳ τὰ τῶν παθῶν εὐαγγέλια· καὶ δείξας ὡς διὰ τούτων κατορθοῦται τῆς οἰκουμένης ἡ σωτηρία· διὸ καὶ τοῖς ἐπελθοῦσιν ἑαυτὸν ὑπέδειξεν λέγων· ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε·* καὶ κατηγορούμενος οὐκ ἀντεῖπεν· καὶ δυνάμενος λαθεῖν. τοῦτο ποιεῖν οὐκ ἠνέσχετο· καὶ ταῦτα πολλάκις ἡνίκα ἠβουλήθη διαφυγών· ἀλλὰ καὶ κλαίει μὲν τὴν Ἱερουσαλήμ. ὡς δὴ τῆς ἀπιστίας ἐπισπωμένης τὸν ὄλεθρον. καταψηφίζεται δὲ πανωλεθρίως τοῦ πολυθρυλλήτου πάλαι νεώ· ἀνέχεται καὶ ἐπὶ κάρης* παιόμενος, ὑπὸ διπλῆν δουλείαν δουλεύοντος* κολαφιζόμενος, ἐμπτυόμενος, ὀνειδιζόμενος, στρεβλούμενος, μαστιγούμενος, καὶ τὸ τελευταῖον σταυρούμενος καὶ λαμβάνων λῃστὰς τῆς τιμωρίας κοινωνοὺς ἑκατέρωθεν. καὶ ἀνδροφόνοις καὶ κακούργοις συνταττόμενος, καὶ ὄξος καὶ χολὴν παρὰ τῆς κακῆς ἀμπελῶνος καρπούμενος, καὶ ἀκάνθαις ἀντὶ κλημάτων καὶ βοτρύων στεφόμενος, καὶ πορφυρίδι χλευαζόμενος, καὶ καλάμῳ παιόμενος, καὶ λόγχῃ τὴν πλευρὰν ὀρυττόμενος, καὶ τέλος τάφῳ παραπεμπόμενος.

* Ioh. XVIII. 6.
* cod. χόρης.
* cod. δουλεύοντες.

κζʹ. Τίς τῶν δεσποτικῶν παθημάτων ἡ αἰτία.

Ὑπέμεινε δὲ ταῦτα, τὴν ἡμετέραν μηχανώμενος σωτηρίαν· ἐπεὶ γὰρ οἱ τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύσαντες τοῖς ἐπιτιμίοις ὑπεύθυνοι τῆς ἁμαρτίας ἐτύγχανον, αὐτὸς ἁμαρτίας ἀπηλλαγμένος, καὶ διὰ πάσης ὁδεύσας δικαιοσύνης, τὴν τῶν ἁμαρτωλῶν κατεδέξατο τιμωρίαν, διὰ μὲν τοῦ σταυροῦ, τῆς παλαιᾶς κατάρας τὴν ἀπόφασιν λύων· Χριστὸς γάρ, φησιν*, ἐξηγόρασεν ἡμᾶς ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα· γέγραπται γάρ, ἐπικατάρατος πᾶς ὁ κρεμαμένος ἐν ξύλῳ· διὰ δὲ τῶν ἀκανθῶν, τέλος διδοὺς ταῖς τοῦ Ἀδὰμ τιμωρίαις· μετὰ γὰρ τὴν ἁμαρτίαν*, ἤκουσεν ἐκεῖνος*, ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου. ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι· διὰ δὲ τῆς χολῆς τὸ πικρὸν καὶ ἐπίπονον τῆς θνητῆς καὶ παθητῆς ζωῆς τῶν ἀνθρώπων εἰς ἑαυτὸν ἀναλαμβάνων· διὰ δὲ τοῦ ὄξους τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον τῶν ἀνθρώπων μεταβολὴν αὐτὸς δεχόμενος, καὶ τὴν εἰς τὸ κρεῖττον ἐπάνοδον

* Gal. III. 13.
* cod. τῇ ἁμαρτίαν
* Gen. III. 17.

rant passiones; quas saepe discipulis suis praenuntiaverat, Petro etiam increpito qui haud libenter passionum nuncium excipiebat; demonstrans denique salutem mundi per has confieri. Propterea et advenientibus semet exhibuit dicens: ego sum quem quaeritis. Et accusatus non respondit, et quum posset latere, noluit; quamquam alio non semel tempore appetitus insidiis, declinaverat. Insuper et Hierusalem deplorat, quae incredulitate sua exitium sibi comparabat, et supremae ruinae addicit templum olim famigeratum. Patienter quoque se in capite percussum fert ab homine dupliciter servili. Exalapatus, consputus, vituperatus, excruciatus, flagellatus, et postremo in crucem actus, et socios supplicii admittens utrimque latrones, et cum homicidis atque scelestis computatus, acetumque et fel ex mala vite percipiens, spinisque pro palmitibus atque racemis coronatus, et purpura illusus, calamoque percussus, lancea latus perfossus, et denique sepulcro illatus.

XXVII. *Quaenam dominicae passionis causa fuerit.*

Haec autem perpessus est, dum saluti nostrae dat operam. Nam quia ii qui peccato servierant, peccati poenis facti erant obnoxii, ipse omni peccato immunis, et qui omnis iustitiae cursum confecerat, peccantium supplicium subiit, veteris maledicti decretum cruce sua delens. Christus enim, inquit (Paulus,) nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: quia scriptum est: maledictus omnis qui pendet in ligno. Spineâ vero coronâ, finem Adami suppliciis imponens. Etenim post peccatum ille audierat: maledicta terra in operibus tuis; spinas et tribulos germinabit tibi. Felle, amaritudinem ac molestiam mortalis passibilisque hominum vitae in se recepit. Aceto, hominum in peius mutationem ipse sibi imputavit, et ad meliora reditum largitus est. Purpurâ regnum si-

gnificavit, calamo infirmitatem fragilitatemque potentiae diaboli innuit, alapa nostram publicavit libertatem, nobis debitas tolerans ipse iniurias, correctiones atque plagas. Latus, aeque ac Adamus, perfossus, non tamen feminam inde emergentem exhibens, quae mortem suo errore genuit, sed vitae fontem qui duplici rivulo mundum vivificat; quorum alter in baptisterio nos renovat et immortali stola vestit, alter genitos alit in divina mensa, ceu lac parvulos.

XXVIII. *Quod ex Christi cruciatibus salus nostra orta sit.*

Pharmaca itaque nostra sunt Servatoris nostri cruciatus. Quod propheta docens ait: « ipse peccata nostra perfert, et pro nobis dolet: nos autem reputavimus eum in labore et plaga atque adflictione versari. Ipse vulneratus est propter peccata nostra, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostrae super eum: livore eius nos sanati sumus. Omnes quasi oves erravimus; ideo tamquam ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se obmutuit. » Et sicut pastor dispersas oves cernens, unam ex ovibus manu tenens, et ad placitum sibi pascuum ducens, reliquas etiam huius exemplo ad se pertrahit; sic Deus Verbum quum genus hominum errabundum vidisset, servi forma adsumpta, eaque sibi copulata, ad se per illam convertit universam hominum naturam, atque ad divina pascua deduxit eos qui male pascebantur et lupis erant obiecti. Propterea Servator noster naturam nostram adsumpsit: propterea Christus dominus salutiferam excepit passionem, mortique deditus, sepulcro traditus, antiquam illam tyrannidem depulit, et corruptela detentis incorruptibilitatem promisit. Nam dissolutum templum restaurans et resuscitans, mortuis quoque, atque eius resurrectionem expectantibus, veras firmasque

χαριζόμενος· τῇ πορφυρίδι σημαίνων τὴν βασιλείαν, τῷ καλάμῳ τὸ ἀσθενὲς ϗ σαθρὸν τῆς τοῦ διαβόλου δυνάμεως αἰνιττόμενος, τῷ ῥαπίσματι τὴν ἡμετέραν κηρύττων ἐλευθερίαν, τὰς ἡμετέρας ὑπομένων ὕβρεις, ϗ παιδείας, ϗ μάστιγας· τὴν πλευρὰν τῷ Ἀδὰμ παραπλησίον νυττόμενος, ἀλλ' οὐ γυναῖκα προϊοῦσαν ἐκεῖθεν δεικνὺς, τὴν θάνατον διὰ τῆς ἀπάτης γεννήσασαν, ἀλλὰ πηγὴν ζωῆς τῷ διπλῷ νάματι τὴν οἰκουμένην ζωογονοῦσαν· ὧν τὸ μὲν ἡμᾶς ἐν κολυμβήθρᾳ νεοποιεῖ, ϗ τῇ ἀθανάτῳ περιβάλλει στολῇ· τὸ δὲ τρέφει γεννηθέντας ἐν τῇ τραπέζῃ τῇ θείᾳ, καθάπερ τὰ βρέφη τὸ γάλα.

κη'. Ὅτι διὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ παθῶν ἡ ἡμετέρα γέγονε σωτηρία.

Φάρμακα τοίνυν ἐστὶν ἡμέτερα τὰ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παθήματα· ϗ τοῦτο διδάσκων ὁ προφήτης βοᾷ·* "αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, ϗ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται· ἡμεῖς δὲ ἐλογισάμεθα αὐτὸν εἶναι ἐν πόνῳ, ϗ ἐν πληγῇ, ϗ ἐν κακώσει· αὐτὸς δὲ ἐτραυματίσθη διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, ϗ μεμαλάκισται διὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν· παιδεία εἰρήνης ἡμῶν ἐπ' αὐτῷ· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς ἰάθημεν· πάντες ὡς πρόβατα ἐπλανήθημεν, διὸ ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, ϗ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος·" ϗ καθάπερ ποιμὴν τὰ πρόβατα διεσκεδασμένα θεωρῶν, ἓν τῶν προβάτων κατέχων, ϗ ἐφ' ἣν βούλεται νομὴν ἄγων, ἕλκει τὰ λοιπὰ δι' ἐκείνου πρὸς ἑαυτόν. οὕτως ὁ θεὸς λόγος τῶν ἀνθρώπων τὸ γένος πεπλανημένον ἰδὼν, τὴν δούλου λαβὼν τὴν μορφὴν ϗ ταύτην συνάψας ἑαυτῷ, πρὸς ἑαυτὸν δι' ἐκείνης ἐπέστρεψε πᾶσαν τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν, ϗ εἰς τὴν θείαν νομὴν ἤγαγε τὰ κακῶς νεμόμενα, ϗ τοῖς λύκοις προκείμενα· διὰ ταῦτα ὁ σωτὴρ ὁ ἡμέτερος τὴν ἡμετέραν φύσιν ἀνέλαβε· διὰ ταῦτα ὁ δεσπότης Χριστὸς τὰ σωτήρια κατεδέξατο πάθη, ϗ θανάτῳ παραπεμφθεὶς, ϗ ταφῇ παραδοθεὶς, τὸ μὲν παλαιὸν ἐκεῖνο ϗ πολυχρόνιον κράτος ἔλυσε· τοῖς δὲ τῇ φθορᾷ πεπεδημένοις τὴν ἀφθαρσίαν ὑπέσχετο· τὸν γὰρ λυθέντα ναὸν ἀνοικοδομήσας, ϗ ἀνεγείρας, ϗ τοῖς κειμένοις ϗ προσδεχομένοις αὐτοῦ τὴν ἀνάστα-

* Is. LIII. 4. seq.

*

σιν ἀληθεῖς κ̀ βεβαίας τὰς ὑποσχέσεις ὑπέδειξεν· ὃν τρόπον γάρ. φησιν. ἡ ἐξ ὑμῶν ἀναληφθεῖσα φύσις τῇ τ̃ θεότητος ἐνοικήσει τὲ κ̀ ἑνώσει, τ̃ ἀναστάσεως ἔτυχε, κ̀ τὸ φθαρτὸν ἀνατιθεμένη σὺν τοῖς παθήμασιν εἰς ἀφθαρσίαν κ̀ ἀθανασίαν μετέβη, οὕτω κ̀ ὑμεῖς τ̃ χαλεπῆς τ̃ θανάτου δουλείας ἀπαλλαγήσεσθε, κ̀ τ̃ φθορὰν ἀποῤῥίψαντες σὺν τοῖς πάθεσιν ἐνδύσασθε τ̃ ἀπάθειαν· διὸ κ̀ τὸ δῶρον τ̃ βαπτίσματος πᾶσιν ἀνθρώποις διὰ τ̃ ἀποστόλων ἐξέπεμψε· πορευθέντες γάρ. φησι *. μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τ̃ πατρὸς, κ̀ τ̃ ἁγίου πνεύματος· τὸ βάπτισμα τ̃ δεσποτικοῦ θανάτου σκιαγραφία τίς ὑπάρχει κ̀ τύπος· εἰ γὰρ σύμφυτοι. φησὶν ὁ Παῦλος *. γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τ̃ θανάτου τ̃ υἱοῦ αὐτοῦ, ἀλλὰ κ̀ τ̃ ἀναστάσεως ἐσόμεθα.

* Matth. XXVIII. 19.

* Rom. VI. 5.

promissiones ostendit. Nam quemadmodum, inquit, sumpta ex vobis natura, deitatis inhabitatione atque adunatione, resurrectionem obtinuit, et corruptibilitate passionibusque depositis, ad incorruptibilitatem immortalitatemque transivit, sic et vos dura mortis servitute absolvemini, abiectaque corruptione cum passionibus, impassibilitate vestiemini. Idcirco et baptismi donum cunctis hominibus per apostolos misit. Euntes enim, inquit, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Baptismus adumbratio quaedam est et typus mortis dominicae. Nam si complantati, inquit Paulus, fuimus similitudini mortis filii eius, erimus et resurrectionis.

κθ'. Ἀπόδειξις ἐκ τῶν ἀποστόλου γραφῶν περὶ τ̃ τελείας τ̃ ἀνθρώπου φύσεως.

XXIX. *Ex apostoli scriptis fit demonstratio perfectam fuisse in Christo hominis naturam.*

Οὕτω γεννηθεὶς ὁ δεσπότης Χριστὸς, οὕτω τραφεὶς, οὕτω θαυματουργήσας, διὰ ταῦτα παθὼν, σταυρωθεὶς, ἀποθανὼν, κήρυκας ἀποστείλας πᾶσιν ἀνθρώποις τοὺς ἱεροὺς μαθητὰς, εἰς τ̃ οὐρανὸν ἀνελήφθη· κ̀ ταῦτα ἐν κεφαλαίῳ ἐν τοῖς πρὸς Τιμόθεον γραφεῖσιν, ὁ ἀπόστολος ἡμᾶς ἐδίδαξε λέγων· * ὁμολογουμένως μέγα ἐστὶ τὸ τ̃ εὐσεβείας μυστήριον, θεὸς ἐφανερώθη ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθη ἐν πνεύματι, ὤφθη ἀγγέλοις, ἐκηρύχθη ἔθνεσιν, ἐπιστώθη ἐν κόσμῳ, ἀνελήφθη ἐν δόξῃ· κ̀ τ̃ μὲν φανέρωσιν συνέζευξε τῇ σαρκὶ. τ̃ δὲ δικαίωσιν κατὰ τ̃ τ̃ αἱρετικῶν ἀβελτηρίαν· ἐδικαιώθη δὲ τῇ συνεργείᾳ τ̃ πνεύματος. Ἆρα τὸ δικαιῶσαν πνεῦμα κρεῖττον τ̃ δικαιωθέντος υἱοῦ; ἀλλ᾽ οὐκέτι ταῦτα οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ ἡμέτερον ἐδικαιώθη διὰ τ̃ ἐν αὐτῷ φανερωθέντος θεοῦ, ὃς ἀχωρίστως αὐτῷ συνημμένος, τήν τε ἄκραν ἐπαίδευσεν ἀρετὴν, κ̀ τ̃ βελῶν τ̃ ἁμαρτίας ἐφύλαξεν ἄγευστον, κ̀ ἀμύντον, κ̀ τ̃ διαβολικῆς ἀπάτης ὑπέρτερον· κ̀ θανάτου πρὸς βραχὺ γεύσασθαι συγχωρήσας, παραυτίκα τ̃ ἐκείνου τυραννίδος ἀπήλλαξε, κ̀ τ̃ οἰκείας αὐτῷ ζωῆς μετα-

* I. Tim. III. 16.

Sic natus Christus dominus, sic enutritus, tot miraculis editis, atque ob haec passioni deditus, crucifixus, mortuus, praedicatoribus ad universos homines missis sacris discipulis, in caelum adsumptus fuit. Haec quidem summatim, dum ad Timotheum scriberet, nos docuit apostolus dicens: sine dubio magnum est pietatis sacramentum, Deus in carne apparuit, iustificatus est in Spiritu, visus est angelis, praedicatus est in gentibus, creditum est ei in mundo, adsumptus fuit in gloriam. Et manifestationem quidem heic connexuit propter carnem, iustificationem autem propter haereticorum stultitiam: iustificatus est autem cooperante Spiritu. Num ergo Spiritus iustificans potior est iustificato filio? Nego enimvero. Nam nostra potius natura iustificata fuit, propter supervenientem ei Deum, qui eidem inseparabiliter coniunctus est, et summam docuit virtutem, et a peccati telis custodivit intactam atque intemeratam, et diabolica fraude superiorem; quam quum brevi tempore mortem gustare permisisset, mox eiusdem tyran-

nide eripuit, eique propriam vitam impertitus est, in caelum extulit, et in dextera maiestatis collocavit, eique nomen donavit quod est super omne nomen, suam nempe dignitatem ipsi conferens: ac naturae appellationem illius sumens, qui erat ante saecula Dei Verbum, filius hominis nominari libenter voluit. Nemo enim, inquit (Paulus) in caelum ascendit, nisi qui de caelo descendit filius hominis, qui in caelis est. Descendit autem de caelo non is qui erat de Davidis semine, sed caelorum creator, Dei ante omne tempus Verbum et ante saecula. Hic propter suam cum humanitate adunationem, filii hominis nomen accipit. Et alio rursus loco hunc ita appellat: si videritis filium hominis illuc ascendentem ubi prius erat; non servi forma, sed forma Dei. Et rursus: quod filius hominis sit, inquit, ne miremini; venit enim hora, qua ii qui in monumentis sunt audient vocem illius: et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae; qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Non est hoc unius humanitatis proprium, sed operantis divinitatis, et simul humanitatis conspicuae propter suam cum divinitate coniunctionem atque adunationem.

δέδωκε. καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνήγαγε, καὶ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγαλωσύνης ἐκάθισεν. καὶ ὄνομα αὐτῷ ἐχαρίσατο τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τὴν οἰκείαν αὐτῷ ἀξίαν δωρησάμενος· καὶ τὴν τῆς φύσεως αὐτοῦ προσηγορίαν λαβὼν, υἱὸς ἀνθρώπου ὁ προαιώνιος τοῦ θεοῦ λόγος ηὐδόκησεν ὀνομάζεσθαι· οὐδεὶς γάρ, φησιν *, ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανόν. εἰ μὴ ὁ ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. ὁ ὢν ἐν τῷ οὐρανῷ· κατέβη δὲ οὐχ ὁ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ ἐκ τῶν οὐρανῶν. ἀλλ' ὁ τῶν (οὐρανῶν) ποιητὴς, ὁ ὑπέρχρονος θεοῦ λόγος, ὁ πρὸ τῶν αἰώνων ὑπάρχων· διὰ δὲ τὴν πρὸς τὸ ἀνθρώπινον ἕνωσιν λαμβάνει τὸ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου τὸ ὄνομα· καὶ ἑτέρωθι δὲ πάλιν οὕτως αὐτὸν προσαγορεύει· * ἐὰν ἴδητε τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἀνερχόμενον ὅπου ἦν τὸ πρότερον· οὐχ' ἡ τοῦ δούλου μορφὴ, ἀλλ' ἡ τοῦ θεοῦ μορφή· καὶ αὖθις, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ φησὶ *. μὴ θαυμάζετε τοῦτο, ὅτι ἔρχεται ὥρα ἐν ᾗ ἀκούσονται οἱ ἐν τοῖς μνήμασι τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἐξελεύσονται οἱ τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες, εἰς ἀνάστασιν ζωῆς· οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες, εἰς ἀνάστασιν κρίσεως· οὐ τῆς ἀνθρωπότητος δὲ ψιλῆς τοῦτο τὸ ἴδιον, ἀλλὰ τῆς ἐνεργούσης θεότητος. καὶ τῆς φαινομένης δὴ ἀνθρωπότητος διὰ τὴν πρὸς τὴν θεότητα συνάφειαν τε καὶ ἕνωσιν.

* Ephes. IV. 10. * Ioh. VI. 63. * Ioh. V. 27. seq.

XXX. *Quod forma servi ob eandem coniunctionem filius similiter appelletur.*

λ'. Ὅτι υἱὸς ἡ τοῦ δούλου μορφὴ διὰ τὴν συνάφειαν ὡσαύτως προσαγορεύεται.

Ita Deus Verbum propriam sibi facit servilis formae vilitatem; et Deus quum esset, homo voluit nominari; atque ut hominis humilitatem assumpsit, ita huic vicissim sublimitatem communicavit. Vocatur enim virginis parvulus Emmanuhel, nempe is qui pannis est involutus, et ubera sugit, et lacte nutritur, diciturque magni consilii angelus, admirabilis consiliarius, et Deus fortis, ac dominator, et princeps pacis, et pater futuri saeculi; nec non filius Altissimi, et servator, et dominus, et universi mundi creator. Unus enim, inquit, dominus Iesus Christus, per quem

Οὕτως ὁ θεὸς λόγος οἰκειοῦται τῆς τοῦ δούλου μορφῆς τὴν εὐτέλειαν, καὶ θεὸς ὑπάρχων, ἄνθρωπος ἠθέλησεν ὀνομάζεσθαι. καὶ ὥσπερ μετέλαβε τῶν τοῦ ἀνθρώπου ταπεινῶν, οὕτω τῶν ὑψηλῶν αὐτῷ μεταδέδωκε· καλεῖται γὰρ τὸ τῆς παρθένου βρέφος Ἐμμανουὴλ, καὶ τὸ τοῖς σπαργάνοις ἐνειλημμένον, καὶ θηλὴν ἕλκον, καὶ τρεφόμενον γάλακτι. καὶ καλεῖται μεγάλης βουλῆς ἄγγελος *. καὶ θαυμαστὸς σύμβουλος. καὶ θεὸς ἰσχυρός. καὶ ἐξουσιαστὴς, καὶ ἄρχων εἰρήνης. καὶ πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. καὶ υἱὸς ὑψίστου. καὶ σωτήρ. καὶ κύριος. καὶ τῶν ὅλων δημιουργός· εἷς γάρ, φησι *, κύριος Ἰησοῦς Χριστός, δι'

* Is. IX. 6. gr. * 1. Cor. VIII. 6.

οὗ τὰ πάντα· καὶ μὴν τὸ Ἰησοῦς καὶ Χριστὸς ὄνοματα τῆς οἰκονομίας εἰσὶ σημαντικά· (1) ἡ δὲ οἰκονομία, οὐ πρὸ τῆς κτίσεως, οὐδὲ εὐθὺς μετὰ τὴν κτίσιν, ἀλλ᾽ ἐπ᾽ ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν ἐγένετο· ἐπειδὴ τοίνυν τὸ Χριστὸς ὄνομα, οὐ τὸν ληφθέντα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν λαβόντα λόγον μετὰ τοῦ ληφθέντος δηλοῖ (τοῦ θεοῦ γὰρ καὶ τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο σημαντικόν ἐστιν) ὁ Παῦλος ἀνατίθησι καὶ τῷ ὁρωμένῳ διὰ τὴν πρὸς τὸ κρυπτόμενον ἕνωσιν, τὴν τοῦ παντὸς ποίησιν τε καὶ διακόσμησιν· διὸ καὶ ἑτέρωθι τὸν Χριστὸν ἐπὶ πάντων προσαγορεύει θεόν· ἐξ ὧν γάρ, φησιν *, Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός· οὐκ ἐπειδὴ τοῦ Δαβὶδ ὁ ἀπόγονος αὐτὸς καθ᾽ αὐτὸν * θεός ἐστι, καὶ ἐπὶ πάντων θεὸς, ἀλλ᾽ ὅτι τοῦ θεοῦ τοῦ ἐπὶ πάντων ὑπῆρχε ναὸς, ἡνωμένην καὶ συνημμένην ἔχων ἑαυτῷ * τὴν θεότητα.

* Rom. IX. 5.
* cod. καθ᾽ αὐτός.
* cod. αὐτοῦ.

omnia. Et quidem Iesus et Christus nomina sunt incarnationis significativa. Incarnatio autem haud ante rerum creationem, neque statim post creationem, sed extremis temporibus accidit. Quandoquidem igitur nomen Christus, non adsumptum tantummodo, verum etiam adsumens Verbum una cum adsumpto denotat (namque id nomen Deum simul et hominem significat) Paulus adtribuit ei qui visibilis est, propter suam cum invisibili coniunctionem, adtribuit inquam universi mundi creationem et dispositionem. Quare et alibi Christum super omnia Deum appellat; ait enim: ex quibus est secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus. Non quia Davidis nepos ipse per se sit Deus, et super omnia, sed quia Dei summi templum erat, unitam copulatamque habens secum divinitatem.

λα΄. Ὅτι δύο μὲν εἰσὶ φύσεις, ἓν δὲ τὸ πρόσωπον τοῦ Χριστοῦ.

Διὰ τοῦτο Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον ὁ αὐτὸς, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· οὐ γὰρ εἰς πρόσωπα δύο τὴν οἰκονομίαν μερίζομεν, οὐδὲ υἱοὺς δύο ἀντὶ τοῦ μονογενοῦς κηρύττομεν τὲ καὶ δογματίζομεν, ἀλλὰ δύο μὲν τὰς φύσεις εἶναι καὶ μεμαθήκαμεν (2) καὶ διδάσκομεν· ἕτερον γὰρ θεότης, καὶ ἕτερον ἀνθρωπότης· ἕτερον τὸ ὄν, καὶ ἕτερον τὸ γενόμενον· ἄλλο ἡ τοῦ θεοῦ μορφὴ, καὶ ἄλλο ἡ τοῦ ἀνθρώπου μορφή· καὶ ἄλλο ἡ λαβοῦσα καὶ ἕτερον ἡ ληφθεῖσα· ἕτερον ὁ λυθεὶς ναὸς, καὶ ἕτερον ὁ λυθέντα τοῦτον ἀναστήσας θεός.

XXXI. *Quod duae sint naturae, una autem persona Christi.*

Ideo Iesus Christus heri et hodie, idem est et in saecula. Non enim in duas personas dispensationis opus dividimus, neque duos filios pro unigenito praedicamus et credimus, sed duas esse naturas et didicimus et docemus. Aliud enim est deitas, et aliud humanitas: aliud per se existens, et aliud quod factum est: aliud Dei forma, et aliud forma hominis: aliud sumens natura, aliud sumpta: aliud templum dissolutum, et aliud qui hoc dissolutum resuscitavit Deus.

λβ΄. Ὅτι οὐ κρᾶσιν λέγειν ὅσιον, ἀλλ᾽ ἕνωσιν ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ.

Οὐ τὰς φύσεις τοίνυν συγχέομεν, οὐδὲ κρᾶσιν ποιητοῦ καὶ ποιήματος δογματίζομεν, καὶ τῷ τῆς κράσεως ὀνόματι τὴν σύγχυσιν συνεισφέρομεν· ἀλλὰ καὶ τοῦ θεοῦ λόγου τὴν φύσιν γνωρίζομεν. καὶ τῆς μορφῆς τοῦ δούλου τὴν οὐσίαν γινώσκομεν, ἑκατέραν δὲ φύ-

XXXII. *Quod non concretionem sed unionem in Christo dicere religiosum sit.*

Non ergo naturas confundimus, neque concretionem factoris facturaeque dogmatizamus; immo potius concretionis vocabulo, confusionis significatum attribuimus. Porro Dei Verbi naturam scimus, et servilis formae substantiam agnoscimus, utramque ve-

(1) Confer apud nos Cyrillum explan. ad psalmum XLIV. v. 8.

(2) Adhuc ne Monophysitae Cyrillum erroris sui patronum impudentissime dictitabunt?

ro naturam ut unicum adoramus filium. Invicem enim alterutrum nuncupatur Christus. Neque sola servi forma et divinitate carens, ita umquam a religionis rectae magistris est appellata. Qui autem concretionem dicunt, hi concretioni confusionem oggerunt, confusionem vero mutatio comitatur: facta denique mutatione, neque Deus in propria natura permanebit, neque item homo in sua. Necesse est enim ut uterque ex propriae substantiae finibus decedat; ita ut neque Deus videatur iam Deus, neque homo item homo. Atqui hoc ne in hominis quidem structura quisquam prudens sibi parsuadeat. Non enim corpori animam concretam, sed unitam copulatamque inhabitantemque et simul operantem dicimus. Neque item animam mortalem, neque corpus immortale quisquam dicet nisi plane desipiens; sed utramque naturam discernimus, unum tamen animal agnoscimus ex illis compositum: et utramque naturam diversis nominibus vocitamus, animam scilicet atque corpus dicimus; quod vero ex utraque re conflatur animal, alio nomine vocamus, hominem scilicet nominamus. Haec igitur etiam in iis quae adtinent ad incarnationem exempli instar sumentes, a blasphemia illa cavebimus; et omissa concretione, vocabulis adunationis, coniunctionis, et communionis constanter utemur; naturarum distinctionem, personae vero unitatem dogmatizantes. Sic Arii et Eunomii blasphemiam refutabimus; humiliter quidem dicta et facta a servatore Christo, servi formae applicantes; sublimia autem et Deo digna ac magna, sublimi et magnae et omnia excedenti attribuentes divinitati.

σιν ὡς ἕνα προσκυνοῦμεν υἱόν· θάτερον γὰρ θατέρῳ Χριστὸς ὀνομάζεται· καὶ οὔτε ἡ τοῦ δούλου μορφὴ ψιλὴ, καὶ γυμνὴ τυγχάνουσα τῆς θεότητος, τοῦτο πώποτε παρὰ τῶν διδασκάλων ἐκλήθη τῆς εὐσεβείας· οἱ δὲ τὴν κρᾶσιν λέγοντες, τῇ κράσει τὴν σύγχυσιν συνεισφέρουσι· τῇ δὲ συγχύσει ἡ τροπὴ συνεισφέρεται· τροπῆς δὲ εἰσιούσης, οὔτε θεὸς ἐπὶ τῆς ἰδίας μένοι ἂν φύσεως, οὔτε ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς οἰκείας· ἀνάγκη γὰρ ἐκστῆναι τῶν τῆς οὐσίας ὅρων ἑκάτερον, καὶ μήτε τὸν θεὸν γνωρίζεσθαι θεὸν, μήτε τὸν ἄνθρωπον, ἄνθρωπον (1)· τοῦτο δὲ οὐδὲ ἐπὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς λάβοι ἄν τις εὖ φρονῶν· οὐ γὰρ τῷ σώματι τὴν ψυχὴν κεκρᾶσθαι, ἀλλ' ἡνῶσθαι, καὶ συνῆφθαι, καὶ οἰκεῖν, καὶ ἐνεργεῖν φαμέν· καὶ οὔτε τὴν ψυχὴν θνητὴν, οὔτε τὸ σῶμα εἴποι τις ἂν ἀθάνατον, μὴ κομιδῆ παραπαίων, ἀλλὰ τὴν μὲν ἑκατέραν [φύσιν] διαιροῦμεν, ἓν δὲ ζῷον γνωρίζομεν τὸ ἐξ ἐκείνων * συγκείμενον· καὶ ἑκατέραν μὲν φύσιν διῃρημένοις ὀνόμασιν ὀνομάζομεν, τὴν μὲν ψυχὴν, τὸ δὲ σῶμα, τὸ δὲ ἐξ ἀμφοτέρων συνεστηκὸς ζῷον ἑτέρῳ καλοῦμεν ὀνόματι· ἄνθρωπον γὰρ προσαγορεύομεν (2)· ταῦτα τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς οἰκονομίας τὴν εἰκόνα λαβόντες, τῆς βλασφημίας ἀπαλλαγῶμεν ἐκείνης, καὶ τὴν κρᾶσιν καταλιπόντες (3), τῷ τῆς ἑνώσεως καὶ συναφείας καὶ κοινωνίας ὀνόματι χρώμενοι διατελέσωμεν· φύσεων * μὲν διάκρισιν, προσώπου δὲ ἕνωσιν δογματίζοντες· οὕτω τὴν Ἀρείου καὶ Εὐνομίου βλασφημίαν ἐλέγξομεν, τὰ μὲν ταπεινῶς εἰρημένα καὶ πεπραγμένα τῷ σωτῆρι Χριστῷ, προσάπτοντες τῇ τοῦ δούλου μορφῇ· τὰ δὲ ὑψηλὰ καὶ θεοπρεπῆ καὶ μεγάλα, τῇ ὑψηλῇ καὶ μεγάλῃ καὶ πάντα νοῦν ὑπερβαινούσῃ ἀνατιθέντες θεότητι.

* cod. ἐκείνου.

* cod. φύσεως

(1) Perspicua, mira, ac peremptoria Cyrilli doctrina de naturarum in Christo distinctione! Ego vero lectores meos magnopere hortor, ut editam apud nos Script. vet. T. VI. novam Theoriani graeci cum Armenis syrisque Iacobitis theologicam disputationem adeant, ubi res haec luculentissime illustratur.

(2) En animae et corporis in unico homine propositum recte exemplum, quo perverse abutebantur Monophysitae tom. praed. p. 393.

(3) Sapienter hanc cautelam post natos errores exposcit Cyrillus. Etenim paulo ante Gregorius nazianzenus orat. XXXVIII. 13. ed. noviss. T. I. p. 671. adhuc scribebat de opere incarnationis: ὦ τῆς καινῆς μίξεως, ὦ τῆς παραδόξου κράσεως!

λγ'. Ὅτι τῆς ἡμετέρας φύσεως ἡ εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψις τὰς τοῦ πνεύματος δωρεὰς ἡμῖν προεξένισεν.

Ἀλλὰ καιρὸς ἀναδραμεῖν ἐπὶ τὸ προκείμενον· ἀναληφθεὶς τοίνυν εἰς οὐρανοὺς ὁ δεσπότης Χριστὸς, καὶ ἑαυτὸν ὥσπερ ἔγγυον τῆς τῶν ἀνθρώπων εἰρήνης προσενεγκὼν τῷ πατρὶ, πέμπει τοῖς ἀνθρώποις τὴν χάριν τοῦ πνεύματος, ὥσπέρ τινα τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν ἀῤῥαβῶνα, παιδοτρίβην, καὶ γυμναστὴν, τὸν τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὴν, φύλακα τῶν πιστευόντων ἀκοίμητον, φῶς τῶν προσιόντων ἄσβεστόν τε καὶ ἀνέσπερον, τῶν ψυχικῶν τραυμάτων θεραπευτὴν, ἰατρὸν τῶν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας γινομένων τραυμάτων, στρατηγὸν ἀριστεύειν κατὰ τοῦ διαβόλου διδάσκοντα, ὑποπτέρους τοὺς χαμαιπετεῖς ἐργαζόμενον, τοὺς γηΐνους τὴν τῶν οὐρανῶν πολιτείαν παιδεύοντα, καταφρονεῖν σαρκὸς, ἐπιμελεῖσθαι ψυχῆς, διαπτύειν τὰ παρόντα, ἐφίεσθαι τῶν μελλόντων, ὁρᾷν τὰ προσδοκώμενα διὰ πίστεως, μηδὲν ἡγεῖσθαι τῶν ἐν τῷ βίῳ λαμπρὸν, δόξης καταγελᾷν, τῶν τοῦ πλούτου ῥευμάτων ὑπερορᾷν, ὥραν σώματος ὡς ἄνθος ὁρᾷν μαραινόμενον, μὴ ἀλγεῖν πενομένους, μὴ ἀνιᾶσθαι νοσοῦντας, χαίρειν ἀδικουμένους, λεηλατουμένους εὐφραίνεσθαι, φέρειν καρτερικῶς τὰ δεινὰ, ὑπερεύχεσθαι τῶν ἀντιδικούντων, εὐλογεῖν τοὺς καταρωμένους, καὶ πᾶσαν ἁπαξαπλῶς φιλοσοφίαν μεταδιώκειν· ταῦτα ἐδίδαξεν ἡ χάρις τοῦ πνεύματος, ταῦτα γῆν * καὶ θάλατταν ἐξεπαίδευσεν, ταῦτα καὶ βάρβαροι μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος αὐτῶν φιλοσοφοῦσιν ἐπιδημίαν, ταῦτα ἠπειρῶται, ταῦτα οἱ στρατιῶται, ταῦτα οἱ τὰς ἐσχατιὰς τῆς οἰκουμένης οἰκοῦντες.

* cod. [illegible] pro γῆν.

λδ'. Προτροπὴ εὐχαριστίας, καὶ ἀποτροπὴ περιεργίας.

Ἀνυμνήσωμεν τοίνυν τὸν τῶν ἀμυθήτων ἀγαθῶν χορηγὸν, τὸν ἐκ τῆς ἐσχάτης ἀλογίας εἰς τὴν προτέραν ἡμᾶς φύσιν ἐπαναγαγόντα, τὸν δι' ἡμᾶς πτωχεύσαντα, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν· καὶ σὺν αὐτῷ τὸν γνήσιον αὐτοῦ πατέρα, ὃς

XXXIII. *Quod nostrae naturae in caelum adsumptio, Spiritus sancti dona nobis comparaverit.*

Sed iam tempus est revertendi ad propositum. Adsumptus itaque in caelum Christus dominus, seque veluti humanae pacis sponsorem patri exhibens, mittit ad homines Spiritus sancti gratiam, ceu quandam promissorum bonorum arrham, magistrum, gymnastam, piorum agonothetam, vigilem credentium custodem, lumen accedentium ad fidem inextinguibile et minime occiduum, spiritalium vulnerum curatorem, impositarum a peccatis plagarum medicum; ducem qui feliciter cum diabolo pugnare docet, et altivolantes facientem qui humi repetebant; qui terrenos ad caelestem vitam instituit, atque ut carnem contemnant, animae curam gerant, praesentia despuant, futuris inhient, ea quae per fidem expectantur prae oculis habeant, nihil in mundo splendidum putent, gloriam irrideant, divitiarum torrentes despiciant, corporis pulchritudinem ceu florem caducum spectent, ne inopes doleant, ne aegroti aegre ferant, ut laesi gaudeant, spoliati laetentur, fortiter aerumnas tolerent, orent pro adversantibus, benedicant maledicentibus, atque omnimodam ut semel dicam philosophiam sectentur. Haec docuit Spiritus gratia, haec terram ac mare erudierunt, haec etiam barbari post sui Servatoris adventum philosophantur, haec terrae continentis incolae, haec milites, haec qui extremos mundi fines habitant.

XXXIV. *Adhortatio ad agendas gratias, et a superflua curiositate dehortatio.*

Celebremus itaque innumerabilium bonorum datorem, qui ab extrema morum absurditate ad primigeniam nos naturam revocavit, eum inquam qui propter nos pauper est factus, ut nos paupertate ipsius ditaremur. Simulque laudemus verum

ipsius patrem, qui tantopere mundum dilexit; ut filium suum unigenitum pro eo dederit, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Cumque Patre ac Filio sanctum Spiritum aeque laudemus, in cuius nomine baptizati, doni arrham accipimus; a quo nostrae animae illuminantur, a quo incarnationis opus docemur, et in theologia instituimur, per quem a morum importunitate arcemur, per quem denique errore liberati veritatem agnovimus. Ab indaganda autem ingeniti natura cessemus, utrum ipse sit bonus ac iustus, et utrum fieri possit ut quis non genitus nec factus existat. Cessemus item a scrutanda Unigeniti generatione eiusque ratione exquirenda, nec de ingenito genitoque diiudicemus, aut quod inmensurabile est dimetiamur. Cessemus a malitiose vestiganda Spiritus processione, neque ea discere studeamus, quae soli Patri Filio et sancto Spiritui nota sunt. In iis, quos recepimus, finibus maneamus: ne terminos, quos patres nostri posuerunt, transferamus. Tradita nobis a Spiritu doctrina contenti simus. Ne velimus Pauli scientiam superare, qui ex parte aiebat se cognoscere, et ex parte prophetare, et in speculo et aenigmate veritatem videre. Expectemus speratorum bonorum possessum. Tunc perfecte cognoscemus, cum neque iactantia nobis nocebit, neque superbia nos praecipites aget, sed passione omni expertes erimus. Ergo praesenti tempore in do-

οὕτως ἠγάπησε τὸν κόσμον, ὡς δοῦναι τὸν μονογενῆ αὐτοῦ υἱὸν ὑπὲρ αὐτοῦ, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον· * καὶ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ (* Ioh. III. 16.) τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐν ᾧ βαπτιζόμενοι τὸν τῆς δωρεᾶς ἀρραβῶνα λαμβάνομεν· δι' οὗ τὰς ψυχὰς φωτιζόμεθα, δι' οὗ τὴν οἰκονομίαν διδασκόμεθα, δι' οὗ τὴν θεολογίαν παιδευόμεθα, δι' οὗ τῆς ἀλογίας ἀπαλλαττόμεθα, δι' οὗ τῆς πλάνης ἐλευθερώθημεν, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἔγνωμεν. Καὶ παυσώμεθα τὴν φύσιν πολυπραγμονοῦντες τοῦ ἀγεννήτου, εἰ ἐστὶν αὐτὸς ἀγαθὸς καὶ δίκαιος, καὶ εἰ οἷόν τε εἶναί τινα μὴ γεννηθέντα ἢ γενόμενον· παυσώμεθα τὴν γέννησιν περιεργάζεσθαι τοῦ μονογενοῦς, καὶ τὸν τρόπον ἐπιζητοῦντες, καὶ ἀγεννήτῳ καὶ γεννητῷ διαιτῶντες, καὶ μετροῦντες τὰ ἀμέτρητα· παυσώμεθα κακῶς ἀνιχνεύοντες τὴν τοῦ πνεύματος πρόοδον, καὶ ζητοῦντες μαθεῖν ἃ μόνῳ πατρὶ καὶ υἱῷ καὶ ἁγίῳ πνεύματι γνώριμα (1)· ἐμμείνωμεν οἷς ἐλάβομεν ὅροις· μὴ ὅρια μετενέγκωμεν ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες ἡμῶν· ἀρκεσθῶμεν τῇ δοθείσῃ διδασκαλίᾳ παρὰ τοῦ πνεύματος· μὴ βουληθῶμεν ὑπερβῆναι Παύλου τὴν γνῶσιν, ὃς ἐκ μέρους ἔφη * γινώσκειν, καὶ ἐκ μέρους προφητεύειν, καὶ ἐν ἐσό- (* I. Cor. XIII. 9.) πτρῳ βλέπειν ἐστὶν ἐν αἰνίγματι τὴν ἀλήθειαν (2)· ἀναμείνωμεν τῶν ἐλπιζομένων ἀγαθῶν τὴν ἀπόλαυσιν· τότε τὰ τέλεια μαθησόμεθα, ὅτε δι' ἀλαζονείας οὐ βλαβησόμεθα, ὅτε δι' ὑπερηφανίας οὐ πεσούμεθα, ὅτε ἐν ἀπαθείᾳ βιωσόμεθα· οὐκοῦν ἐν τῷ παρόντι ταῖς τῶν πατέρων διδασκαλίαις ἐμμείνωμεν,

(1) Nicetas aquileiensis, quinti saeculi homo, in pretioso suo de Spiritu sancto tractatu apud nos Script. vet. T. VII. p. 319. pari sententia ait. *Utinam, ut fuerat traditum, cum Patre et Filio Spiritum sanctum simpliciter credidissent illi, qui postmodum quaestionem de Spiritu induxerunt! ut, puta, Macedoniani, vel eorum in hac curiositate participes. Dum enim quaerunt et isti, qualis est Spiritus sanctus? unde est? quantus est? natus est? an factus est? sic iterum sciderunt populum, et vere, secundum apostoli dictum, interminabilem quaestionem ecclesiis induxerunt* etc.

(2) Audiant haec immodicae et quasi meracae (ut cum Tullio Tertullianoque loquar) rationalitatis amatores, qui tantam aetate nostra perniciem in ecclesiam invehunt. Quid? Nonne ipsi hoc instituto suo fidem, totius religionis fundamentum, a Christo apostolisque praeiactum, funditus subruunt? Nonne incautos adseclas ad gentilitatem vel potius ad atheismum vi pertrahunt? Nihil ergo divinae scripturae, nihil sanctorum patrum infinita volumina, nihil tot pro christiana religione apologiae effecerunt? sed ad barbariem rursus ac tenebras in tanta, ut isti putant, saeculi nostri civilitate ac luce regredimur? Equidem divinis perpetuitatis promissis firmiter nitimur: de illa tamen ecclesiae tranquillitate ac pace sollicitamur, quae poterat esse continua, si tot pestilentium librorum turbulentia et importunitate careret.

ἵνα μὴ μείζω ζητοῦντες, καὶ τῶν ἐλαττόνων ἐκπέσωμεν· ὃ πέπονθεν ὁ προπάτωρ Ἀδάμ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐπιθυμήσας γενέσθαι θεὸς, καὶ τὸ εἶναι εἰκὼν θεοῦ προσαπώλεσε.

λε΄. Ὅτι χρὴ θεοτόκον καὶ ἀνθρωποτόκον λέγειν.

Τοίνυν περὶ τὴν θεολογίαν μηδεὶς ἀπιστίαν νοσείτω, μηδεὶς περὶ τὴν οἰκονομίαν χωλευέτο, ἀλλὰ τὸν ἐκ παρθένου γεννηθέντα Χριστὸν, θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον ὁμολογείτω καθ᾽ ἑκάτερον· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ θεοτόκος καὶ ἀνθρωποτόκος (1) ἡ ἁγία παρθένος ὑπὸ τῶν τῆς εὐσεβείας διδασκάλων προσαγορεύεται· τοῦτο μὲν ὡς φύσει τὸν [δούλῳ] ἐοικότα γεννήσασα· ἐκεῖνο δὲ, ὡς τῆς τοῦ δούλου μορφῆς, καὶ θεοῦ τὴν μορφὴν ἡνωμένην ἐχούσης· οὕτω διὰ θεολογίας καὶ οἰκονομίας τὸν τὸ μυστήριον ἡμῖν τὸ ἀποκεκρυμμένον γνωρίσαντα ἀνυμνήσωμεν, καὶ διὰ τῆς τοῦ βίου καθαρότητος ναοὺς ἑαυτοὺς τῷ θεῷ κατασκευάσαντες (2), ἔνοικον αὐτὸν λάβωμεν· καὶ ταῖς ἀκτῖσιν αὐτοῦ φωτιζόμενοι, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν*. προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα καὶ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

* Rom. XIII. 13.
* Tit. II. 13.

ctrinis patrum perstemus; ne maiora forte quaerentes, minoribus quoque excidamus: quod progenitor Adamus passus est, qui dum Deus fieri cupit, ut imago quoque Dei esset amisit.

XXXV. *Quod oportet Dei et hominis matrem dicere (sanctam Virginem.)*

Ergo in theologia nemo incredulitate laboret, nemo circa incarnationis mysterium claudicet; sed ex Virgine natum Christum, Deum simul et hominem confiteatur. Propterea enim mater et Dei et hominis, sancta Virgo, a rectae religionis magistris appellatur; hoc quidem, quia naturaliter eum qui in forma servi erat genuit; illud autem, quia servi forma, formam Dei unitam habet. Atque ita eum laudemus, qui per theologiam et dispensationem, mysterium nobis absconditum revelavit. Tum vero vitae puritate templa nosmet Dei efficientes, habitatorem eundem nanciscamur: eiusque splendoribus illuminati, sicut in die honeste ambulemus, expectantes beatam spem, et adventum gloriae magni Dei et salvatoris nostri Iesu Christi, cum quo Patri unaque sancto Spiritui gloria et potentia in saecula saeculorum. Amen.

Hactenus ex codice vaticano 841. *fol.* 176. *usque ad fol.* 203.

(1) Recte, si utrumque simul epitheton pronuncietur; peperit enim Maria Christum Deum et hominem. Secus autem, si omisso θεοτόκος, dicatur tantummodo ἀνθρωποτόκος, in nestorianam blasphemiam incidere necesse est.

(2) Sic etiam praedictus Nicetas tractatum suum de Spiritu sancto concludit p. 329: *et deinceps pacem et dilectionem sectantes, bonis semper operibus habundemus* etc.



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ

ΚΑΤΑ ΤΩΝ ΜΗ ΒΟΥΛΟΜΕΝΩΝ ΟΜΟΛΟΓΕΙΝ ΘΕΟΤΟΚΟΝ ΤΗΝ ΑΓΙΑΝ ΠΑΡΘΕΝΟΝ (1).

SANCTI EIUSDEM CYRILLI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRINI

SERMO

ADVERSUS NOLENTES CONFITERI SANCTAM VIRGINEM ESSE DEIPARAM.

1. Norunt medici praecaventia morbos adiutoria; etenim praevia arte avertunt impendens damnum, et diversarum medicinarum compositione morborum vincunt saevitiam. Praevident etiam gubernatores saepenumero ventorum mutationes usu edocti, et idoneum tempori adhibentes consilium, immunem naufragio ratem cum Dei auxilio conservant. Parem animarum nostrarum gerens curam Deus, praedicit nobis tentationum periculum, ut damno ante experimentum cognito, huius discrimen tuto vitemus. Novit enim Deus cuncta ante quam fiant; haud coniectura, ut praedicti homines, quid utile sit reputans; sed praevisione Deo digna res futuras cognoscens. Sic etiam iudicii ante tempus nobis supplicia monstravit, ut malorum timore eruditi, horum facile perpessionem fugiamus. Neque vero secius quam

α. Ἴσασιν ἰατρῶν παῖδες προφυλακτικὰ τῶν παθῶν βοηθήματα, τῇ τέχνῃ προαναστέλλοντες τὴν μέλλουσαν βλάβην, καὶ τῇ τῶν διαφόρων φαρμάκων συνθέσει τὴν τῶν παθῶν νικῶντες ἀγριότητα· προορῶσι καὶ κυβερνῆται πολλάκις τὰς τῶν πνευμάτων μεταβολὰς ὑπὸ τῆς συνηθείας ὁδηγούμενοι, καὶ τὴν προσήκουσαν τῇ χρείᾳ ποιούμενοι πρόνοιαν, ἀναυάγητον τὸ σκάφος τῇ τοῦ θεοῦ συνεργείᾳ διαφυλάττουσιν· τοσαύτην τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ὁ θεὸς ποιούμενος πρόνοιαν, προλέγει τῶν πειρασμῶν ἡμῖν τὸν κίνδυνον, ἵνα μαθόντες πρὸ τῆς πείρας τὴν βλάβην, ἀσφαλῶς τὸν ἐκ ταύτης διαφύγωμεν κίνδυνον· οἶδεν γὰρ τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν, οὐ στοχασμῷ καθάπερ ἐκεῖνοι τὸ χρήσιμον λογιζόμενος, ἀλλὰ προγνώσει θεοπρεπεῖ γινώσκων τὰ μέλλοντα· οὕτω καὶ τῆς κρίσεως ἡμῖν ἐπέδειξε πρὸ καιροῦ τὰ κολαστήρια, ὡς ἂν τῷ φόβῳ τῶν δεινῶν παιδευθέντες, τὴν ἐκ τούτων εὐκόλως τιμωρίαν

Ex cod. vat. A. seu 1431. f. 134. et cod. ottob. B. seu 30. f. 366.

(1) Agit de *Deipara* Cyrillus etiam sermone I. contra Nestorium, nec non in epistola dogmatica ad aegyptios monachos, quae est in ordine epistolarum prima. Magnifice vero celebrat, et tertio quoque verbo appellat *Deiparam*, in oratione habita Ephesi coram synodo. Porro ut orthodoxi sanctique homines beatissimam Mariam omni laude cumularunt, ita perversi quique haeretici eam vituperarunt, nempe praeter Nestorium, Manichaei et Iconoclastae, ut novis nos documentis demonstraturi sumus. Nam quid recentiores etiam Lutheri et Calvini sectae adversus B. Mariae honorem sint ausae, dicere propemodum nefas est.

*

ἐκφύγωμεν· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις προείρηκεν *, ὡς ἔσονται ψευδόχριστοι καὶ ψευδοδιδάσκαλοι, οἵτινες παρεισάξουσιν αἱρέσεις ἀπωλείας, αὐτὸν τὸν μόνον δεσπότην καὶ κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀρνούμενοι· καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀσελγείαις, δι' οὓς ἡ δόξα τῆς ἀληθείας βλασφημισθήσεται· ἵνα τούτων παραγενομένων μηδαμῶς ἀπατώμεθα, τοῖς ὀλεθρίοις αὐτῶν ὑποπίπτοντες δόγμασιν.

* Matth. XXIV. 24.

β'. Πεπλήρωται δὲ τῆς προῤῥήσεως τὸ ἔργον· πολλαὶ γὰρ κατὰ καιρὸν ἐπανέστησαν αἱρέσεις τῇ τοῦ θεοῦ ἐκκλησίᾳ, τὴν ὀρθὴν παραλύειν πολυτρόπως βιαζόμεναι πίστιν, ὧν ἡ μὲν τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ξένον παντάπασιν τῆς πατρῴας οὐσίας λέγειν τετόλμηκεν, ἡ δὲ τοῦ πνεύματος τὴν ἀξίαν ἠγνόηκεν, ἡ δὲ τῆς ἐπιδημίας τοῦ λόγου ἠρνήσατο τὴν ἀλήθειαν· ἐσχάτη δὲ πασῶν καθάπερ τρυγίας * τῶν κακῶν, ἡ νῦν ἀναπέφανται βλασφημία, μὴ γεγενῆσθαι τὸν λόγον ἄνθρωπον, ἀλλ' ἐν ἀνθρώπῳ γεννηθέντι ἐκ γυναικὸς ἐνῳκηκέναι λέγουσα· ὡς λοιπὸν εἰς δύο τὸν ἕνα Χριστὸν διὰ τοῦτο μερίζεσθαι, εἴς τε θεὸν φημὶ καὶ ἄνθρωπον· ἔστι δὲ τοῦτο τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἀλλότριον, δαιμονικῆς δὲ μᾶλλον ἐπινοίας ἐφεύρεσις· ἄνθρωπον μὲν γὰρ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων γενόμενον ὁ θεῖος ἡμῖν εὐαγγελίζεται λόγος *, οὐκ εἰς ἀνθρώπου μεταβαλόντα φύσιν, ἀλλὰ ταύτην εἰς ἑαυτὸν προσλαβόμενον· ἄτρεπτος γὰρ ὑπάρχει καὶ ἀναλλοίωτος· εἰ δὲ, καθάπερ ἐκεῖνοί φασιν, εἰς ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς τεχθέντα ἡ θεία γέγονεν ἐπιφοίτησις, τοῦτο καὶ ἐν τοῖς προφήταις πᾶσιν ἐγίνετο· ἔδει τοιγαροῦν, εἴπερ οὕτως ἐγένετο, μεμερισμένως ἑκάστου παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ τὰς ὁμολογίας εὑρίσκεσθαι· καὶ τὸν μὲν ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν ὡς θεοῦ λόγον ἀνυμνεῖσθαι, τὸν δὲ ὡς ἄνθρωπον, καὶ ἕνα τῶν καθ' ἡμᾶς τοῖς ἀνθρώπῳ πρέπουσι δοξάζεσθαι λόγοις.

* cod. A. τρυγίος. B. τρυγία.

* Hebr. IX. 26.

γ'. Ἀλλ' οὐχ' οὕτως ἡμῖν οἱ ἀπόστολοι τὴν εὐθείαν εὐαγγελίαν ἐκήρυξαν, ἀλλ' ἕνα Χριστὸν θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν παραδεδώκασι· καὶ τοῦτο σαφῶς ὁ μὲν θεολόγος Ἰωάννης ἐν εὐαγγελίοις διδά-

ante dicta praedixit Christus futuros pseudochristos et pseudomagistros, qui haereses exitiosas invehent, ipsum unicum regem ac dominum nostrum Iesum Christum negantes; multosque fore horum improbitates adsectaturos, quorum causa veritatis gloria convicium patietur. Praedixit, inquam; ne quum hi supervenerint, fraude circumveniamur, perditis ipsorum dogmatibus nosmet submittentes.

2. Vaticinium autem in rem collatum est. Multae enim per tempora exortae sunt haereses in ecclesia Dei, rectam dissolvere fidem multifariam conatae; quarum alia Dei Verbum alienum prorsus paterna substantia dicere ausa est; alia Spiritus dignitatem non agnovit; alia Verbi adventûs veritatem negavit: postrema, omnium veluti malorum sentina, hodierna apparuit blasphemia, quae ait Verbum non esse hominem factum, sed in homine ex muliere genito habitavisse: unde consequitur in duos unicum Christum idcirco dividi, in Deum dico atque hominem. Est autem hoc ab apostolica doctrina alienum, et diabolici potius ingenii inventum. Namque hominem factum esse Dei Verbum in fine saeculorum, divinus nobis sermo nunciat, non sane quod se in hominis naturam mutaverit, sed quia hanc sibi adsumpserit: est enim Verbum invertibile atque immutabile. Quod si, ut isti aiunt, homini ex muliere parto Deus supervenit, idem hoc cunctis aeque prophetis accidit: prorsusque oporteret, si res ita se haberet, seorsum uniuscuiusque in divina scriptura confessiones comperiri; et alterum quidem singillatim per se ipsum ceu Dei Verbum decantari; alterum vero ceu hominem, et ex nostro numero unum, verbis quae hominem decent, glorificare.

3. Atqui non ita nobis rectam praedicavere doctrinam apostoli, sed unum eundemque Christum Deum simul et hominem esse tradiderunt: idque aperte theologus Iohannes in evangeliis docet dicens: in prin-

cipio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Deinde addens: et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Sacer quoque praeco Paulus in epistola ad Hebraeos scribit: quia ergo pueri carni et sanguini communicaverunt, et ipse similiter eadem participavit. Audin, quomodo ille quidem Verbum carnem esse factum, hic autem denuo ait ipsum haec eadem participavisse? Quod si homo ex muliere Iesus editus est, deinde vero Verbi in ipsum adventus contigit, oporteret ut diximus duas omnino omnique in re separatim confessiones compeririri: nunc contra, quum divinitus inspirata scriptura communiter pronunciet tum quae deitati naturaliter conveniunt, tum etiam quae hominis congruunt naturae, perspicua deprehenditur unitatis ratio. Cum ergo audis apostolum dicentem: « expectantes beatam spem, et manifestationem gloriae magni Dei ac servatoris nostri Iesu Christi » non te pudet separare a Verbo Iesum? Non enim dixit magni Dei in Iesu Christo, sed eundem et Deum et Iesum praedicavit: ideoque unicam quoque dixit manifestationem.

4. Interdum vero iis etiam quae sunt humanae naturae propria, Dei appellationem attribuit divina scriptura. Nam quum Servatoris passio de deitatis natura intelligi prorsus nequeat, atque in corpore tantummodo passiones peractae fuerint; attamen quia cum eo est inseparabili adunatione deitas, « si cognovissent, inquit apostolus, numquam dominum gloriae crucifixissent. » Viden quomodo, adunationis causa, communem facit de Christo confessionem apostolicae doctrinae sermo? Non enim simplex homo aliquando fuit Iesus, ante Dei cum ipso communionem et adunationem, sed idem Verbum in ipsam beatam Virginem veniens, proprium sibi templum ex Virginis substantia sumpsit, prodiitque ex ea homo quidem quatenus cernebatur, intrinsecus autem verus existens

σκει λέγων· * “ ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν θεόν, καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος· * εἶθ᾽ ἑξῆς ἐπάγων· καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν· „ ὁ δὲ ἱεροκήρυξ Παῦλος ἑβραίοις ἐπιστέλλει λέγων· * “ ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία κεκοινώνηκεν αἵματος καὶ σαρκὸς, καὶ αὐτὸς παραπλησίως μετέσχε τῶν αὐτῶν. „ Ἀκούεις ὅπως ὁ μὲν σάρκα γεγενῆσθαι τὸν λόγον, ὁ δὲ πάλιν αὐτὸν τῶν αὐτῶν μετασχόντα εἴρηκεν; εἰ δὲ ἄνθρωπος μὲν ἐκ γυναικὸς ὁ Ἰησοῦς ἐτέχθη, μετὰ δὲ ταῦτα ἡ τοῦ λόγου γέγονεν πρὸς αὐτὸν ἐπιφοίτησις, ἔδει καθάπερ εἴρηται, δύο καὶ πάντη μεμερισμένως πρὸς ἅπαν τὰς ὁμολογίας εὑρίσκεσθαι· νυνὶ δὲ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς κοινολογούσης τά τε τῇ θεότητι φυσικῶς ἁρμόζοντα, καὶ τὰ τῇ ἀνθρώπου πρέποντα φύσει, καθαρὰ τῆς ἑνώσεως ἡ οἰκονομία εὑρίσκεται. Ὅταν τοίνυν ἀκούσῃς τοῦ ἀποστόλου λέγοντος * “ προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ „ ἆρ᾽ οὐκ ἐρυθριᾷς διαιρῶν τοῦ λόγου τὸν Ἰησοῦν; οὐ γὰρ εἶπεν τοῦ μεγάλου θεοῦ τοῦ ἐν Ἰησοῦ Χριστῷ, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν θεὸν καὶ Ἰησοῦν ἐκήρυξεν· διὸ καὶ μίαν τὴν ἐπιφάνειαν εἴρηκεν.

δ′. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια, τῇ τοῦ θεοῦ προσηγορίᾳ ἡ θεία κηρύττει γραφή· τοῦ γὰρ σωτηρίου πάθους τῇ τῆς θεότητος φύσει οὐδαμῶς νοεῖσθαι δυναμένου, εἰς δὲ τὸ σῶμα παντελῶς τῶν παθημάτων γεγενημένων, διὰ τὸ συνεῖναι ἀχωρίστως καθ᾽ ἕνωσιν αὐτῷ τὴν θεότητα “ εἰ ἔγνωσαν, φησὶν ὁ ἀπόστολος *, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· „ ὁρᾷς ὅπως κοινολογεῖ, τῆς ἑνώσεως χάριν, τὴν εἰς τὸν Χριστὸν ὁμολογίαν τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ὁ λόγος; οὐ γὰρ ἄνθρωπος μὲν ψιλὸς Ἰησοῦς ὑπῆρξεν ποτὲ πρὸ τῆς τοῦ θεοῦ πρὸς αὐτὸν κοινωνίας τε καὶ ἑνώσεως, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὁ λόγος ἐν αὐτῇ τῇ μακαρίᾳ παρθένῳ γενόμενος, τὸν ἴδιον ναὸν ἑαυτῷ ἐκ τῆς οὐσίας τῆς παρθένου ἔλαβεν, καὶ προῆλθεν ἐξ αὐτῆς, ἄνθρωπος μὲν ἔξωθεν θεωρούμενος, ἔνδοθεν δὲ θεὸς ὑπάρχων ἀληθινός·

* Ioh. I. 1.
* v. 14.
* Hebr. II. 14.
* Tit. II. 13.
* I. Cor. II. 8.

διὸ καὶ μετὰ τὸ τεχθῆναι, παρθένον τὴν τε-
κοῦσαν τετήρηκεν, ὅπερ ἐπ' οὐδενὸς τῶν ἄλ-
λων ἁγίων γεγένηται· ἐπειδὴ γὰρ ἐκεῖνοι τὴν
φύσιν ὑπῆρχον ἄνθρωποι, ἀνθρωπίνην καὶ
ἴσην τὴν γένεσιν ἔλαχον ἅπαντες· οὗτος δὲ
ἐπειδὴ κατὰ φύσιν ὑπῆρχεν θεὸς, προσλαβὼν
ἐν χρόνῳ ἐσχάτῳ καὶ τὸ ἀνθρώπινον, ξένην
παρὰ πάντας τὴν ἐκ τῆς παρθένου γένεσιν
ἐπεδείξατο· οὐκοῦν εἰκότως καὶ θεοτόκος
καὶ παρθενομήτωρ ἡ μακαρία δικαίως ἂν
λέγοιτο· οὐ γὰρ ἄνθρωπος ψιλὸς ἦν ὁ
τεχθεὶς ἐξ αὐτῆς Ἰησοῦς.

ε'. Πῶς γάρ; ὅπου καὶ πρὸ τῆς ἐπιδημίας
γεγενημένα, τῇ τούτου ἐνεργείᾳ καὶ ἐξουσίᾳ
ἡ θεία προσαναφέρει γραφή· καὶ γοῦν Ἰού-
δας ὁ μακάριος μαθητὴς μεγαλοφώνως
ἡμῖν τὴν τοιαύτην παραδέδωκεν πίστιν· τῆς γὰρ
πρὸ πολλῶν γενεῶν τῆς ἐκ παρθένου προόδου
* Iud. v. 5. μεμνημένος, οὕτω φησίν· * « ὑπομνῆσαι δὲ
ὑμᾶς βούλομαι εἰδότας ἅπαντα, ὅτι Ἰη-
σοῦς (1) λαὸν ἐκ γῆς Αἰγύπτου σώσας, τὸ
* v. 6. δεύτερον τοὺς μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν· *
ἀγγέλους τε τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν
ἀρχὴν, ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκη-
τήριον, εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας δεσμοῖς
ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. » Εἰ δὲ ἄν-
θρωπον ψιλὸν ἔτεκεν ἡ μακαρία παρθέ-
νος τὸν Ἰησοῦν, τοῦτον δὲ φησὶν ὁ μαθητὴς,
τῆς Αἰγυπτίων χειρὸς τὸν Ἰσραὴλ ἐλευθερώ-
σαντα, καὶ ἡγούμενον τοῦ λαοῦ κατὰ τὴν ἔρημον,
ὃς καὶ τῶν τεραστείων ἐπετέλει τὰ θαύματα,
πρὸ τοσούτων γενεῶν τῆς ἐκ παρθένου γεν-
νήσεως, ποῦ τοῦτον ἄρα κατ' ἐκείνους τοὺς
χρόνους ὑπάρχειν δώσουσιν; πότε δὲ τῆς γενέ-
σεως τὴν ἀρχὴν ἐσχηκότα; οὐκέτι γὰρ αὐ-
τοῖς λόγος συγχωρήσει λέγειν ἐκ τῆς παρ-
θενικῆς προόδου τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι εἰληφότα·
διδασκέτωσαν τοίνυν οἱ τῶν κακῶν εὑρε-

Deus: ideoque etiam post partum, virginem conservavit parentem suam, quod de alio nemine sanctorum usuvenit. Nam quia isti natura homines erant, humanam paremque omnes nativitatem sortiti sunt. Ille autem, quia natura Deus erat, adsumpta etiam extremis temporibus humanitate, novam prae reliquis omnibus nativitatem prae se tulit. Ergo recte et deipara et virginalis mater, beata haec iure optimo dicenda est. Non enim homo simplex erat, quem ipsa peperit, Iesus.

5. Qui enim id fieret? siquidem ad huius operam ac potestatem illa etiam quae ante adventum facta fuerunt, divina scriptura refert. Ecce enim beatus discipulus Iudas magna voce nobis hanc fidem inclamat. Nam rerum, quae multis aetatibus ante nativitatem ex Virgine actae sunt, faciens mentionem, sic ait: « commonere autem vos volo, scientes alioqui omnia, quoniam Iesus populum de terra Aegypti salvans, secundo eos qui non crediderunt perdidit; angelos vero qui non servaverunt suum principatum, sed proprium domicilium dereliquerunt, in iudicium magni diei, vinculis aeternis sub caligine reservavit. » Quod si simplicem hominem beata Virgo peperisset Iesum, hunc autem dicit discipulus de Aegyptiorum manu Israhelem liberavisse, populumque per desertum ductavisse, quin et portentorum miracula tot ante nativitatem ex Virgine aetatibus patravisse, ubinam hunc temporibus illis extitisse concedent? undenam autem nativitatis suae originem traxisse? Neque enim ipsis ratio permittet dicere illum ex Virgine initium existendi sumpsisse. Demon-

(1) Animadverte primum citari a Cyrillo Iudae epistolam, quod facit etiam in prosphonetico ad Theodosium ed. Auberti T. V. part. 2. p. 77. Deinde pro communi graeca lectione κύριος, observa vocabulum Ἰησοῦς, quod habet reapse vulgatus noster latinus, suffragante ei cum Cyrillo etiam codice gr. principe ac celebri vaticano, et nonnullis aliis gr. apud cl. Scholtzium. Porro si Iesus pro Iosue, ut nonnulli existimant ponitur, is quidem dux, figura domini Iesu credendus est. (Quamquam reapse Moyses, non Iosue, populum ex Aegypto eripuit; multoque minus Iosue rebelles angelos ad inferos detrusit.) Plurimi igitur, ut nunc etiam Cyrillus, recto ac primitivo sensu intelligunt heic dominum Iesum, qui angeli specie populo hebraeo dux fuit. Nisi potius, quod idem quodammodo est, personam aeterni Verbi angelus dux repraesentabat.

strent itaque pravorum dogmatum inventores, unde ortus sui principium hic homo habuerit? Ubinam quibusve in locis tot annis hic se continuerit? Sed iam nemo sanus hunc dicet hominem, qui et olim peccantibus, suumque domicilium deserentibus poenas decreverit, et ex Aegyptiorum manu Israhelem splendide eripuerit. Si ergo secundum ipsorum concessionem, neque Deus Verbum credi potest Iesus, propter eius ex Virgine nativitatem; neque rursus homo esse potest qui eiusmodi prodigia ediderit (etenim ab hominis natura et facultate quae supra diximus abhorrent) qualem denique poterunt huius esse substantiam et conditionem existimare?

6. Sed enim nos horum verba adeo dementiae deliriique plena cernentes, ac veluti a somniantibus ebriosisque eructata, his iuxta Servatoris effatum dicemus: « erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei. » Ideo ut par est edormite crapulam, et nolite peccare, tanta rei divinae ignorantia laborantes. Sed recte potius, atque ut iam demonstratum a nobis fuit, adunationis gloriam cogitantes, hunc et Deum semper fuisse, et postremo hominem quoque factum agnoscentes, ita tamen ut ipsius invertibiliter et immutabiliter conservata deitas fuerit; eundem et tunc Israhelis ex Aegypto excedentis servatorem credamus; semperque patris Verbum fuisse, lumen atque splendorem, et dignae Deo gloriae potestatem tenuisse. Ideoque et beato Moysi dicebat: ego sum qui sum; et ego Deus Abrahami, et Deus Isaaci, et Deus Iacobi. Et filii quidem nomen tunc sumpsisse cum factus est homo, adunationis gratia, et quia humanam conditionem assumpsit, non in homine habitaverit: et olim et nunc sub Iesu Christique appellatione ab inspirata divinitus scriptura consectanee glorificari.

7. Atque hoc argumentum pluribus verbis videre licet a sanctis viris praedicatum; Hieremia quidem diserte clamante:

ταὶ δογμάτων, πότε τῆς γενέσεως τὴν ἀρχὴν πόθεν ὁ ἄνθρωπος ἔσχηκεν; ποῦ δὲ, καὶ ἐν τίσιν ἄρα διετέλει τοσούτοις ἔτεσιν; ἀλλ᾽ οὐκ ἔτι τοῦτον ἄνθρωπον εἶναι τῶν εὖ φρονούντων τίς ἐρεῖ, ὃς καὶ τοῖς κατὰ τὸ παλαιὸν ἁμαρτήσασιν, καὶ τὸ ἴδιον ἀπολειποῦσιν οἰκητήριον ἐκ τότε τὰς τιμωρίας ὥρισεν, καὶ τῆς Αἰγυπτίων χειρὸς Ἰσραὴλ ἐνδόξως ἐρύσατο· εἰ τοίνυν κατὰ τὴν αὐτῶν ἔκδοσιν, οὔτε ὁ θεὸς λόγος ὑπονοεῖσθαι δύναται, διὰ τὸ τὸν ἐκ τῆς παρθένου τεχθέντα εἶναι τὸν Ἰησοῦν, οὔτε ἄνθρωπος πάλιν ὁ ταῦτα θαυματουργήσας (ξένα γὰρ τῆς ἀνθρώπου φύσεώς τε καὶ δυνάμεως τὰ προειρημένα καθέστηκεν) τίνα λοιπὸν ἐπινοῆσαι οὐσίαν τούτῳ καὶ τάξιν δυνήσονται;

ϛʹ. Ἀλλ᾽ ἡμεῖς τὰ τούτων ῥήματα τοσαύτης ἀνοίας καὶ παραφροσύνης ὁρῶντες μεστὰ, καὶ οἷάπερ ἐν ὕπνοις καὶ μέθῃ πρὸς αὐτῶν λεγόμενα, τούτοις μὲν κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἐροῦμεν φωνήν· * « πλανᾶσθε μὴ εἰδότες τὰς γραφὰς, μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ θεοῦ· » διὸ δὴ ἐκνήψατε δικαίως, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε, ἀγνωσίαν θεοῦ εἰς τοσοῦτον νοσήσαντες· ὀρθῶς δὲ πάλιν, καὶ ὡς προαποδέδοται τῆς ἑνώσεως νοοῦντες τὴν δόξαν, θεόν τε ἀεὶ ὄντα τοῦτον, γενόμενον δὲ ἐπ᾽ ἐσχάτων καὶ ἄνθρωπον ἐπιστάμενοι, ἀτρέπτου καὶ ἀναλλοιώτου φυλαχθείσης αὐτοῦ τῆς θεότητος, αὐτὸν καὶ τότε τῆς ἐξ Αἰγύπτου πορείας τοῦ Ἰσραὴλ σωτῆρα πιστεύωμεν· ἀεὶ μὲν τοῦ πατρὸς ὄντα λόγον, καὶ φῶς, καὶ ἀπαύγασμα, καὶ τῆς θεοπρεποῦς δόξης τὴν δυναστείαν ἔχοντα· διὸ δὴ καὶ ἔλεγεν τῷ μακαρίῳ Μωϋσῇ· ἐγώ εἰμι ὁ ὢν, καὶ ἐγὼ ὁ θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ θεὸς Ἰακώβ· τὴν δὲ τοῦ υἱοῦ προσηγορίαν προσλαβόντα μὲν ὅτε γέγονεν ἄνθρωπος, τῆς δὲ ἑνώσεως χάριν, καὶ διὰ τὸ αὐτὸν ἄνθρωπον γεγενῆσθαι, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ ἐνῳκηκέναι· καὶ τὰ τότε, καὶ τὰ νῦν τῇ Ἰησοῦ καὶ Χριστοῦ προσηγορίᾳ ἀκολούθως ὑπὸ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς δοξαζόμενον.

* Matth. XXII. 29.

ζʹ. Καὶ γοῦν τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ἔξεστι διὰ πλειόνων θεωρεῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων κηρυττομένην ἀνδρῶν· τοῦ μὲν Ἱερεμίου σαφῶς-

*Baruch. III. 36. ῥήδην βοῶντος· * « οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν,
* v. 37. οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν· * ἐξεῦ-
ρεν πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν
Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ· καὶ Ἰσραὴλ τῷ
* v. 38. ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ· * μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς
γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναν-
εστράφη. » Τοῦ δὲ ὑμνογράφου μελῳδοῦν-
* Ps. LXXXVI. 5. τος Δαβίδ· * « μήτηρ (1) Σιὼν ἐρεῖ ἄν-
θρωπος (2)· καὶ ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ,
καὶ αὐτὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος· »
τοῦτο γὰρ τί ἂν εἴη ἕτερον, ἀλλ' ἢ ὅτι
αὐτὸς ὑπάρχει Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος; ἄν-
θρωπον γὰρ, καὶ ὕψιστον, καὶ θεμελιωτὴν
τὸν αὐτὸν ὡμολόγησεν· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ
ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ ἀδιαίρετον τῆς ἑνώσεως φυ-
λάττων τὸν λόγον, τὰ τῆς ἀνθρωπότητος
ἴδια ὡς αὐτῷ πάλιν τῷ Θεῷ λόγῳ ἀναφέ-
ρων εὑρίσκεται, οὐ τὴν οὐσιῶν σύγχυσιν ἐρ-
γαζόμενος, ἀλλὰ τῆς ἑνώσεως τῶν οὐσιῶν ἐπι-
γινώσκων τὸν λόγον· λέγει τοιγαροῦν οὕτως
* Ps. XLIV. 7. ἐν μδ' ψαλμῷ· * « ὁ θρόνος σου ὁ Θεὸς εἰς
τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ
* v. 8. ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· * ἠγάπησας δικαιο-
σύνην, καὶ ἐμίσησας ἀδικίαν· διὰ τοῦτο ἔχρι-
σέν σε Θεὸς ὁ Θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως
παρὰ τοὺς μετόχους σου. » ὁρᾷς ὅπως τὸν λό-
γον θεολογήσας (3), Θεόν τε καὶ βασιλέα
ὁμολογήσας, οὐ διχῶν, οὐδὲ ἕτερον πρόσω-
πον εἰσενέγκας αὐτῷ, καὶ τὸ κεχρίσθαι εἴρη-
κεν; λεγέτωσαν οὖν τί ἐστιν τὸ λεγόμενον;
πῶς δὲ θεὸς ὢν ὁ λόγος ἐχρίετο, ἀλλ' ἢ πάν-
τως ὅτι αὐτὸς ἦν ὁ τὴν τοῦ δούλου μορφὴν ἐν-
δυσάμενος, ᾧ καὶ τὸ χρίσμα λαμβάνειν εἴη
ἂν πρεπωδέστατον; κἂν γὰρ λέγωσιν διὰ τὴν
πρὸς τὸν ἄνθρωπον ἐνοίκησιν, ὡς αὐτοὶ πλα-
νῶνται, τοῦ λόγου πρόσωπον τὸ χρίσμα λέ-
γεσθαι, μανθανέτωσαν ὅτι περ ἐνοίκησις οὐκ
ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ' ἐπὶ τῶν προφητῶν καὶ τῶν
ἄλλων ἁγίων λέγεται, καὶ ὑπερβαίνει σφόδρα

« hic Deus noster est, neque alius quisquam cum eo comparabitur: ipse omnem scientiae semitam adinvenit, tradiditque eam Iacobo puero suo, et Israheli dilecto suo. Post haec in terra visus est, et cum hominibus conversatus. » Tum etiam hymnographo canente Davide: mater Sion, dicet homo: et homo natus est in ea, et ipse fundavit eam Altissimus. Hoc vero quid aliud significat, nisi eundem esse Deum et hominem? Etenim hominem, simulque altissimum, fundatoremque fatetur. Neque secius, in alio quoque psalmo indivisum unitatis sermonem retinens, hominis proprietates ad Deum item Verbum referre comperitur, haud equidem substantiarum confusionem invehens, sed substantiarum adunationis rationem habens. Sic ergo ait in ·XLIV· psalmo: « sedes tua, Deus, in saeculum saeculi: virga directionis, virga regni tui: dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo laetitiae prae consortibus tuis. » Viden quomodo Deum Verbum appellans, Deumque et regem confitens, neque tamen dividens, neque alteram personam in eum conferens, nihilominus unctum dixit? Explicent nobis igitur quid sit hoc effatum; et quomodo Verbum, quum Deus esset, unctum fuerit; nisi quia prorsus idem erat, qui servi formam sibi induerat, cui et chrisma suscipere convenientissimum fuit? Quod si forte dixerint, propter suam in homine, ut ipsi halucinantur, inhabitationem, Verbi personam chrismatis instar extitisse; hi sciant velim, inhabitationem non de Christo sed de prophetis aliisque sanctis dici: praedictas vero locutiones magnopere excedere inhabitationis terminos sive vim.

(1) Ita μήτηρ habent graecae editiones, etiam vaticana. Sic legisse videmus etiam Cyrillum; magnoque numero patres latinos apud Sabaterium, qui vetere itala utebantur editione. Vulgati interpres lectio *numquid*, pro *mater*, deducta est ex μὴ τῇ, vel μή τι, ut cognoscimus ex Origene in hexaplis, et ex Hieronymo apud Nobilium in adn. ad sixtinam. Doctissime vero disputat de hac lectione Io. Bapt. Branca, ambrosianae olim bibliothecae Mediolani praefectus, in magno, quamquam imperfecto, opere suo quod inscripsit *de sacrorum librorum latinae vulgatae editionis auctoritate*, lib. III. part. 1. cap. 5. p. 157. seqq.

(2) Ita interpungitur in utroque Cyrilli codice, nec non in editione vaticana Bibliorum graecorum.

(3) Simili locutione utitur Eusebius apud nos in secundo theophaniae fragmento.

Ergo etsi Deus in sanctis omnibus habitat, hique sanctificati sunt et uncti, nemo tamen aeque ac ipse sanctificatus unctusque dicitur. Si ergo isti, ad sanctorum similitudinem, in Christo quoque inhabitasse Deum aiunt, constabit omnibus ipsorum irreligiositas, ab apostolica doctrina toto caelo aberrans.

8. Etenim de prophetis Christoque disserens Paulus, immanem huius ab illis differentiam nos docet, eius inquam qui unctus dicitur. Namque hunc quidem et filium, et patris splendorem, et figuram substantiae ipsius, illos autem prophetas tantum appellat: mirumque est, quod inter tot sublimia, unctionis quoque idem facit mentionem. « Multifariam enim, inquit, multisque modis olim Deus locutus patribus per prophetas, novissimis his diebus locutus est nobis per filium, quem constituit heredem universorum, per quem fecit saecula: qui quum sit splendor gloriae et figura substantiae eius, portansque omnia verbo virtutis suae, post purgationem peccatorum factam, consedit in dextera maiestatis in excelsis. » Et paulo post ait: « et ad angelos quidem dicit: qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis. Ad filium autem: thronus tuus Deus, in saeculum saeculi; virga aequitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exultationis prae participibus tuis. » Cernis quam aliena sit a Christo inhabitationis definitio? Quod si heic dicant inhabitationem, haud tamquam in sanctis, sed eam quae facta fuerit ex coniunctione Verbi cum homine de virgine nato; respondemus nullam licere post partum dicere factam coniunctionem, nisi eam quae ex gratia et Dei participatione fit, cuiusmodi rursus aio illam sanctorum cum Deo fuisse.

9. Quod si vocabulo habitationis coniunctionem intelligunt non illam intra virginem factam, sed postquam Iesus de ipsa

τοῦτο τῆς ἐνοικήσεως ὅρος τὸ λεγόμενον· καὶ γοῦν ἐνοικήσαντος τοῦ θεοῦ ἐν τοῖς ἁγίοις πᾶσιν, ἁγιαζομένων τε καὶ χριομένων, οὐ λέγεται ὡς αὐτὸς ἁγιαζόμενος ἢ χριόμενος· εἰ μὲν οὖν καθ' ὁμοιότητα τῶν ἁγίων, καὶ ἐπ' αὐτοῦ τὴν ἐνοίκησιν λέγουσιν, ἔκδηλος ἡ ἀσέβεια πᾶσιν ἔσται, ὡς τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας παντελῶς ἀλλοτρία.

η'. Περὶ μὲν γὰρ τῶν προφητῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ διαλεγόμενος ὁ Παῦλος, ἀσύγκριτον τούτου πρὸς ἐκείνους διαφορὰν ἡμᾶς ἐδίδαξεν, λέγω δὴ τοῦ λεγομένου κεχρίσθαι· τὸν μὲν γὰρ, υἱὸν καὶ τοῦ πατρὸς ἀπαύγασμα καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· τοὺς δὲ, προφήτας ὠνόμασεν· καὶ τόδε θαυμαστὸν, ὅτι μετὰ τούτων τῶν ὑψηλῶν, τοῦ χρίσματος καὶ αὐτὸς ἐμνημόνευσεν· * " πολυμερῶς γὰρ, φησὶν, * Hebr. I. 1.
καὶ πολυτρόπως πάλαι ὁ θεὸς λαλήσας τοῖς πατράσιν ἐν τοῖς προφήταις *, ἐπ' ἐσχάτων * v. 2.
τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ, ὃν ἔθηκε κληρονόμον πάντων, δι' οὗ ἐποίησε τοὺς αἰῶνας· * ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης, * v. 3.
καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καθαρισμὸν τῶν ἁμαρτιῶν ποιησάμενος, ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς. " Καὶ μετ' ὀλίγα φησίν· * " καὶ πρὸς * v. 7.
μὲν τοὺς ἀγγέλους λέγει· ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα· * πρὸς δὲ τὸν υἱόν· ὁ θρό- * v. 8.
νος σου ὁ θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου· ἠγάπησας δικαιοσύνην *, καὶ ἐμίσησας ἀδι- * v. 9.
κίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέν σε ὁ θεὸς ὁ θεός σου ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. " Θεωρεῖς ὡς σφόδρα ἀλλότριος ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ ὁ τῆς ἐνοικήσεως ὅρος; εἰ δὲ λέγουσιν ἐνταῦθα τὴν ἐνοίκησιν μὴ τοῖς ἁγίοις ὁμοίως, ἀλλὰ καθ' ἕνωσιν, τὸν λόγον πρὸς ἄνθρωπον ἐκ τῆς παρθένου τεχθέντα γεγενῆσθαι, οὐ δυνατὸν μὲν μετὰ τὴν ἀποκύησιν ἕνωσιν ἀληθῆ λέγεσθαι, ἀλλ' ἢ μόνον τὴν κατὰ χάριν καὶ μετοχὴν τοῦ θεοῦ, ὡς ἐν τοῖς ἁγίοις πάλιν ἐγένετο.

θ'. Εἰ δὲ ἐνταῦθα τὴν ἐνοίκησιν ἕνωσιν εἶναι λέγουσιν, οὐκ ἐν τῇ παρθένῳ, ἀλλὰ μετὰ τὸ τεχθῆναι ἐξ αὐτῆς, φέρε καὶ οὕτω τὸ

λεγόμενον ἐξετάσωμεν· εἰ διὰ τοῦτο εἰς τὸ τοῦ λόγου πρόσωπον τὸ χρίσμα εἰρῆσθαι λέγουσιν, διὰ τὸ συνεῖναι καὶ ἡνῶσθαι, ὡς αὐτοὶ φασὶ, τῷ ἀνθρώπῳ τὸν λόγον, πάντως ὅτι μεθ' ἕνωσιν αὐτὸν κεχρῖσθαι λέγειν ἐξ ἀνάγκης ἀπαιτηθήσονται· τὸν γὰρ θεὸν λόγον ὁ προφήτης, ἔτι γε μὴν καὶ ὁ ἀπόστολος θεολογήσας, αὐτῷ καὶ τὸ χρίσμα φανερῶς ἀνέθηκεν· εἰ τοίνυν διὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ τὸ συνεῖναι αὐτὸν τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ τοῦ ἀνθρώπου τῷ λόγῳ προσάπτουσιν οἱ ἅγιοι, μετὰ τὴν ἕνωσιν αὐτὸ τὸ χρίσμα γεγενῆσθαι πάντως ὁμολογήσουσιν· εἰ δὲ μετὰ τὴν ἕνωσιν κέχρισται, τὴν δὲ ἕνωσιν οὐ βούλονται λέγειν πρὶν ἐκ τῆς παρθένου τεχθῆναι, οὐδὲ χριστοτόκος οὐκέτι πρὸς αὐτῶν ἡ παρθένος ὡμολογηθήσεται· εἰ γὰρ χριστοτόκος, πάντως ὅτι καὶ θεοτόκος· εἰ δὲ οὐ θεοτόκος, οὐδὲ χριστοτόκος· εἰ γὰρ τὸ χρίσμα μετὰ τὴν ἕνωσιν, καὶ διὰ τοῦτο εἰς τὸ τοῦ λόγου πρόσωπον τοῦτο λέγεται, τὴν δὲ ἕνωσιν μετὰ τὴν ἐκ τῆς παρθένου γέννησιν γεγενῆσθαι λέγουσιν, οὐδὲ χριστοτόκος οὐκέτι εὑρεθήσεται· εἰ δὲ χριστοτόκος, καὶ θεοτόκος· τοῦ γὰρ χρίσματος πρὸ τῆς ἑνώσεως μὴ δυναμένου νοεῖσθαι, εἰ χριστοτόκος ἡ παρθένος, ἐν αὐτῇ δὴ τῆς ἑνώσεως γενομένης, οὐκέτι ἄνθρωπον, ὡς αὐτοὶ φασὶν, ἀλλ' ἑνωθέντα τῷ λόγῳ γεννήσασα, θεοτόκος δικαίως ἂν λέγοιτο· εἴ γε, καθὼς ἔμπροσθεν εἴρηται, τὴν ἕνωσιν ἀληθῆ, καὶ οὐ καθάπερ ἐν τοῖς ἁγίοις λέγουσιν· τοῦτο δὲ φαμὲν, ὅτι οὐ δυνατὸν ἕνωσιν ἀληθῆ λέγειν μετὰ τὴν γέννησιν· ἡμεῖς δὲ οὐκ ἄνθρωπον θεῷ ἑνωθέντα, ἀλλὰ θεὸν τὰ ἀνθρώπινα προσλαβόμενον οἴδαμεν τὸν Χριστὸν, λέγω δὴ σῶμα, καὶ ψυχὴν, καὶ νοῦν τελέως χωρὶς ἁμαρτίας ἑνοῦσθαι τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ· διὰ τοῦτο κἂν ἄνθρωπον ἀκούσῃς τὸν Χριστὸν ὀνομαζόμενον, μὴ ἐπιλανθάνου ὅτι καὶ θεὸς γέγονεν· οὕτως ἐπιστάμενος ὁ μακάριος Παῦλος ποτὲ δὲ
* II. Tim. II. 8. θεὸν ἐκήρυττεν· * « μνημόνευε γὰρ, φησὶν, Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν,
* II. Cor. IV. 14. καὶ ἐκ σπέρματος Δαβίδ. » Καὶ πάλιν· *
« ὁ δὲ θεὸς καὶ τὸν κύριον ἤγειρεν, καὶ

natus fuerat, age id quoque ad trutinam expendamus. Si idcirco de Verbi persona unctionem praedicatam aiunt, quia coniunctum unitumque fuerit, ut ipsi aiunt, homini Verbum, omnino post coniunctionem ipsum unctum fuisse dicere necessario cogentur. Nam Deum Verbum propheta, nec non apostolus theologico sermone describens, eidem etiam unctionem manifeste attribuit. Si forte igitur propter coniunctionem, et propter eius cum homine coëxistentiam, quod est hominis proprium Verbo accommodant praedicti sancti, utique post coniunctionem, ipsum chrisma factum esse prorsus confitebuntur. Iam si post coniunctionem Iesus unctus fuit, coniunctionem autem nullam dicere volunt ante eius ex virgine ortum, sequitur ut isti ne christiparam quidem Virginem confiteantur. Nam si christipara, prorsus et deipara: si minus deipara, utique nec christipara. Nam si unctio post coniunctionem fuit, proptereaque in Verbi personam ea reputatur, coniunctionem autem post nativitatem ex Virgine factam dicunt, ne christiparam quidem esse comperiemus. Secus si christipara est, sane et deipara. Quum enim unctio ante coniunctionem cogitari non possit; si christipara est virgo, intraque eam coniunctio facta fuit; ea cum non hominem, ut isti aiunt, sed unitum Verbo Christum pepererit, deipara iure dicetur; si quidem, ut antea dictum est, de vera adunatione, non autem de illa quae in sanctis fit, loquuntur. Hoc autem dicimus, quia fieri nequit ut vera adunatio post nativitatem dicatur. Nos vero non hominem Deo unitum, sed Deum qui humanitatem adsumpsit, qui corpus inquam et animam ac mentem perfecte in sancta virgine sibi univit, hunc Christum esse scimus. Propterea etiamsi hominem audieris Christum nominari, ne obliviscaris eundem et Deum esse. Rei probe conscius Paulus, modo ipsum Deum proclamabat: « memento enim, inquit, Iesum Christum suscitatum ex mortuis, et de semine Davi-

dis ortum. » Rursusque: « Deus autem qui Dominum suscitavit, nos quoque virtute sua suscitat. » Audin illum de semine Davidis, et ex mortuis suscitatum proclamari?

10. Quum itaque demonstratum evidenter, sit non hominem, ut isti putant, sed sempiternum Dei Verbum humanatum ex virgine prodiisse, recedant hi ab errore suo, et iudaicam insaniam omittant. « Nisi enim conversi fuerint, gladium suum adversus eos splendificabit Dominus. » Nam quod illorum blasphemiam sine fine non sit perlaturus, et quod nonnisi longanimitate sua nunc etiam patiatur, audi quid per beatum prophetam dicat, ut ultionem suam post toleratos diu illos, qui in malitia perseverarunt, demonstret. « Tacui, inquit, sed num perpetuo tacebo ac tolerabo? Patiens fui parturientis instar. Nunc dissipabo et exsiccabo simul, desertabo montes et colles, et omne gramen illorum arefaciam, ponam flumina in insulas, et paludes exarescere faciam. » Neque secus praeclarissimus hymnista, celerem impiorum perniciem fore docet, etsi eos aliquanto tempore propter Dei longanimitatem valituros ait. « Vidi enim impium superexaltatum, et elevatum sicut cedros Libani: et transivi, et ecce non erat: quaesivi eum, et non est inventus locus eius. »

11. Haec enim et alia huiusmodi communia iis omnibus sunt, qui rectae fidei dispergere nituntur ovile, sicuti et praedictarum haereseon exitus ostendit. Quid enim profecit Arii impii error? Quid Eunomii, et illorum qui in sanctum Spiritum blasphemarunt, et Pauli samosatensis, et Apollinaris, insania? Quippe hi omnes et in praesenti turpissimum finem nacti sunt, atque ecclesiasticis septis eiecti fuerunt, et extra caelestem primogenitorum ecclesiam proiicientur; deleti sunt de libro viventium, et cum iustis non scribentur. Idem hos quoque manet finis; nisi forte statim amentiam suam agnoscentes, illuc unde exciderunt reverti satagerint, ii praesertim

ἡμᾶς ἐξεγείρει διὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. „ Ἀκούεις τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένον σαφῶς κηρυττόμενον;

ι'. Ὅτε τοίνυν ἐναργῶς ἀποδέδεικται, οὐκ ἄνθρωπος, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀλλ' ὁ ἀΐδιος τοῦ θεοῦ λόγος ἐνανθρωπήσας ἐστὶν ὁ ἐκ τῆς παρθένου προελθὼν, μεταγινωσκέτωσαν οἱ πεπλανημένοι, καὶ τῆς ἰουδαικῆς ἀνοίας ληγέτωσαν· * " ἐὰν γὰρ μὴ ἐπιστρα- * Ps. VII. 13.
φῶσιν, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ κατ' αὐτῶν στιλβώσει κύριος· „ ὅτι γὰρ οὐκ εἰς τέλος αὐτῶν ἀνέξεται βλασφημούντων, καὶ διὰ μακροθυμίαν ἔτι καὶ νῦν ἀνέχεται βλασφημούντων, ἄκουε τί φησὶν διὰ τοῦ μακαρίου προφήτου, τὴν ἐκ τῆς ἀνοχῆς πρὸς τοὺς ἐπιμένοντας τῇ κακίᾳ ἐπαγομένην ἐκδίκησιν δηλῶν· * " ἐσιώπησα, φησὶ, μὴ καὶ ἀεὶ σιωπή- * Is. XLII. 14.
σομαι, καὶ ἀνέξομαι; ἐκαρτέρησα ὡς ἡ τίκτουσα· ἐκστήσω καὶ ξηρανῶ ἅμα, καὶ ἐρημώσω ὄρη, καὶ βουνοὺς *, καὶ πάντα τὸν χόρτον * v. 15.
αὐτῶν ξηρανῶ· καὶ θήσω ποταμοὺς εἰς νήσους, καὶ ἕλη ξηρανῶ· „ οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ὁ θειότατος ὑμνῳδὸς, ταχεῖαν τὴν ἀσεβῶν διδάσκει τὴν ἀπώλειαν, κἂν πρὸς ὀλίγον διὰ μακροθυμίαν θεοῦ ἰσχύσωσιν· * " ἴδον γὰρ * Ps. XXXVI. 35.
ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· * καὶ παρῆλθον, καὶ * v. 36.
ἰδοὺ οὐκ ἦν· καὶ ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὑρέθη ὁ τόπος αὐτοῦ. „

ια'. Ταῦτα γὰρ καὶ τὰ τοιαῦτα κοινὰ πάντων ἐστὶν, ὅσοι τῆς εὐσεβείας διασκορπίζειν ἐπιχειροῦσι τὸ ποίμνιον, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν προειρημένων αἱρέσεων τὸ τέλος ἐπέδειξεν· τί γὰρ ὤνησεν τῆς Ἀρείου δυσσεβείας ἡ πλάνη; τί δὲ ἡ Εὐνομίου, καὶ τῶν τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημούντων, καὶ τοῦ σαμοσατέως Παύλου, καὶ τοῦ καλουμένου Ἀπολιναρίου ἡ παραφροσύνη; πάντες γὰρ οὗτοι καὶ ἐν τῷ παρόντι ἐπονείδιστον τέλος ἐσχήκασιν, καὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν περιβόλων ἐξώσθησαν, καὶ τῆς ἐν οὐρανοῖς δὲ τῶν πρωτοτόκων ἐκκλη-
σίας ἔξω ῥιφήσονται· ἐξηλείφθησαν * γὰρ ἐκ * Ps. LXVIII. 29.
βίβλου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων οὐκ ἐγγραφήσονται· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ τούτους ἐκδέξεται τέλος, εἰ μὴ ἄρα θᾶττον τῆς ἀνοίας λα-

βόντες αἴσθησιν, ἐπανελθεῖν ὅθεν ἐξέπεσαν σπουδάσωσιν, καὶ μάλιστα τοὺς ἀρχηγοὺς τῆς κακοφροσύνης γενομένους· ἀκούσονται γὰρ μονονουχὶ καὶ τούτων ἕκαστος παρὰ τοῦ
* Is. XIV. 19. σωτῆρος· * " ὃν τρόπον ἱμάτιον ἐν αἵματι πεφυρμένον οὐκ ἔσται καθαρὸν, οὕτως οὐδὲ σὺ ἔσῃ καθαρός· διότι τὴν γῆν μου ἀπώλεσας, καὶ τὸν λαόν μου ἀπέκτεινας· οὐ μὴ μείνῃς εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον· " ἡμεῖς δὲ οἱ τὴν ἑαυτῶν πίστιν ἐπὶ τὴν ἀρραγῆ πέτραν οἰκοδομήσαντες βεβαίαν, μέχρι τέλους τὴν εὐσέβειαν διαφυλάξωμεν, μηδαμῶς ὑπὸ τῶν ἐναντίων θορυβούμενοι, ἀλλὰ τὴν εἰς τὸν κύριον ἀγάπην, ὅπλον ἀνίκητον ἔχοντες, ἐν αὐτῷ καυχώμεθα διὰ παντὸς, λέγοντες τὰ τοῦ προφήτου ῥήματα, καὶ γελῶντες τῶν ἐναντίων
* Idem VIII. 8. τίων τὴν εὐτέλειαν· * " μεθ' ἡμῶν ὁ θεός·
* v. 9. γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε *, ἰσχυκότες ἡττᾶσθε· ἐὰν γὰρ πάλιν ἰσχύσητε, πάλιν ἡτ-
* v. 10. τηθήσεσθε· * καὶ ἐὰν βουλεύσησθε, βουλὴν διασκεδάσει κύριος· καὶ λόγον ὃν ἐὰν λαλήσητε, οὐ μὴ ἐμμείνῃ ἐν ὑμῖν· ὅτι μεθ' ἡμῶν κύριος ὁ θεός. "

ιβ'. Ἀλλ' ἰδοὺ, φασὶν, ὁ ἀπόστολος φανερῶς αὐτὸν ἄνθρωπον ὡμολόγησεν. Τι-
* I. Tim. II. 5. μοθέῳ γὰρ ἐπιστέλλων οὕτω φησὶν * " ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς· " τοῦτο δὲ λέγοντες, τὸν ἀκεραιοτέρων δοκοῦσιν ταράττειν τὸν νοῦν· εἰ γάρ τις συνετῶς τῷ ἀποστολικῷ ἐπιβάλλει ῥητῷ, ἐκ τούτου μάλιστα τοῦ ῥητοῦ, τῆς ἀσεβείας αὐτῶν καταψηφίσεται· ἀλλὰ μὴ οὕτως ἀκρωτηριάζωμεν τὴν λέξιν, ἀλλ' ὀλίγον τοῦ ἔμπροσθεν ἐπιμνησθέντες, ὀρθὴν τῆς οἰκονομίας ἐντεῦθεν τὴν ὁμολογίαν νοῆσαι δυνησόμεθα· τί οὖν φησὶν ὁ μακά-
* v. 5. ριος Παῦλος *; " εἷς θεὸς " φησὶν περὶ τοῦ πατρός· καὶ εἶεν· περὶ τοῦ υἱοῦ " εἷς καὶ μεσίτης θεοῦ καὶ ἀνθρώπων· " εἰ γὰρ, φησὶν, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο δύο αὐτὸν ὑποπτεύειν ὀφείλομεν· ὥσπερ γὰρ θεὸς ἦν πρὸ τῆς ἐπιδημίας ὁ λόγος, οὕτω καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ μεσιτεύσας καὶ τῇ ἀνθρώπου φύσει εἷς πάλιν ἐστίν· διὰ γὰρ τοῦτο μεσίτην αὐτὸν εἴρηκε θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ὡς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν οὐσιῶν ἕνα ὄντα· τὸ γὰρ τινῶν μεσιτεῦον, ἀμφοτέρων ἔχεται

qui pravarum opinionum auctores primi extiterunt. Audient enim propemodum horum singuli dicentem sibi Servatorem: « quemadmodum vestimentum cruore inquinatum non mundabitur, sic ne tu quidem mundus eris; quia regionem meam vastasti, populum meum occidisti, non permanebis in aeternum tempus. » Nos vero qui fidem nostram super immobili petra stabilem aedificavimus, ad finem usque religiositatem veram conservemus, nullatenus ab adversariis turbati, sed erga Dominum caritatem, invictae armaturae instar habentes, in ipso semper gloriemur, prophetae verba decantantes, et adversariorum ignobilitatem irridentes. « Nobiscum Deus. Scitote, populi, et deprimamini; qui valuistis, postea estis depressi: et si iterum valueritis, aeque vincemini; et si quid deliberaveritis, consilium vestrum dissipabit Dominus; et quem sermonem loquemini, is apud vos non permanebit; quia Deus nobiscum est. »

12. Sed ecce, hi dicunt, apostolus aperte ipsum hominem confitetur. Namque ad Timotheum scribens sic ait: « homo Christus Iesus. » Hoc dum aiunt, simpliciorum videntur mentem turbare. Sed enim si quis cordate apostolicum dictum consideret, vi huius maxime dicti, irreligiositatem illorum damnabit. Profecto haud haec nobis locutio veluti mutila accipienda sic est, sed paulo retro dictorum ab apostolo memores, rectam inde incarnationis confessionem intelligere licebit. Quid ergo ait, beatus Paulus? « Unus Deus » inquit de patre; esto. De filio: « unus et mediator Dei et hominum. » Etsi enim, inquit, factus est et homo, non tamen idcirco duos ipsum suspicari debemus. Namque uti erat ante suum adventum Verbum Deus, sic et homo factus, et humanae naturae interveniens, unus adhuc est. Ideo mediatorem ipsum Dei et hominum dixit, quia ex utraque substantia unus est. Nam quod inter aliqua medians est, utramque partem participat.

Est ergo Dei mediator, quatenus eiusdem ac pater substantiae est: est item hominum quoque mediator, quatenus humanam etiam naturam perfecte participat absque peccato. Cum ergo apostolus hominem dicit Christum Iesum, caveant ne propterea scandalum patiantur, sed reputent ipsummet et Deum et dominum appellari, simulque etiam Christum Iesumque dici. Audiant enim eundem apostolum hoc aperte praedicantem: « expectantes, inquit, beatam spem, et manifestationem gloriae magni Dei et servatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semet ipsum pro nobis. »

13. Viden quomodo illic quidem hominem Christum Iesum dicit eum qui pro omnibus se ipsum tradidit; heic autem magnum Deum Christum Iesum, qui se ipsum item pro nobis dedidit? Duplex enim hinc contra ipsos, immo potius pro ipsis, si resipiscere velint, fit demonstratio, dum dicit et Deum et dominum Iesum, quem illic hominem dixerat, dumque ambobus in locis ipsum pro nobis sponte se tradidisse significat. « Homo enim, inquit, Christus Iesus, qui dedit se ipsum pro omnibus redemptionem. » Rursusque: « expectantes beatam spem, et manifestationem gloriae magni Dei et servatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut omni nos peccato redimeret, mundaretque sibi populum peculiarem, aemulatorem bonorum operum. » Quod si nonnisi homo est in eorum sententia Christus Iesus, qui tradidit semet ipsum pro omnibus, sibique nos fecit populum peculiarem, homini utique, non secus atque ethnici, cultum exhibemus, et creaturae deinceps dominicam dignitatem attribuimus. Verumtamen non ita se res habet, absit: sed dominum ac Deum agnoscimus Christum.

πάντως· ἔστι τοίνυν μεσίτης θεοῦ, διὰ τὸ τῆς αὐτῆς οὐσίας ὑπάρχειν τῷ πατρί· ἔστι δὲ πάλιν καὶ ἀνθρώπων μεσίτης, διὰ τὸ καὶ τῆς ἀνθρωπείας μετεσχηκέναι φύσεως τελείως χωρὶς ἁμαρτίας (1)· ἄνθρωπον οὖν αὐτὸν ὅταν λέγει Χριστὸν Ἰησοῦν, μὴ διὰ τοῦτο σκανδαλιζέσθωσαν, ἀλλ' ἐννοείτωσαν αὐτὸν καὶ κύριον καὶ θεὸν ὀνομαζόμενον μετὰ τὸ καὶ Χριστὸν πάλιν λέγειν καὶ Ἰησοῦν· ἀκουέτωσαν γὰρ αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου τοῦτο φανερῶς οὕτω κηρύττοντος· * "προσδεχόμενοι, φησὶ, τὴν * Tit. II. 13.
μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν."

ιγ'. Ὁρᾷς ὅπως ἐκεῖ μὲν ἄνθρωπον Χριστὸν Ἰησοῦν λέγει τὸν ὑπὲρ πάντων ἑαυτὸν δεδωκότα, ἐνταῦθα δὲ μέγαν θεὸν Χριστὸν Ἰησοῦν, τὸν δόντα πάλιν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν; διπλῆ γὰρ ἐνταῦθα κατ' αὐτῶν, μᾶλλον ὑπὲρ αὐτῶν, εἰ ἐθέλοιεν μεταγινώσκειν, γέγονεν ἡ ἀπόδειξις, διὰ τὸ λέγειν καὶ θεὸν καὶ κύριον Ἰησοῦν, ὃν ἐκεῖσε ἄνθρωπον εἴρηκε, καὶ διὰ τὸ ἐν ἀμφοτέροις ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν δεδωκότα σημαίνειν· "ἄνθρωπος γὰρ, φησὶν, Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων ἀντίλυτρον." Καὶ πάλιν· "προσδεχόμενοι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὃς ἔδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, ἵνα λυτρώσηται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, καὶ καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον (2), ζηλωτὴν καλῶν ἔργων." Εἰ δὲ ἄνθρωπος κατ' ἐκείνους μόνον Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ περιποιησάμενος ἡμᾶς ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον, ἀνθρώπῳ ἄρα λατρεύομεν παραπλησίως τοῖς ἔθνεσιν, καὶ τῇ κτίσει λοιπὸν τὴν δεσποτικὴν αὐθεντείαν ἀποδιδόαμεν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὕτως, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ ÷ κύ- ÷ ριον καὶ θεὸν ἐπιγινώσκομεν τὸν Χριστόν· ÷ γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος δι' ἡμᾶς

(1) Hem pulchram et theologicam vocabuli *mediator* explicationem!

(2) Περιούσιον *peculiarem* interpretor cum divo Hieronymo, cuius disputationem de hoc vocabulo refert ex ipsius commentariis Sabaterius. Ceteroqui *abundantem* interpretantur etymologiae vim sequentes Lucifer, Augustinus, et Ambrosiaster loco praedicto. Vulgati lectio *acceptabilem* vix dissidet a Symmachi sensu, quem idem Hieronymus refert.

÷ ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, μετασχὼν τῆς ἀνθρωπείας φύσεως. καὶ γεγέννηται διὰ φιλανθρωπίαν ἄφατον μετὰ ταύτης ἐκ τῆς ἁγίας καὶ ἀπειρογάμου παρθένου· ἀλλ' ἦν καὶ οὕτω κατὰ φύσιν θεὸς καὶ τοῦ θεοῦ υἱός· διὰ ταύτην τοιγαροῦν τὴν αἰτίαν καλεῖται καὶ ἄνθρωπος, καλεῖται δὲ καὶ θεὸς, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχων ἐν ἑκατέρᾳ προσηγορίᾳ Χριστός (1). ÷

ιδ'. Ὅτι γὰρ οὐκ ἄνθρωπον, ὡς οὗτοι μυθολογοῦσιν, ὁ Παῦλος ἐκήρυττε τὸν Χριστὸν, ἄκουε Κορινθίοις ἐπιστέλλοντος αὐτοῦ καὶ λέγοντος· * " οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, ἀλλὰ Ἰησοῦν Χριστὸν κύριον, ἑαυτοὺς δὲ δούλους ὑμῶν διὰ Ἰησοῦν. " Ὁρᾷς τῆς ἀποστολικῆς γνώμης τὸν ὅρον; Ἰησοῦν Χριστὸν, φησὶν, κύριον· ἑαυτοὺς δὲ, δούλους κηρύσσομεν. Ῥωμαίοις δὲ πάλιν ἐπιστέλλων οὕτω φησίν· * " ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν. " Εἰ δὲ ἄνθρωπον ἠπίστατο τὸν Χριστὸν, ἔδει λέγειν ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ἐν ᾧ ὁ ἐπὶ πάντων θεός· νῦν δὲ τοῦτο μὲν οὐκ εἴρηκε, θεὸν δὲ τὸν Χριστὸν ἐπὶ πάντων μεγαλοφώνως ἀπέφηνεν.

÷ Οὐ μὴν δὲ, ἀλλά γε κἀκεῖνο διασκεψώμεθα, ὡς εἰ μὴ θεὸν ἅμα καὶ ἄνθρωπον ἠπίστατο τὸν Χριστὸν ὁ θεῖος ἀπόστολος, οὐκ ἂν ἔλεγεν τὸ κατὰ σάρκα· τοῦτο γὰρ φανερῶς ἐπὶ τοῦ μὴ μόνον ἀνθρώπου, ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερόν τι τὴν οὐσίαν ὄντος λέγεται· ὥσπερ οὖν καὶ ἐπήγαγεν, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός· διπλῆν γὰρ ἐνταῦθα τὴν περὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὁμολογίαν παραδέδωκεν, καὶ τὸ κατὰ σάρκα ἐπιδείξας, καὶ θεὸν ἀνακηρύξας· ÷ (2) ὅνπερ γὰρ τρόπον ὁ ἐπὶ γῆς βασιλεὺς, εἴ ποτε ἐν ὑπάτου σχήματι προελθεῖν βουληθείη, οὐ διὰ τοῦτο τοῦ εἶναι βασιλεὺς πέπαυται, οὔτε μὴν τὴν προτέραν αὐθεντείαν ἀπώλεσεν, ἀλλ' εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει πρὸς τῇ βασιλείᾳ καὶ τὸ τῆς ὑπατείας ἔχων· κἂν

Profecto factum est propter nos homo Dei Verbum, humanae naturae communicans, natumque est ob suam ineffabilem erga homines caritatem, cum ea natura ex sancta et nuptiarum experte Virgine: sed tamen sic etiam Deus suapte natura erat, et Dei filius. Hanc igitur ob causam et homo vocatur, et simul vocatur Deus, quum sit unus idemque sub utraque appellatione Christus.

14. Quod enim haud hominem, ut isti fabulantur, Paulus Christum praedicaverit, audi in epistola ad Corinthios dicentem: non enim nosmetipsos praedicamus, sed Iesum Christum dominum, nos autem servos vestros propter Iesum. Viden apostolicae sententiae definitam notionem? Iesum Christum ait dominum, nosmet autem servos praedicamus. Ad Romanos item scribens ait: « ex quibus secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen. » Quod si uti hominem Christum reputavisset, dicendum ab eo fuerat: ex quibus secundum carnem Christus, in quo super omnia Deus. Nunc vero non ita dixit, sed Deum super omnia Christum magna voce declaravit. Illud insuper consideremus, quod nisi Deum una et hominem reputasset Christum divus apostolus, non dixisset « secundum carnem. » Hoc enim manifeste de eo qui non solum est homo, sed de eo qui et alia quadam substantiae ratione subsistit, dicitur; sicuti reapse addidit: qui est super omnia Deus. Duplicem scilicet hoc loco de Servatore nostro protulit confessionem, et quid sit secundum carnem demonstrans, et simul Deum praedicans. Nam rex terrenus, si forte aliquando in consulis figura prodire velit, non idcirco rex esse desinit, neque priorem dignitatem amittit, sed unus idemque est, praeter regiam, consularem quoque dignitatem habens: et si quispiam hunc

* II. Cor. IV. 5.

* Rom. IX. 5.

(1) Recitatur hic tractus nominatim ex hoc Cyrilli sermone a Iustiniano imp. in tractatu ad monachos alexandrinos monophysitas, quem nos edidimus Script. vet. T. VII, cuius vide p. 306. Feliciter vero nobis contigit, ut Cyrilli simul opus, deque eo regale ac certissimum Iustiniani testimonium inveniremus.

(2) Hunc quoque Cyrilli tractum recitat, et suo testimonio facit authenticum Iustinianus loco citato.

regem nominet, novit simul eundem esse qui consulis habitu ornatur: vicissimque si consulem ipsum appellaverit, non ignorat hunc eundem esse regem. Sic dominus noster Iesus Christus erat quidem Dei sempiternus filius, Deus verus existens; assumpta autem postremis temporibus etiam humanitate, unus idemque est, sive Deus, sive homo, sive Iesus appelletur.

15. Quae quum ita se habeant, agesis dominicum quoque effatum in medium producamus, cuius praecipue causa audacius nobis instant adversarii; nempe quod ipse in evangelicis praedicationibus hominem se confessus sit dicens: « cur me quaeritis occidere, hominem qui veritatem vobis locutus sum? » Sed enim si quis veritatis studiosus evangelicos adibit locos, heic ubi Servator ita locutus est, magnopere damnabit malitiosam adversariorum sententiam, eosque cavillatores ac sycophantas iure meritoque appellabit: talia enim ac tanta ante hanc dictionem elocutus fuerat, Deum se demonstrans, et Dei filium, ut ipsi illius temporis Iudaei, quoniam mentis oculum excaecatum gerebant, ob ea eloquia maxime vellent illum occidere. Isti porro egregii adversarii cuncta illa silentio prementes, hanc unam sibi rapiunt dictionem, haud aliter se quam olim pharisaei gerentes: namque et hi docenti Servatori adtendebant, non quia credere aut edoceri vellent, sed quia captare aliquid ex eius ore avebant, ut narrat evangelista. Sic igitur isti quoque nunc legunt, vel potius curiose indagant divinas scripturas, ut ansam aliquam accusandi illum inveniant qui suam pro ipsis animam posuit.

16. Quidnam vero ante praedictam locutionem dixerit, observemus. « Pater meus, inquit, usque adhuc operatur, et ego operor. Patrem suum Deum dicit, parem se faciens Deo, eadem quae pater pari modo creantem. Nam quae ille facit, eadem et

εἴ τις ὀνομάσοι βασιλέα, οἶδεν ὡς αὐτός ἐστιν ὁ καὶ τὸ τοῦ ὑπάτου σχῆμα περιβαλλόμενος· καὶ πάλιν τε εἰ ὕπατον τὸν αὐτὸν ὀνομάσοι, τὸν αὐτὸν οἶδεν καὶ βασιλέα ὑπάρχοντα (1)· οὕτως ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς ἦν μὲν ἀεὶ τοῦ θεοῦ υἱὸς, θεὸς ὑπάρχων ἀληθινὸς, προσλαβὼν δὲ ἐν ὑστέροις χρόνοις καὶ τὸ ἀνθρώπινον, εἷς καὶ ὁ αὐτὸς ὑπάρχει, κἂν θεὸς λέγηται, κἂν ἄνθρωπος, κἂν Ἰησοῦς.

ιε΄. Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, φέρε καὶ τὴν κυριακὴν εἰς μέσον φωνὴν ἀγάγωμεν, ἐφ᾽ ἣν μάλιστα καὶ θρασύτερον ἡμῖν ἐφίστανται λέγοντες, ὡς αὐτὸς ἐν τοῖς εὐαγγελικοῖς κηρύγμασιν ἄνθρωπον ἑαυτὸν ὡμολόγησεν λέγων· * « τί με ζητεῖτε ἀπο- * Ioh. VIII. 40.
κτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; » Εἰ δέ τις φιλαλήθως τοῖς εὐαγγελικοῖς ἐπιβάλλει χωρίοις, ἔνθα τοῦτο λελάληκεν ὁ σωτὴρ, σφόδρα καταγνώσεται τῆς κακοτέχνου γνώμης αὐτῶν, καὶ φιλεγκλήμονας δικαίως ἀποκαλέσει καὶ συκοφάντας· τοσαῦτα γὰρ λελάληκεν πρὸ ταύτης τῆς λέξεως, θεὸν ἑαυτὸν ἀποφαίνων, καὶ θεοῦ υἱὸν, ὡς καὶ αὐτοὺς τότε τοὺς ἰουδαίους, ἐπείπερ ἐτύφλωττον τῆς διανοίας τὸ ὄμμα, διὰ τοῦτο μάλιστα βούλεσθαι αὐτὸν ἀναιρεῖν· καὶ πάντα ἐκεῖνα σιωπῇ παραδιδόντες, ταύτην ἁρπάζουσι τὴν λέξιν, ὅμοιόν τι ποιοῦντες τοῖς τότε φαρισαίοις· κἀκεῖνοι γὰρ διδάσκοντι τῷ σωτῆρι προσέμενον, οὐ πιστεύειν ἐθέλοντες καὶ διδάσκεσθαι, ἀλλὰ θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ βουλόμενοι, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς ἱστορεῖ· * ὥσπερ οὖν καὶ οὗτοι νῦν * Luc XI 54
ἀναγινώσκουσιν, μᾶλλον δὲ περιεργάζονται τὰς θείας γραφὰς, ἵνα τι κατηγορεῖν εὕρωσιν τοῦ τὴν ψυχὴν ὑπὲρ αὐτῶν τεθεικότος.

ις΄. Τί δὲ ἐν τοῖς πρὸ ταύτης τῆς φωνῆς ἔλεγεν, κατανοήσωμεν· * « ὁ πατήρ μου, * Ioh. V. 17.
φησὶν, ἕως ἄρτι ἐργάζεται, κἀγὼ ἐργάζομαι· » καὶ πατέρα ἴδιον ἔλεγεν τὸν θεὸν, ἴσον ἑαυτὸν ποιῶν τῷ θεῷ, τὰ αὐτὰ τῷ πατρὶ παραπλησίως δημιουργοῦντα· * « ἃ γὰρ * v. 19.

(1) Apte utitur hac similitudine Cyrillus, cuius aetate adhuc imperatores consulatum, cum eis libebat, adibant.

ἂν ἐκεῖνος ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως
* Ioh. V. 22. ποιεῖ. * „ Καὶ “ ὅτι τὴν κρίσιν αὐτῷ πᾶσαν
δέδωκεν ὁ πατὴρ, ἵνα πάντες τιμῶσι τὸν
* v. 25. υἱὸν, καθὼς τιμῶσι τὸν πατέρα. * „ Καὶ
“ ἔρχεται ὥρα. καὶ νῦν ἐστὶν, ὅτε οἱ νεκροὶ
ἀκούσωσιν τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· καὶ
οἱ ἀκούσαντες ζήσωσιν. „ Εἶτα ἵνα μὴ τὰ
θεοπρεπῆ ταῦτα ἀκούοντες σκανδαλίζων-
ται διὰ τὴν σάρκα, ὅτι ἄνθρωπος ὁρώμενος
τοιαῦτα ἐφθέγγετο, ἑξῆς ἐπάγει μετ᾽ ὀλί-
* v. 27. γα, καὶ φησὶν *, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστίν· μὴ
* v. 28. θαυμάζετε τοῦτο *, καὶ γὰρ καὶ ταύτης τῆς
εἰρημένης φωνῆς, ὅτι οἱ ἀκούσαντες ζήσω-
σιν· ἔρχεται ὥρα, ὅτε καὶ πάντες οἱ ἐν τοῖς
* v. 29. μνημείοις ἀκούσονται *, καὶ πορεύσονται οἱ
τὰ ἀγαθὰ ποιήσαντες εἰς ἀνάστασιν ζωῆς,
οἱ δὲ τὰ φαῦλα πράξαντες εἰς ἀνάστασιν κρί-
σεως· τὸ μὲν γὰρ πρότερον εἰρημένον, ὅτι
ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐστίν· καὶ τὸ, οἱ ἀκού-
σαντες ζήσονται, περὶ τῶν κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖ-
νον ἀναστάντων νεκρῶν εἰρῆσθαι· τὸ δὲ, πάν-
τες οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, τὴν ἀναστάσιμον τῆς
ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ σημαίνειν ἡμέραν.
* Idem VI. 35. Καὶ μετ᾽ ὀλίγα δὲ πάλιν φησίν· * “ ἐγώ εἰμι
ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς. „ Ἀλλὰ ταῦτα πάντα,
ὥσπερ οὐκ ἀκούοντες, μᾶλλον δὲ ἐθελοκωφοῦν-
τες, παραπέμπονται· ταύτην δὲ τὴν φωνὴν τὴν
λέγουσαν “ νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι ἄν-
θρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα „ περι-
φέρουσιν πρὸς τὸ τῶν ἀκεραιοτέρων διαταράτ-
τειν τὸν νοῦν· ἐχρῆν δὲ αὐτοὺς, εἴπερ ἦσαν ὀρ-
θοὶ, τοῦτο λογίζεσθαι, ὅτι περ ὁ τὰ προει-
ρημένα λαλήσας, αὐτὸς καὶ ταύτην εἴρηκε
τὴν φωνὴν, καὶ μὴ διὰ ταύτην τῶν τοσούτων
ὥσπερ ἐπιλανθανομένους σκανδαλίζεσθαι· κἀ-
κεῖνοι γὰρ ἄνθρωπον ὁρῶντες, καὶ τὰς θεο-
πρεπεῖς φωνὰς ἀκούειν οὐκ ἀνεχόμενοι, ἔλε-
* v. 42. γον· * οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς Ἰωσὴφ, οὗ ἡμεῖς
οἴδαμεν τὸν πατέρα; Καὶ πάλιν αὐτῷ προσ-
* Idem VIII. 53. ῄεσαν λέγοντες * “ τίνα σεαυτὸν ποιεῖς; „
* v. 57. Καὶ πάλιν· * “ πεντήκοντα ἔτη οὔπω ἔχεις
καὶ Ἀβραὰμ γινώσκεις; „ καὶ ἐχρῆν μὲν τοῖς
ἤδη προειρημένοις ἀρκεῖσθαι, καὶ μηδὲν πλέον
ἐπιζητεῖν· οἱ γὰρ λογισμὸν ὀρθὸν ἔχειν σπου-
δάζοντες περὶ τὴν τῶν θείων γραφῶν ἀκρόασιν,
εὐγνωμόνως λέξουσιν, ὡς οὐδὲν ἄτοπον εἴη

filius similiter facit. Insuper: quod omne iudicium ipsi pater commiserit, ut omnes honorificent filium, sicuti patrem honorificant. Item: quod venit hora, et nunc est, cum mortui audient vocem filii hominis; et qui audierint, vivent. Deinde, ne haec Deo tantum digna audientes, paterentur scandalum propter eius carnem, quia in humana forma talia diceret, paulo post addidit, dicens: se filium hominis esse. Neque miremini, quod qui hanc vocem audierint, victuri sint: venit hora cum omnes qui in monumentis iacent, audient: et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae, et qui mala egerunt in resurrectionem iudicii. Nam prius dictum, quod venit hora, et nunc est; et illud: qui audierint vivent, de illis qui illo tempore resurrexerunt mortuis dictum fuit. Verba autem: omnes qui in monumentis iacent, diem generalis resurrectionis, et gloriosae Christi apparitionis significant. Et paulo post rursus dicit: ego sum panis vitae. Verumtamen haec omnia, ceu non audientes, vel potius voluntariam surditatem profitentes, transmittunt; hanc unam vero voculam quae ait: nunc autem quaeritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, circumferunt ad perturbandas simpliciorum mentes. Oporteret autem illos, si recti essent, hoc reputare, nempe qui superiora dixerat, eundem hanc etiam protulisse voculam; neque huius causa, tot illa tantaque oblitos, scandalizari. Nam et Iudaei hominem videntes, et Deo dignas locutiones audire non ferentes, dicebant: « nonne hic est Iosephi filius, cuius nos patrem matremque novimus? » Denuoque ad eum accesserunt dicentes: « quem te ipsum facis? » Et rursus: « quinquaginta annos nondum es natus, et Abrahamum cognovisti? » Sane opus esset praedictis acquiescere, neque ulterius quicquam requirere. Nam qui recto ratiocinio uti student in divinarum scripturarum acroasi, bona fide dicent, nihil repugnare, Deum

simul et hominem, cum loquebatur, modo se Deum modo hominem se nominasse, quin neutra ex his appellationibus alteram destruat.

17. Sane et aliunde cernere licet, Christum haud ita intelligendum esse hominem, ut istorum opinio fert. Postquam Iudaei facinus illud patrarunt, de quo cum illis nunc Dominus expostulat, salutarem inquam passionem, si tamquam hominis occisores damnati fuissent, tunc haud sensu cassum foret quod ab illis dicebatur. Sed quum tamquam rege ac domino occiso damnati fuerint, exploratum fit, adversarios nostros stultam sibi opinionem creasse, cum illum existimant merum esse hominem, etiamsi Verbum in ipso habitare dicant. Certe beatus Paulus de crucifigentibus loquens, Domini occisores illos repraesentat his verbis utens: « nam si cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent. » Et ipse quoque Dominus in vineae parabola ait « patremfamilias misisse servos suos ad agricolas. At hi alium quidem verberarunt, inquit, alium occiderunt, alium lapidibus obruerunt, agricolae scilicet. Postremo misisse dicit filium, quo viso agricolae intra se dixerunt: hic est heres, venite occidamus eum, eiusque hereditatem occupemus: atque ita eum comprehensum et vinea eiectum interemerunt.» Si ergo apostolus quidem gloriae Dominum confitetur eum qui crucifixus fuit; ipse autem Servator prophetas quidem servorum missorum nomine denotari docet, semet ipsum vero filium domini servorum illorum; quis iam ulterius ausit dicere hominem illum fuisse qui aiebat « nunc me quaeritis occidere » et non potius humanatum Deum? Praesertim quia Deo digna opera, sub hominis titulo praedicata, audiet eventura. Venit enim, hora, et nunc est, cum mortui audient vocem filii hominis; et qui audierint, vivent. Et quum venerit, inquit, filius hominis in regnum suum, et omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit in throno

θεὸν ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπον ὄντα, ὅτε λελάληκεν, ποτὲ μὲν θεὸν, ποτὲ δὲ ἄνθρωπον ὀνομάζεσθαι, οὐδαμῶς ἑκατέρας προσηγορίας τὴν ἑτέραν ἀθετούσης.

ιζ'. Ἐπειδὴ δὲ ἔνεστι καὶ ἑτέρωθεν τοῦτο θεωρεῖσθαι, ὡς οὐκ ἄνθρωπος νοεῖσθαι διὰ τοῦτο ὀφείλει κατὰ τὴν τούτων ὑπόνοιαν· μετὰ τὸ πρᾶξαι τοὺς ἰουδαίους τοῦτο, ὅπερ ἐνταῦθα αὐτοῖς ἐμέμφετο ὁ κύριος, λέγω δὴ τὸ σωτήριον πάθος, εἰ ἄρα ὡς ἄνθρωπον ἀποκτείναντες κατεκρίθησαν, τότε γὰρ ἂν δυνηθείη λόγον ἔχειν τὸ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενον· εἰ δὲ ὡς κατὰ δεσπότου καὶ κυρίου τολμήσαντες κατεδικάσθησαν, δῆλον ὡς ματαίαν ὑπόνοιαν ἑαυτοῖς ἐπλάσαντο, ἄνθρωπον νομίσαντες εἶναι, κἂν ἐνοικεῖν εἰς αὐτὸν τὸν λόγον λέγωσιν. Ὁ μὲν οὖν μακάριος Παῦλος περὶ τῶν σταυρωσάντων διαλεγόμενος, κυριοκτόνους αὐτοὺς ἐναργῶς παρίστησιν αὐταῖς λέξεσιν γράφων οὕτως· * "εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν." Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἐν τῇ τοῦ ἀμπελῶνος παραβολῇ * "ἀπεσταλκέναι φησὶ τὸν οἰκοδεσπότην τοὺς δούλους αὐτοῦ πρὸς τοὺς γεωργούς· καὶ ὃν μὲν ἔδειραν, φησὶν, ὃν δὲ ἀπέκτειναν, ὃν ἐλιθοβόλησαν, οἱ γεωργοὶ δηλονότι· ὕστερον δὲ ἀπεσταλκέναι φησὶν αὐτὸν τὸν υἱὸν, ὃν οἱ γεωργοὶ θεασάμενοι εἶπον πρὸς ἑαυτούς· οὗτός ἐστιν ὁ κληρονόμος, δεῦτε ἀποκτείνωμεν αὐτὸν, καὶ σχῶμεν αὐτοῦ τὴν κληρονομίαν· καὶ λαβόντες αὐτὸν ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ ἀπέκτειναν." Εἰ τοίνυν ὁ μὲν ἀπόστολος κύριον τῆς δόξης τὸν ἐσταυρωμένον ὁμολογεῖ, αὐτὸς δὲ ὁ σωτὴρ τοὺς μὲν προφήτας δούλους ἀπεσταλμένους διδάσκει, ἑαυτὸν δὲ τοῦ δεσπότου τῶν δούλων υἱὸν, τίς ἔτι τολμήσει λέγειν ὡς ἄνθρωπος ἦν ὁ λέγων, νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι, καὶ οὐχὶ μᾶλλον θεὸς ἐνηνθρωπηκώς; καὶ μάλιστα ὅταν καὶ τὰ θεοπρεπῆ ἔργα τῇ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ λεγόμενα ἀκούῃ μέλλοντα γίνεσθαι. * "ἔρχεται γὰρ ὥρα, καὶ νῦν ἐστιν, ὅτε οἱ νεκροὶ ἀκούσωσιν τῆς φωνῆς τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου· καὶ οἱ ἀκούσαντες ζήσουσι." Καὶ * "ὅταν ἔλθῃ, φησὶν, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι μετ' αὐ-

* I. Cor. II. 8.

* Matth. XXI. 34.

* Ioh. V. 25.

* Matth. XXV. 31.

τοῦ, τότε καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐτοῦ,
* Ioh. III. 13. τὴν δικαίαν ἅπασιν ἐπιφέρων κρίσιν. „ Καὶ *
“ οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ
ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. „
ιη΄. Ἀκούεις φανερῶς τὸν Θεὸν λόγον τῇ
ἀνθρώπου προσηγορίᾳ διὰ τὴν πρὸς τὴν σάρκα
ἕνωσιν ὀνομαζόμενον; τίς γὰρ ἂν εἴη ἕτε-
ρος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς; μηκέτι οὖν
* Idem VIII. 40. σκανδαλίζου, ὅταν λέγει * “ νῦν δὲ ζητεῖτε
με ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν
ὑμῖν λελάληκα· „ ἀλλ᾽ ἐννοῶν τὴν οἰκονο-
μίαν, εὐσεβῶς δέχου τὸ λεγόμενον· ἐκ τού-
των γὰρ τῆς ἑνώσεως μάλιστα ἡ οἰκονομία
δείκνυται· καὶ ὅτι κἂν ἄνθρωπος ὀνομάζη-
ται, οὐ δίχα τῆς θεότητος ὀφείλει καθ᾽
ἑαυτὸν ἄνθρωπος ὀνομάζεσθαι· τίς γὰρ τολ-
μήσει λέγειν ἄνθρωπον, καὶ ταῦτα ἐνεργή-
σειν τὰ προειρημένα; λέγω δὴ τὴν ἐξ οὐρα-
νοῦ μέλλουσαν ἔσεσθαι παρουσίαν αὐτοῦ, καὶ
τὴν περὶ πάντων δικαίαν κρίσιν· τοῦ ἱεροψάλ-
* Ps. LXIV. 2. του μάλιστα Δαβὶδ ᾄδοντος * “ σοὶ πρέπει
ὕμνος ὁ Θεὸς ἐν Σιὼν, καὶ σοὶ ἀποδοθήσε-
ται εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ· εἰσάκουσον προσ-
* v. 3 ευχῆς· “ πρὸς σὲ πᾶσα σὰρξ ἥξει. * „ Τί
γὰρ ἕτερον ἐστὶν τοῦτο, ἀλλ᾽ ἢ ὅπερ τὸν υἱὸν τοῦ
* Matth. XXV. 31. ἀνθρώπου ποιήσειν μεμαθήκαμεν *; “ τότε
γὰρ, φησὶν, καθίσει ἐπὶ θρόνου δόξης αὐ-
* v. 32. τοῦ *, καὶ συναχθήσονται ἔμπροσθεν αὐτοῦ
πάντα τὰ ἔθνη „ Ὁρᾷς ὅπως τοῦ Δαβὶδ ὡς
πρὸς Θεὸν λέγοντος, πρός σε πᾶσα σὰρξ
ἥξει, εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου τοῦτο πληροῦ-
σθαι μέλλον ἀποδέδεικται; Θεὸς οὖν ἐστὶν
ἄρα ἐνανθρωπήσας ὁ ἐκ Μαρίας τεχθεὶς,
τῶν θείων ἡμῖν γραφῶν τοῦτο διὰ πολλῶν
ἀποδείξεων ἐναργῶς ἐμφαινουσῶν· θεοτόκος
δὲ πάντως καὶ αὐτὴ ἡ καλλιπάρθενος, κἂν
οὗτοι μὴ βούλωνται· εἰ γὰρ ἄνθρωπος ἦν
ὁ ἐξ αὐτῆς προελθὼν Ἰησοῦς Χριστὸς, πῶς
ὁ Παῦλος Γαλάταις ἐπιστέλλων ἔγραφε,
* Gal. I. 1. “ Παῦλος ἀπόστολος *, οὐκ ἀπ᾽ ἀνθρώπων,
οὐδὲ δι᾽ ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ; „
δῆλον ὡς οὐκ ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ Θεὸς
ἐνηνθρωπηκὼς ἐστίν· μὴ τοίνυν σκανδαλι-
ζέσθωσαν ἐπὶ ταῖς τοιαύταις φωναῖς οἱ ἀπαί-
δευτοι, ἀλλὰ διδασκέσθωσαν τὴν θείου μυ-
στηρίου τὴν οἰκονομίαν, καὶ προσκυνείτωσαν

gloriae suae, iustam de omnibus sententiam ferens. Et, « nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit filius hominis. »

subiecit, legislator licet ac Deus. Circumciditur octava a nativitate die cum Iudaeis, ut generis cognationem adfirmet, neque eum postea velint negare. Namque e Davidis stirpe Christus expectabatur. Et signum prae se ferre voluit cognationis eius. Si enim de circumciso etiam aiebant, nescire se undenam is esset; si forte circumcisus non fuisset neque legem observasset, negandi causa honesta fuisset. Verumtamen post ipsius circumcisionem, cessavit circumcisio, subintrante eo quod ab illa portendebatur, id est baptismate; cuius beneficio nos ulterius haud circumcidimur. Videtur enim mihi circumcisio tria effecisse. Primo videlicet signo quodam impresso, Abrahami posteros a reliquis gentibus distinguebat. Secundo, divini baptismatis typum, gratiam, atque virtutem in se portendebat. Sicuti enim circumcisus, in Dei populum per id signum olim cooptabatur; sic baptizatus, Christo in se sigilli instar recepto, inter filios Dei adscribitur. Tertio denique, symbolum erat constitutorum in gratia fidelium, quatenus hi carnalium voluptatum passionumque commotiones, exacuto fidei verbo, asceticisque laboribus praecidunt atque mortificant, haud corpus incidentes, sed cor purgantes, et spiritu non littera circumcisi: quorum laudem haud humano iudicio indigere, sed caelesti suffragio niti, divus Paulus testatur.

Quum ergo lex adversus quamlibet mulierem, quae masculum feminamque peperisset, lata esset, eaque universalem prorsus faceret intimationem, nihilominus omni dedecore carebat sancta virgo, de qua natum carnaliter Christum dicimus. Considera enim, si lubet, legis accuratum tenorem. Mulier, inquit, non indifferenter quaelibet, sed quae suscepto semine masculum pepererit, immunda esto. Atqui hoc loco

γέγονε, καί τοι νομοθέτης ὢν αὐτὸς ὡς θεός· περιτέμνεται ὀκταήμερος μετὰ Ἰουδαίων, ἵνα τὴν συγγένειαν βεβαιώσῃ, ὅπως μὴ ἀρνήσωνται αὐτόν· ἐκ σπέρματος γὰρ Δαβὶδ προσεδοκᾶτο ὁ Χριστός· καὶ ἔδειξε τὸ τεκμήριον τῆς συγγενείας· εἰ γὰρ καὶ περιτμηθέντος αὐτοῦ ἔλεγον, τοῦτον οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστὶν, εἰ μὴ περιετμήθη κατὰ σάρκα, καὶ τὸν νόμον ἐφύλαξεν, ἔσχεν ἂν πρόφασιν εὔλογον αὐτῶν ἡ ἄρνησις· μετὰ μέν τοι τὸ περιτμηθῆναι αὐτὸν, πέπαυται ἡ περιτομὴ, εἰσαχθέντος ἡμῖν τοῦ σημαινομένου δι' αὐτῆς, ἤτοι τοῦ βαπτίσματος· διὰ τοῦτο ἡμεῖς οὐκέτι περιτεμνόμεθα· δοκεῖ γάρ μοι ἡ περιτομὴ τρία τινὰ πραγματεύεσθαι· ἓν μὲν οἱονεὶ σημείῳ τινὶ καὶ σφραγίσει, τοὺς ἐγγόνους Ἀβραὰμ ἀφορίζουσα, καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνῶν διαστέλλουσα· δεύτερον ἐν ἑαυτῇ τὴν τοῦ θείου βαπτίσματος προτυποῦσα χάριν καὶ δύναμιν· ὥσπερ γὰρ ὁ περιτεμνόμενος, εἰς λαὸν θεοῦ διὰ τῆς σφραγῖδος πάλαι ἐχρημάτιζεν, οὕτως ὁ βαπτιζόμενος σφραγῖδα τὸν Χριστὸν ἐν ἑαυτῷ τυπωσάμενος, εἰς υἱοθεσίαν θεοῦ ἀναγράφεται· καὶ τρίτον, σύμβολον τῶν ἐν χάριτι καθισταμένων πιστῶν, οἳ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν καὶ παθῶν τὰς ἐπαναστάσεις τῷ τμητικῷ τῆς πίστεως λόγῳ, καὶ πόνοις ἀσκητικοῖς ἐκτέμνουσι καὶ ἀπονεκροῦσιν, οὐ σῶμα τέμνοντες ἀλλὰ τὴν καρδίαν καθαίροντες, καὶ πνεύματι οὐ γράμματι περιτεμνόμενοι· ὧν καὶ τὸν ἔπαινον, οὐκ (E. f. 90.) ἀνθρωπίνης ἐπικρίσεως δεῖσθαι, ἀλλὰ τῆς ἄνωθεν ἠρτῆσθαι ψήφου, Παῦλος ὁ θεῖος * (* Rom. II. 29.) διαμαρτύρεται.

(E. f. 120. b. K. f. 4. b.) Ἰόντος (1) τοίνυν τοῦ νόμου κατὰ γυναικὸς ἁπάσης τικτούσης ἄρσεν ἢ θῆλυ, καὶ γενικωτάτην ἡμῖν ποιουμένου τὴν κατάῤῥησιν, ὑπεξαίρεται τῆς δυσφημίας ἡ ἁγία παρθένος, ἧς ἐκφῦναι φαμὲν τὸ κατὰ σάρκα Χριστόν· θέα γὰρ, εἴ σοι δοκεῖ, τοῦ νόμου τὸ ἀκριβές· γυνὴ γάρ φησι καὶ οὐ πᾶσα τυχὸν ἀδιακρίτως, ἀλλ' ἥτις ἂν σπερματισθῇ καὶ τέκῃ ἄρσεν, ἀκάθαρτος ἔστω· ἐνταῦθα δὲ ἐκ πνεύματος ἁγίου τὸ θεῖον συνέστη

(1) Citatur sequens locus ad litteram ex cap. XV. commentariorum Cyrilli abs Iohanne caesariensi in opere inedito contra Severum pro concilio chalcedonensi, cuius apud me habeo interpretationem ex syriaco, quo tantum in idiomate superest id opus inter codices vaticanos, graeco textu iamdiu amisso.

σῶμα, πλαστουργούμενον ἀῤῥήτως ἐν τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, καὶ τῶν τῆς φύσεως νόμων ὀλίγα πεφροντικός· ἥκιστα γὰρ σπερματικῆς ἐδεῖτο καταβολῆς ὁ τῶν ἁγίων πρωτότοκος, ἡ ἀπαρχὴ λαχόντων τὴν ἐκ θεοῦ διὰ πνεύματος ἀναγέννησιν· περὶ ὧν εἴρηται σαφῶς, οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς ἢ ἀνδρὸς, ἀλλ᾽ ἐκ θεοῦ ἐγεννήθησαν· δίεδρα δὴ οὖν τὴν ἐκ νόμου καταβοὴν ἡ ἁγία παρθένος, σπερματισθεῖσα μὲν οὐδαμῶς, ἐνεργείᾳ δὲ τῇ διὰ πνεύματος τὸ θεῖον ἡμῖν ἀποκυήσασα βρέφος.

corpus divinum dicimus a sancto Spiritu compactum, ineffabiliter elaboratum in sancta Virgine, naturae neglectis legibus. Minime enim seminali officio indigebat sanctorum primogenitus, inchoatio illorum qui a Deo per Spiritum regenerationem sortiuntur: de quibus dictum est manifeste, qui non ex sanguinibus neque ex voluntate carnis aut viri, sed ex Deo nati sunt. Ergo extra omnem legis damnationem sancta virgo erat, quae nullum semen experta est, sed operante Spiritu divinum nobis infantem edidit.

E. f. 120. H. f. 103. b. Μετὰ τὸ περιτμηθῆναι, τὸν τοῦ καθαρισμοῦ πάλιν ἀναμένει καιρόν· καὶ ὅτε ἐπληρώθησαν αἱ ἡμέραι, πλήρωσις δὲ ἡμερῶν ἡ τεσσαρακοστὴ ἦν, τότε ἀνάγεται εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ εἰς ὄψιν ἄγεται τοῦ πατρὸς ὡς ἄνθρωπος καθ᾽ ἡμᾶς, ὁ συνεδριάζων αὐτῷ θεὸς λόγος, ὁ καὶ διὰ τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς ἐν τοῖς πρωτοτόκοις γραφόμενος· ἅγια γὰρ καὶ ἱερὰ τῷ θεῷ καὶ τὰ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως πρωτότοκα, ἅπερ ἔθυον αὐτῷ κατὰ νόμον· ὢ μεγάλης οἰκονομίας, ὢ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως θεοῦ· ὁ ἐν κόλποις ὢν τοῦ πατρὸς, ᾧ τὰ πάντα προσάγεται δουλοπρεπῶς, ὁ ταῖς παρὰ πάντων λατρείαις δοξαζόμενος, ὅτε γέγονεν ἐν τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος μέτροις, τῷ ἰδίῳ γεννήτορι προσφέρει θυσίαν· ὢ τοῦ παραδόξου πράγματος· τοὺς τοῦ νόμου τύπους τετήρηκεν ἡ ἀλήθεια· διὰ ποίαν αἰτίαν; ὅτι καὶ νομοθέτης ἦν ὡς θεὸς, καὶ ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος. Τί δὲ δὴ προσκεκόμικεν; ὡς πρωτότοκος καὶ ἄρσην, ζεῦγος τρυγόνων, καὶ (1) δύο νεοσσοὺς περιστερῶν, κατὰ τὸ τῷ νόμῳ διηγορευμένον· ἀλλὰ τί βούλεται ταῦτα δηλοῦν; ἡ μὲν τρυγὼν, ἐστι λαλίστατον ἐν στρουθίοις· ἡ δὲ περιστερὰ, ζῷον ἤπιον καὶ πρᾷον· γέγονε δὲ τοιοῦτος εἰς ἡμᾶς ὁ τῶν ὅλων ποιητὴς καὶ κύριος, πρᾳότητα μὲν τὴν εἰς ἄκρον ἔχων, τρυγόνος δὲ δίκην κατακηλήσας τὸν ὑπ᾽ οὐρανὸν, καὶ τῆς ἑαυτοῦ καλ-

Post circumcisionem, adhuc tempus purgationis expectat. Et postquam dies completi sunt, plenitudinis autem dies quadragesimus erat, tunc Hierosolymam ducitur ad conspectum patris, ceu homo nobis similis, is qui illi adsidet tamquam Deus Verbum, et qui per umbram legis inter primogenitos adscriptus est. Nam devoti erant et sacrati Deo, etiam ante Verbi incarnationem, primogeniti qui ei ex legis praescripto offerebantur. O magnum dispensationis mysterium! o altitudo divitiarum sapientiae et scientiae Dei! Qui in sinu patris est, cui omnia sistuntur serviliter, qui ab omnibus sacro cultu honoratur, iis quo tempore in humanitatis modulo apparuit, proprio genitori hostiam offert. O res mira! Legis typos ille observat, qui est veritas. Cur, inquam? quia legislator erat quatenus Deus, legi autem subditus quatenus homo. Quid vero obtulit? Ut primogenitus et masculus, par turturum, duosque pullos columbarum, iuxta legis edictum. Haec autem quidnam significant? Turtur sane inter altilia loquacissimus est: columba vero animal mite et mansuetum. Talem porro se exhibuit erga nos rerum omnium creator et dominus, mansuetudinem quidem summam retinens, instar vero

(1) Hoc loco Aubertus scribit ἢ *aut*, pro καὶ *et*. Profecto sacer textus et lex alternante sententia loquuntur. Apud Maldonatum tamen graves auctores utrumque muuus a B. Maria oblatum existimare videntur, nempe Origenes homil. XIV. in Luc., et S. Ambrosius lib. II. 8. de Abraham; quibus nunc accedit in cod. E. Cyrillus non heic solum, verum etiam infra p. 134.

turturis mundum cantu demulcens, suaque melodia propriam vineam replens, id est nos qui in ipsum credidimus. Scriptum est itaque in cantico canticorum: vox turturis audita est in terra nostra, vites florent. Nobis enim divinum angelicumque praeconium, universo orbi salutiferum, Christus elocutus est. Mactabantur itaque turtur atque columba, ut ipse denuo ceu per typos nobis denotaretur, mortem in carne sua pro mundi vita passurus. Ipse enim est canorus maxime turtur, ipse simplex columba. Semet ergo Christus obtulit, typum simul et veritatem, in odorem suavitatis, ut nos per se ipsum Deo patri offerret, et nostram ab eo aversionem dissolveret, quae ob factam in Adamo transgressionem evenerat, et ob peccati in nos omnes tyrannidem; atque ita patris respectu nos dignos efficeret. Nos enim sumus, qui ab antiquo clamamus: respice in me, et miserere mei, ut ait psalmista. Namque oculi Domini super iustos. Non enim respicit Dominus peccatis deditos, sed mitem et quietum, et divinos sermones metuentem. Oportuit igitur nos ante purgari, atque ita divina inspectione dignos reddi. Id autem consecuti sumus per universalem servatorem Christum ex muliere natum, factum sub lege.

Sed primo quaerendum est, quemnam designent verba « purgationis eorum. » Secundo de Iesu coram Domino oblatione. Tertio quid significent par turturum et duo columbarum pulli. Etenim si verba « purgationis eorum » de sancta Deipara, vel de beato Iosepho, vel de ipso Domino existimet aliquis dici, irreligiosus erit. Nam neque Iosephus sanctam virginem carnaliter cognoverat, neque ipsa in peccatis conceperat ut ceterae mulieres; ita ut pro sua ipsorum purgatione offerre deberent. Sine semine quippe concepit, sine corruptela peperit. Ubi autem non est mulieris cum

λιφωνίας τὸν ἴδιον ἀμπελῶνα πληρῶν, τουτέστιν ἡμᾶς τοὺς πιστεύσαντας εἰς αὐτόν· γέγραπται γοῦν ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων *, * Cant. I. 12.
ὅτι φωνὴ τῆς τρυγόνος ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσι· λελάληκε γὰρ πρὸς ἡμᾶς τὸ θεῖον τὲ καὶ εὐαγγελικὸν κήρυγμα, τὸ παντὸς τοῦ κόσμου σωτήριον, ὁ Χριστός· ἐσφάζετο μὲν οὖν τρυγὼν καὶ περιστερὰ, ἵνα πάλιν αὐτὸς ὡς διὰ τύπων ἡμῖν σημαίνηται, τὸν ὑπὲρ τῆς κόσμου ζωῆς ὑπομένων θάνατον κατὰ σάρκα· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ εὐφωνοτάτη τρυγών· αὐτὸς ἡ ἀκέραιος περιστερά· ἑαυτὸν οὖν ἄρα προσκεκόμικεν ὁ Χριστὸς καθ᾽ ἕνα καιρὸν ὁμοῦ τοῖς τύποις τὴν ἀλήθειαν εἰς ὀσμὴν εὐωδίας, ἵν᾽ ἡμᾶς δι᾽ ἑαυτοῦ προσαγάγῃ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, λύσῃ τε οὕτω τὴν ἐφ᾽ ἡμᾶς γενομένην ἀποστροφὴν, διά τε τὴν ἐν Ἀδὰμ παράβασιν (1), καὶ τὴν κατὰ πάντων ἡμῶν τυραννήσασαν ἁμαρτίαν· καὶ οὕτως ἐπισκοπῆς ἀξιώσῃ τῆς πατρικῆς· ἡμεῖς γὰρ ἡμεν οἱ πάλαι βοῶντες ἐπίβλεψον ἐπ᾽ ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με, ὡς ὁ ψάλλων * * Ps. XXIV. 16.
φησίν· ὀφθαλμοὶ γάρ φησι κυρίου ἐπὶ δικαίους· * οὐ γὰρ ἐπιβλέπει κύριος τοὺς τῇ ἁμαρ- * Ps. XXXIII. 16.
τίαις ἐνεχομένους, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντα αὐτοῦ τοὺς θείους λόγους· ἔδει οὖν καθαρθῆναι πρότερον ἡμᾶς, καὶ οὕτως ἀξιωθῆναι θεοῦ ἐποψίας· κεκερδάκαμεν δὲ τοῦτο διὰ τοῦ πάντων σωτῆρος Χριστοῦ γενομένου ἐκ γυναικὸς, καὶ γενομένου ὑπὸ νόμον.

Ἀλλὰ ζητητέον πρῶτον μὲν, περὶ τίνος γέγραπται τὸ περὶ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν· δεύτερον δὲ, περὶ τοῦ παραστῆσαι αὐτὸν τῷ κυρίῳ· καὶ τρίτον, τί σημαίνει τὸ ζεῦγος τῶν τρυγόνων, καὶ οἱ δύο νεοσσοὶ τῶν περιστερῶν· εἰ γὰρ τὸ περὶ τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, περὶ τῆς ἁγίας θεοτόκου, ἢ περὶ τοῦ μακαρίου Ἰωσὴφ, ἢ περὶ τοῦ κυρίου νομίσει τίς λέγεσθαι, ἀσεβήσει· οὔτε γὰρ ὁ Ἰωσὴφ ἔγνω τὴν ἁγίαν παρθένον, οὔτε αὐτὴ ἐν ἀνομίαις συνέλαβε καθὼς αἱ ἄλλαι γυναῖκες, ἵνα περὶ τοῦ καθαρισμοῦ ἑαυτῶν προσενέγκωσιν· ἀλλ᾽ ἀσπόρως συνέλαβε, καὶ ἀφθόρως ἔτεκεν· ὅπου δὲ οὐ γυναικὸς καὶ

(1) En nostrum in Adamo originale peccatum, quod noeterici rursus increduli negant; ecclesia autem divinis scripturis patribusque suis innixa constanter confitetur.

ἀνδρὸς σύνοδος, οὐχ ὕπνος καὶ ἡδονὴ, οὐ συνδυασμὸς καὶ μίξις, τίς χρεία καθαρισμοῦ; ἀλλ' οὐδὲ περὶ τοῦ κυρίου τοῦτο εἴρηται, τοῦ ἀκηράτου καὶ ὑπὲρ πᾶσαν καθαρότητα.

viro copula, neque somnus et voluptas, neque coniugalis coitio, quaenam sit purgationis necessitas? Sed neque de Domino id dictum fuit, immaculato scilicet et quamlibet munditiam excedente.

v. 24. Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν κ. τ. λ.

Et ut darent hostiam etc.

A. f. 36. b. E. f. 121. H. f. 105. b. Πάλιν συνετέλεσε τοῖς δασμολογοῦσι τὸ δίδραχμον· καί τοι συντελέσαι μὴ ὀφείλων διά γε τὸ εἶναι κατ' ἀλήθειαν υἱός· συντετέλεκε δὲ, ὅτε γέγονεν ὑπὸ νόμον· ἔδει γὰρ ἔδει πληροῦν τὴν οἰκονομίαν, ἣν κατεδέξατο δι' ἡμᾶς· αὐτὸν δὲ δὴ καὶ ἐν τῇ τοῦ διδράχμου καταβολῇ γραφόμενον ὡς σωτῆρα καὶ λυτὴν εὑρήσομεν· ἦν μὲν γὰρ τὸ δίδραχμον νομίσματος εἶδος βασιλικὴν ἔχοντος εἰκόνα· συνετελεῖτο δὲ κατὰ τὸν νόμον ὑπὲρ δύο κεφαλῶν· ὅρα τοίνυν ἐν τῷ διδράχμῳ πάλιν τὸν Χριστὸν ἀνατυπούμενον· αὐτὸς γὰρ ὑπάρχων ἡ εἰκὼν τοῦ πατρὸς, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, τὸ νόμισμα τὸ ἐξ οὐρανοῦ, προσεκόμισεν ἑαυτὸν τῶν δύο λαῶν τὸ ἀντίλυτρον, τῶν τε ἐξ Ἰουδαίων φημὶ καὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν.

Item exactoribus solvit didrachma, quamquam id non debebat, propterea quod ipse verus filius erat: solvit tamen, postquam semet legi subiecerat. Prorsus enim oportebat oeconomicum illud munus exsequi quod nostri causa susceperat. Quin adeo Christum in ipsius didrachmatis solutione, ceu servatorem redemptoremque expressum comperiemus. Erat enim didrachma nummi genus regalem prae se ferentis imaginem, qui praescripto legis pro duobus solvebatur capitibus. Specta igitur in didrachmate item Christum repraesentatum. Ipse enim quum sit imago patris, figura substantiae illius, se ipsum obtulit duorum populorum redemptionem, iudaici inquam atque ethnici.

v. 28. Καὶ αὐτὸς ἐδέξατο αὐτὸν ἐν ἀγκάλαις αὐτοῦ.

Et ipse accepit eum in ulnas suas.

A. f. 38. C. f. 109. E. f. 125. M. f. 258. b. Εἰσεφέρετο μὲν ἐν τῷ ἱερῷ ὁ Χριστὸς βρέφος ὢν ἔτι βραχύ (1) τε καὶ ὑπομάζιον, καὶ τὰ ὡρισμένα τῷ νόμῳ προσῆγε, ζεῦγος τρυγόνων καὶ δύο νεοσσοὺς περιστερῶν· σωφροσύνης τε καὶ πραότητος ὁ τύπος· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ βίου διαφορᾶς, ὧν * ἀμφοτέρων νομοθέτης, γάμου τε καὶ ἀγαμίας· εἴποις γὰρ ἂν τοὺς μὲν εὐζώνους καὶ πνευματικωτέρους καὶ τὸν μονήρη βίον ἐπανῃρημένους, εἶναι τὰς περιστεράς· τοὺς δὲ παιδοποιΐας καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας πεποιημένους πρόνοιαν, τρυγόνας· ὁ δέ γε μακάριος Συμεὼν προφητικῇ χάριτι τετιμημένος, δέχεται μὲν εἰς ἀγκάλας αὐτόν· θυμηδίας τε τῆς ἀνωτάτω πιμπλάμενος, εὐλογεῖ τὸν θεὸν, λέγων· νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα· πόθεν ἀπολύεις; ἐκ τοῦ βιωτικοῦ σκάμματος· λύτρα γὰρ καὶ δεσμωτήριον ὁ βίος· ὁ γὰρ μέλλων εἰρήνην ποιεῖν τῷ κόσμῳ παρεγένετο, ὁ

* cod. ὡς.

Portabatur ad templum Christus, pusillus adhuc infans et lactens; et quae a lege imperata fuerant offerebat, par turturum et duos columbarum pullos. Erant autem haec temperantiae et mansuetudinis typus. Praeterea differentiam duorum vitae generum indicabant, quorum utriusque legislator Deus, coniugii nimirum ac caelibatus. Potes autem dicere, expeditos hos et magis spiritales, ac solitariae vitae amatores, esse columbas: turtures vero illos, qui procreandis liberis ac reliquis negotiis dant operam. Iam beatus Simeon prophetica gratia exornatus, Iesum in ulnas recipit; supernoque gaudio plenus, Deo benedicit inquiens: nunc dimittis servum tuum, Domine. Unde, inquam dimittis? Ex mundano stadio: nam vita haec carcer est et ex carcere liberatio. Porro qui pacem mundo

(1) Corderius in catena ad psalmos, seu ad canticum Simeonis, T. III. p. 961. habet partem huius fragmenti, sed ridicule παχὺς pro βραχὺ, quod ipse, ut sensum mitiget, latine interpretatur *rudis* tam heic quam in catena lat. ad Luc. p. 60.

daturus est, venit: qui caelum terrae copulat, immo qui terram evangelica sua doctrina transformat in caelum. – Quia vidi salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. – Nam Christi mysterium ante ipsam mundi constitutionem praeparatum fuit, postremis autem saeculi temporibus manifestatum. Ipse autem factus est lux obtenebratis et errantibus ac diabolica sub manu prostratis. Vocati enim fuerunt a Deo patre ad filii sui agnitionem, qui est vera lux. Insuper – ad Israhelis quoque gloriam. – Etsi enim nonnulli ex his fuerunt contumeliosi, inobedientes, plenamque insipientia mentem gerentes; attamen reliquiae salvae fuerunt, et per Christum honoratae. Primitiae autem ex his fuere divi discipuli, quorum clarissimus splendor universam terram illustrat. Aliter quoque Israhelis Christus est gloria, quia ex ipso secundum carnem processit, quamquam Deus supremus erat et ante saecula.

Ecce positus est hic in ruinam et in resurrectionem multorum in Israhel.

Positus est a Deo patre Emmanuhel in fundamentis Sionis, lapis electus, angularis, pretiosus. Et ei quidem credentes, non sunt confusi; increduli autem, et qui latens in eo mysterium cernere haud potuerunt, praecipitio contriti fuere. Ait enim alicubi Deus pater: « ecce pono in Sione lapidem offensionis, petram scandali. Et qui ei, confiderit, non confundetur; in quem autem ceciderit, ipsum conteret. » Sed enim securos esse iussit Israhelitas propheta dicens: « Dominum ipsum honorate, et sit Dominus timor tuus. Quod si illi confisus fueris, erit tibi honori, nec velut ad lapidem offensionis petramque lapsùs in illum incurretis. » – Ergo quia dominum ac Deum Emmanuhelem noluit honorare Israhel, neque ei confidere, impingens in lapidem ob suam incredulitatem, ruit et confractus est. Contra multi consurrexerunt, ii nimirum qui fidem illius admiserunt. – Vel quomodo sapientissimus scri-

συνάπτων τὸν οὐρανὸν τῇ γῇ, ὁ κατασκευάζων τὴν γῆν οὐρανὸν διὰ τῆς εὐαγγελικῆς διδασκαλίας. Ὅτι εἶδον τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν. Προητοίμαστο γὰρ τὸ Χριστοῦ μυστήριον καὶ πρὸ αὐτῆς τῆς κόσμου καταβολῆς· πεφανέρωται δὲ ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς· γέγονε δὲ φῶς ἐν σκότει καὶ πεπλανημένοις καὶ ὑπὸ χεῖρα πεσοῦσι διαβολικήν· κέκληνται γὰρ παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς πρὸς ἐπίγνωσιν τοῦ υἱοῦ, ὅς ἐστι φῶς τὸ ἀληθινόν· ἀλλὰ καὶ εἰς δόξαν τοῦ Ἰσραήλ· εἰ γὰρ καὶ γεγόνασί τινες ἐξ αὐτῶν ὑβρισταὶ καὶ ἀπειθεῖς καὶ ἀσυνεσίας ἔμπλεω τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀλλ' οὖν σέσωσται τὸ κατάλειμμα *, καὶ δεδόξασται διὰ Χριστοῦ· ἀπαρχὴ δὲ τούτων οἱ θεσπέσιοι γεγόνασι μαθηταί, ὧν ἡ τῆς εὐκλείας φαιδρότης, ὅλην περιαστράπτει τὴν ὑπ' οὐρανόν· δόξα δὲ καὶ ἑτέρως τοῦ Ἰσραὴλ ὁ Χριστὸς, ὅτι προῆλθεν ἐξ αὐτῶν κατὰ σάρκα, καί τοι θεὸς ὢν ἐπὶ πάντας καὶ προαιώνιος. * Rom. IX. 27.

Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ. v. 34.

Τέθειται μὲν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ Ἐμμανουὴλ εἰς τὰ θεμέλια Σιὼν, λίθος ὢν ἐκλεκτὸς ἀκρογωνιαῖος, ἔντιμος· ἀλλ' οἱ μὲν ἐπ' αὐτῷ πιστεύσαντες, οὐ κατῃσχύνθησαν· οἱ δὲ ἄπιστοι, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον οὐκ ἰσχύσαντες ἰδεῖν, πεσόντες συνετρίβησαν· ἔφη γάρ που πάλιν ὁ θεὸς καὶ πατήρ· ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον προσκόμματος, καὶ πέτραν σκανδάλου· καὶ ὁ πιστεύων ἐπ' αὐτῷ, οὐ μὴ καταισχυνθῇ· * ἐφ' ὃν δ' ἂν πέσῃ, λικμήσει αὐτόν· ἀλλ' ἠσφαλίσατο τοὺς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ προφήτης, λέγων· * κύριον αὐτὸν ἁγιάσετε, καὶ αὐτὸς ἔσται σου φόβος· καὶ ἐὰν ἐπ' αὐτῷ πεποιθὼς ᾖς, ἔσται σοι εἰς ἁγιασμὸν, καὶ οὐχ' ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσεσθε αὐτῷ, οὐδὲ ὡς πέτρα πτώματος. – Οὐκοῦν ἐπειδήπερ κύριον καὶ θεὸν ὄντα τὸν Ἐμμανουὴλ οὐχ' ἡγίασεν ὁ Ἰσραὴλ, οὔτε μὴν ἠθέλησεν ἐπ' αὐτῷ πεποιθέναι, προσπταίσας ὡς λίθῳ διὰ τὴν ἀπιστίαν, συνετρίβη καὶ πέπτωκεν· ἀνέστησαν δὲ πολλοὶ, τουτέστιν οἱ τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν παραδεξάμενοι. – Ἢ καὶ

Margin notes (right column): A. f. 39. E. f. 128. b. (at "Τέθειται") — * Is. XXVIII. 16. (at "οὐ μὴ καταισχυνθῇ") — * Is. VIII. 13. (at "Ἰσραὴλ ὁ προφήτης") — A. f. 39. E. f. 129. (at "Οὐκοῦν") — A. f. 39. b. E. f. 130. H. f. 146. (at "οἱ τὴν εἰς αὐτὸν")

* I. Cor. I. 23. ὡς ὁ σοφώτατος γράφει Παῦλος *, Ἰουδαίοις μὲν ἐστι σκάνδαλον ὁ σταυρὸς, ἔθνεσι δὲ μωρία. Καὶ πάλιν. * (* v. 18.) Ὁ λόγος ὁ τοῦ σταυροῦ, τοῖς μὲν ἀπολλυμένοις, μωρία ἐστί· τοῖς δὲ σωζομένοις ἡμῖν, δύναμις Θεοῦ εἰς σωτηρίαν· διὰ τοῦτο εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον ὁ κύριός ἐστι.

v. 35. Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία.

A. f. 40. B. f. 31. E. f. 131. H. f. 117.

Συντομώτερον δὲ εἰπεῖν, ῥομφαίαν ἐν τούτοις καταδηλοῦσθαι φαμὲν, ὡς ἐν εἴδει μαχαίρας τὸν πειρασμόν· ἢ καὶ αὐτὸ τὸ πάθος τὸ ἐκ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀπονοίας ἐπενενεγμένον τῷ Ἐμμανουήλ· καὶ ἔοικέ γε συνιέναι οὕτως, καὶ μὴν καὶ εἰπεῖν ὁ δίκαιος Συμεών· μόνον γὰρ οὐχὶ ῥομφαίᾳ κατεσφάζετο ἡ ἁγία παρθένος, σταυρούμενον ὁρῶσα τὸν ἐξ αὐτῆς γεννηθέντα κατά γε τὴν σάρκα (1)· τοιοῦτον καὶ τὸ παρὰ τῷ Ζαχαρίᾳ· * (* Zach. XIII. 7.) ῥομφαία ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα μου· τουτέστιν ἐνεργείσθω λοιπὸν τὸ σωτήριον πάθος, καὶ ὁ τῆς τῶν ἀγαθῶν ἀναδείξεως ἡκέτω καιρός.

v. 40. Τὸ δὲ παιδίον ηὔξανε κ. τ. λ.

A. f. 42. B. f. 32. C. f. 109. b. E. f. 135. b. H. f. 124.

Τὸ δὲ λέγειν ὅτι τὸ παιδίον ηὔξανε καὶ ἐκραταιοῦτο πνεύματι, πληρούμενον σοφίας, καὶ χάρις θεοῦ ἦν ἐπ' αὐτῷ, ταῦτα κατὰ τὸ ἀνθρώπινον εἰρῆσθαι δεκτέον· ἄθρει δέ μοι τῆς οἰκονομίας τὸ βάθος· ἀνθρώπινον ὑπομένει τόκον, καί τοι τὸ ἄναρχον καὶ ἄχρονον θεϊκῶς ἔχων ὁ λόγος· ἐν αὐξήσει σώματος ὁ παντέλειος ὡς θεὸς, ἐν ἁδρότητι μελῶν ὁ ἀσώματος· πληροῦται σοφίας, αὐτὸς ὢν ἡ πᾶσα σοφία· καὶ τί πρὸς τοῦτο φαμέν; ὅρα διὰ τούτων τὸν ἐν μορφῇ τοῦ πατρὸς ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς, τὸν πλούσιον ἐν πτωχείᾳ, ἐν ταπεινώσει τὸν ὑψηλὸν, τὸν τὸ πλῆρες ἔχοντα θεϊκῶς, ἐν τῷ λέγεσθαι λαβεῖν· οὕτω κεκένωκεν ἑαυτὸν θεὸς ὢν ὁ λόγος· τὰ γὰρ ἀνθρωπίνως περὶ αὐτοῦ γεγραμμένα, τὸν τῆς κενώσεως διαδείκνυσι τρόπον· οὐ γάρ ἐστι τῶν ἐνδεχομένων εἰς ἰδίαν φύσιν ὑποστῆναί τι τοιοῦτον, τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς φύντα λόγον· ἀλλ' ὅτε γέγονε σὰρξ

bit Paulus, « Iudaeis quidem scandalum est crux, gentibus autem stultitia. » Et rursus: « crucis doctrina, pereuntibus quidem stultitia est; iis autem qui salvi fiunt, virtus Dei ad salutem. Propterea in signum contradictionis Dominus est.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.

Ut rem paucis expediamus, romphaeâ heic denotari dicimus, ceu gladio quodam, tentationem; vel etiam passionem ipsam abs Iudaeorum vesania Emmanuheli inlatam. Atque ita videtur intelligere ac dicere iustus Simeon. Gladius enim propemodum sanctam Virginem transfigebat, dum cruci fixum videret, quem ipsa in carne genuerat. Simile quid dicitur etiam a Zacharia: « romphaea exsurge adversus pastorem meum » id est salutaris demum perficiatur passio, et ostensionis bonorum tempus adveniat.

Puer autem crescebat etc.

Cum dicitur puer crescere, et spiritu roborari, sapientia repletus, et Dei gratia exornatus; haec de humana natura dici credendum est. Tu vero mihi specta dispensationis altitudinem. Humanum sustinet partum, quamquam initio ac tempore divinitus Verbum careat: qui est perfectissimus, utpote Deus, crescit corpore; ac maturitate membrorum, incorporeus: repletur sapientia ille, in quo omnis sapientia est. Quid ad haec dicimus? Cognosce ex his, illum qui in forma patris erat, factum similem nobis; divitem, in inopia; excelsum, in humilitate; eum qui plenus divinitus est, dici nihilominus accipere. Adeo semet ipsum exinanivit Deus Verbum! Nam quae humanitus de eo scripta sunt, exinanitionis modum demonstrant. Neque enim fieri poterat, ut quicquam huiusmodi in propria natura pateretur genitum ex patre Verbum.

(1) In codice B. f. 31. additur καὶ ἀμφιγνοοῦσα εἴ γε καὶ θανάτου κρατήσει θανατωθείς; quam particulam de B. Virginis dubitatione circa futuram filii sui resurrectionem cum nec ceteri codices in Cyrillo habeant, nec pietas christiana admittat, haud immerito praetermisimus; quamquam eadem legitur sub finem praedictae homiliae in hypapanten. Qua super re loquitur Combefisius Auctar. T. I. in adn. ad Gregorii antiocheni orationem p. 849. Adi etiam Petavium in re simili copiosius disserentem, tract. de incarn. lib. XIV. cap. 1.

Sed cum caro factum est, id est homo aeque ac nos, tunc carnaliter a muliere paritur, et quae humanae sunt conditionis perpeti dicitur. Profecto Deus Verbum poterat, cum perfecti viri mensura, suam ex utero sine ulla mora carnem educere: verumtamen ea res a portento non abfuisset. Quamobrem humanitatis moribus atque legibus in suam quoque carnem potestatem dedit. Sic etiam dici puta profecisse eum sapientia, non quod sapientiae incrementum acceperit, quia Deus omni re absolutissimus esse reputatur, et nullius Deo dignarum qualitatum indigus; sed quia Deus Verbum una cum corporis aetate manifestationem sapientiae paulatim dilatabat.

ἤγουν ἄνθρωπος καθ' ἡμᾶς, τότε τίκτεται μὲν ἐκ γυναικὸς κατὰ σάρκα, λέγεται δὲ καὶ ὑπομεῖναι τὰ ἀνθρώπινα· ἦν μὲν γὰρ ἱκανὸς Θεὸς ὢν ὁ λόγος, εἰς μέτρον ἀνδρὸς τελείου, καὶ ἐκ μήτρας εὐθὺς τὴν ἰδίαν ἀναβιβάσαι σάρκα· ἀλλ' ἦν οὐ μακρὰν τερατοποιίας τὸ δρώμενον· διὰ τοῦτο τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος ἔθεσί τε καὶ νόμοις, τὸ κρατεῖν ἐδίδου καὶ ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ σαρκός· οὕτω καὶ ἐν σοφίᾳ προκόπτειν ἂν λέγοιτο, οὐ προσθήκην σοφίας δεχόμενος καθ' ὃ νοεῖται Θεὸς ὁ ἐν πᾶσι παντέλειος, καὶ ἀπροσδεὴς εἰσάπαν τῶν θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων, ἀλλὰ τοῦ Θεοῦ λόγου τῇ τοῦ σώματος ἡλικίᾳ συνεκτείνοντος κατὰ βραχὺ τῆς σοφίας τὴν ἔκφανσιν.

Crescit corpus quidem aetate, sapientia vero animus: etenim deitas neutrum incrementum admittit: nam usquequaque perfectissimum Dei Verbum erat. Congrue porro copulavit corporis incremento, sapientiae augmentum: nam pro modulo corporalis aetatis, suam divina natura patefaciebat sapientiam.

Προκόπτει δὲ ἡλικίᾳ μὲν σῶμα, σοφίᾳ A. f. 42. b. H. f. 124. b.
δὲ ψυχή (1)· θεότης γὰρ οὐδετέραν ἐπίδοσιν ἐπιδέχεται· παντέλειος γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· εἰκότως δὲ συνέζευξε τῇ τῆς ἡλικίας αὐξήσει, τὴν τῆς σοφίας ἐπίδοσιν· πρὸς γὰρ τὸ μέτρον τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας, ἀπεκάλυπτεν ἡ θεία φύσις τὴν οἰκείαν σοφίαν.

Et cum annos duodecim natus esset, ascendentibus illis Hierosolymam secundum consuetudinem diei festi.

Καὶ ὅτε ἐγένετο ἐτῶν δώδεκα, ἀναβάντων αὐτῶν εἰς v. 42.
Ἱεροσόλυμα κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς.

Evangelista qui dixit profecisse Iesum sapientia et gratia apud Deum et homines, verax ostendit dictum suum. Defert enim illum Hierosolymam cum sancta Virgine, festo illuc invitante tempore. Deinde ait ipsum illic substitisse, et mox inventum in templo inter doctores sedentem, rogantemque vicissim ac respondentem quae in lege olim erant praescripta. Denique ait cunctos interrogationes eius atque responsa fuisse admiratos. Vides quomodo sapientiâ et gratiâ profecerit, nempe quia multis talis innotuit.

Εἰπὼν ὁ εὐαγγελιστής, ὅτι προέκοπτεν A. f. 45. B. f. 32. C. f. 110. E. f. 109 H. f. 132. b.
ὁ Ἰησοῦς ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, δείκνυσι τὸν ἑαυτοῦ λόγον ἀληθῆ· ἀποφέρει γὰρ αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλήμ, ἅμα τῇ ἁγίᾳ παρθένῳ, ἑορτῆς καλούσης εἰς τοῦτο· εἶτα φησὶν ἀπομεῖναι μὲν αὐτόν, εὑρεθῆναι δὲ μετὰ ταῦτα ἐν τῷ ἱερῷ μεταξὺ τῶν διδασκάλων καθήμενον, ἐρωτῶντά τε καὶ ἀποκρινόμενον, δῆλον δὲ ὅτι τὰ πάλαι τῷ νόμῳ διηγορευμένα· εἶτα θαυμαζόμενον ἐπὶ ταῖς ἐρωτήσεσιν ὑπὸ πάντων, καὶ ταῖς ἀπολογίαις· ὁρᾷς ἐν σοφίᾳ καὶ χάριτι προκόπτοντα διὰ τοῦ γινώσκεσθαι πολλοῖς ὅτι τοιοῦτος ἐστίν.

Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te.

Ὁ πατήρ μου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε. v. 48.

Profecto sciebat mater eius, haud esse ipsum Iosephi filium; nihilominus ob vitandas Iudaeorum suspiciones, ita ait. Iam

Ἤδει μὲν γὰρ ἡ μήτηρ αὐτοῦ μὴ τέ- B. f. 33.
κνον εἶναι αὐτὸν τοῦ Ἰωσήφ· ἀλλὰ διὰ τὴν ὑποψίαν τῶν Ἰουδαίων τοῦτο φησί· καὶ ἐπειδὴ

(1) De eo, quod sapientiâ Christus profecisse dicitur, legendus est Petavius de incarn. lib. XI. cap. 2, qui rem plenissime edisserit. Et quidem etiam noster Cyrillus communem sententiam sequitur, quod nempe pro aetatis incremento, maioris sapientiae externa indicia fecerit.

εἶπεν, ὅτι ὁ πατήρ σου κἀγὼ ὀδυνώμενοι ἐζητοῦμέν σε, ὁ σωτὴρ πρὸς τοῦτο λέγει·

v. 49. Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναι με;

A. f. 45. b. E. f. 110. b. H. f. 134. Ἐνταῦθα οὖν πρώτως τοῦ ἀληθῶς πατρὸς φανερώτερον μνημονεύει, καὶ παραγυμνοῖ τὴν ἑαυτοῦ θεότητα· ἐπειδὴ γὰρ ἔφασκεν ἡ ἁγία παρθένος· τέκνον, τί ἐποίησας ἡμῖν οὕτως; τότε δὴ τότε τῶν ἀνθρωπίνων ἐπέκεινα μείζων ἑαυτὸν ὄντα δεικνὺς, καὶ διδάσκων ὅτι γέγονε μὲν ὑπουργὸς τῆς οἰκονομίας αὐτὴ τεκοῦσα τὴν σάρκα, φύσει δὲ καὶ ἀληθείᾳ θεὸς ἦν, καὶ υἱὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς ὄντος πατρὸς, φησίν· οὐκ ᾔδειτε κ. τ. λ. —

A. f. 45. b. E. f. 110. b. H. f. 134. Ἐνταῦθα οἱ ἀπὸ Οὐαλεντίνου ἀκούοντες, ὅτι θεοῦ ἦν ὁ ναὸς, καὶ νῦν ἐν ἰδίοις ὁ Χριστὸς, ὁ καὶ πάλαι διὰ τοῦ νόμου γραφόμενος, ὁ ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις μορφούμενος, αἰδείσθωσαν λέγοντες, ὅτι οὐχ ὁ δημιουργὸς, οὐδὲ ὁ θεὸς τοῦ νόμου, οὐδὲ ὁ θεὸς τοῦ ναοῦ, οὗτός ἐστιν ὁ πατὴρ τοῦ Χριστοῦ (1).

v. 52. Καὶ Ἰησοῦς προέκοπτε σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι παρὰ θεῷ καὶ ἀνθρώποις.

A. f. 46. B. f. 33. b. E. f. 112. H. f. 136. b. Φησὶν ὁ εὐαγγελιστὴς Ἰωάννης· καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας, ποῖ ποτε προκόψει τὸ πλῆρες; ἢ ποίαν ὅλως ἐπιδέξεται προσθήκην, οὗ ἐπέκεινα μηδέν; οὐκοῦν οὐ καθ᾽ ὃ λόγος ἐστὶ καὶ θεὸς προκόπτειν εἴρηται, ἀλλ᾽ ὅτι μειζόνως ἀεὶ θαυμαζόμενος, χαριέστερος παρὰ τοῖς ὁρῶσι διὰ τῶν ἀποτελεσμάτων ἀπεδείκνυτο, προκοπτούσης ὡς ἔστι μᾶλλον εἰπεῖν ἀληθέστερον τῆς τῶν θαυμάτων ἕξεως ἐν ταῖς τῶν ὁρώντων διανοίαις, ἤπερ αὐτοῦ τοῦ τελείου πρὸς χάριν ὡς θεοῦ· σκόπει δὲ ὡς τὸ ἔν τινι προκόπτον, ἕτερόν ἐστι παρ᾽ ἐκεῖνο ἐν ᾧ προκόπτειν λέγεται· εἰ τοίνυν ἐν σοφίᾳ προκόπτειν εἴρηται, οὐχ ἡ σοφία προέκο-

quum dixisset: pater tuus et ego dolentes quaerebamus te, respondit Servator:

Nesciebatis quia in his quae patris mei sunt, oportet me esse?

Heic primum veri patris manifestius mentionem infert, suamque detegit deitatem. Nam quum sancta Virgo dixisset: fili, cur fecisti nobis sic? tunc demum supra humanam mensuram se esse demonstrans, matremque carnalem suam dispensationis quidem esse ministram docens, se tamen suapte natura Deum, patrisque caelestis filium, ait: nesciebatis etc. – Heic Valentini adseclae audientes et Dei esse templum, et quod Christus nunc in propriis est, qui et olim a lege descriptus erat, et tamquam umbris ac typis figuratus, pudore adficiantur dum aiunt, quod neque creator, neque Deus legis, neque Deus templi, ipse est Christi pater.

Et Iesus proficiebat sapientia et aetate ac gratia apud Deum et homines.

Ait evangelista Iohannes: et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre, plenum gratiae et veritatis. Si ergo gratiae ac veritatis plenus, quomodo proficiet quod plenum est? vel quam omnino additionem recipiet, id quo maius nihil est? Non ergo quatenus Verbum Deusque est, proficere dictus est, sed quia maiorem semper admirationem sui commovens, gratiosior cernentibus ob actus suos videbatur: progrediente magis, ut verius dicendum est, prodigiorum in spectatorum mentibus conceptu, quam ipsomet Iesu ad gratiam crescente, qui perfectus erat utpote Deus. Porro observa, illud quod in re aliqua proficit, diversum esse ab ea re in qua proficere dicitur. Si ergo in sapientia profecit,

(1) Hoc posterius fragmentum in cod. dicitur ex Cyrillo et Origene. Origenis autem locus pertinet ad eius homiliam XVIII. in Lucam sub finem, quae latine, S. Hieronymo interprete, extat in ed. Maur. T. III. Verumtamen sententia potius, quam verba, consentit. Nam ne Valentini quidem nomen ibi scribitur, quod tamen non reticetur in fragmento graeco apud Gallandium Biblioth. T. XIV. Append. p. 89. Ceteroqui S. Thomas in catena aurea tribuit hoc fragmentum uni Cyrillo sic. « Cyrillus. Hoc igitur dicit ostendens » se mensuram humanam transcendere, et innuens quod sacra Virgo effecta sit ministra negotii (οἰκονομίας) » cum peperit carnem. Ipse vero naturaliter et vere Deus erat, et filius patris excelsi. Hinc autem Valen- » tini sequaces *etc.* »

haud ipsa sapientia (id est Verbum, patris sapientia) profecit, sed humana natura incrementum sapientiae habuit. Quum enim se revelaret quotidie ac manifestaret in ipso deitas, admirabilior spectantibus semper fiebat. Et animadverte non dixisse: Verbum proficiebat, sed Iesus; ne forte de solo cogitares Verbo: sed quia Verbum caro factum est, ideo proficere dicitur, postquam proficiendi facultatem adquisivit, id est humanitatem. Est itaque humanitatis proprium, deque ea recte praedicatur vocabulum « proficiebat. » Sic enim singulae dictiones in ordine suo manebunt; nec ea quae solum Verbum decent ad humanitatem deprimentur; neque humanae qualitates, ad deitatis vocabula sese attollent.

πτεν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τὸ ἀνθρώπινον· ἀποκαλυπτομένης γὰρ καὶ φανερουμένης ὁσημέραι τῆς θεότητος ἐν αὐτῷ, ἀεὶ θαυμαστότερος παρὰ τοῖς ὁρῶσιν ἐγίνετο· καὶ ἐπιτήρει ὡς οὐκ εἶπεν ὁ λόγος δὲ προέκοπτεν, ἀλλ' ὁ Ἰησοῦς, ἵνα μὴ γυμνὸν νοήσῃς τὸν λόγον· ἀλλ' ὅτι γέγονε σὰρξ, καὶ προκόπτειν λέγεται, ὅτε τὸ προκόπτειν πεφυκὸς ἀνεδέξατο, τουτέστι τὸ ἀνθρώπινον· τῆς οὖν ἀνθρωπότητος ἂν εἴη, καὶ κατὰ ταύτης ἂν φέροιτο εὐλόγως τὸ προέκοπτεν· οὕτω γὰρ ἕκαστον τῶν λεγομένων ἐν τῇ οἰκείᾳ τάξει κείσεται, οὔτε τῶν ὅσα πρέπει γυμνῷ τῷ λόγῳ καταφερομένων εἰς τὸ ἀνθρώπινον, οὔτε μὲν τῶν ἀνθρωπίνων ἀναβαινόντων εἰς τὸν τῆς θεότητος λόγον.

Cap. III.

Sicut scriptum est in libro sermonum Isaiae prophetae.

Non ignoravit beatus Isaias propheta praedicationis Iohannis scopum, sed antiquitus multoque ante tempore testimonium praebens, Christum quidem dominum appellavit ac Deum; Iohannem vero ministrum ac famulum nominavit: quodque lampas esset, verae lucis praevia; lucifer solis nuntius, diei quae nos illuminatura est adventum significans. Vox erat, non tamen verbum, ante Iesum decurrens; sicuti reapse verbo vox praecurrit.

Parate vias Domini, rectas facite semitas eius.

Delectus ad apostolatum, postremusque sanctorum prophetarum Iohannes fuit. Quamobrem ceu si nondum Dominus adesset, parate inquit vias Domini, id est componite vos ad recipiendum quicquid Christo constituere visum fuerit. Avertite corda ab umbra legis, typos omittite, a distortis consiliis desinite. Simul tamen et praesentem (Dominum) ostendit dicens: ecce agnus

ΚΕΦ. Γ'.

Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ λόγων Ἡσαΐου τοῦ προφήτου. v. 4.

Οὐκ ἠγνόησεν ὁ μακάριος Ἡσαΐας * A. f. 49. H. f. 145. b. * Is. XL. 3.
τῶν Ἰωάννου κηρυγμάτων τὸν σκοπὸν, ἀλλ' ἄνωθεν καὶ πρὸ πολλοῦ τοῦ χρόνου μαρτυρῶν, τὸν μὲν Χριστὸν, κύριον ἐκάλεσε καὶ θεόν· τὸν δὲ Ἰωάννην, διάκονον αὐτοῦ καὶ ὑπηρέτην ὠνόμαζε· καὶ ὅτι λύχνος ἦν, τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ προεισβεβηκὼς, ἑωσφόρος ἡλίου προάγγελος, τῆς μελλούσης ἐφ' ἡμᾶς διαυγάζειν ἡμέρας κατασημαίνων τὴν ἄφιξιν· καὶ ὅτι φωνὴ ἦν, οὐ λόγος προτρέχων τοῦ Ἰησοῦ, ὡς φωνὴ τοῦ λόγου (1).

Ἑτοιμάσατε τὰς ὁδοὺς κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. v. 4.

Ἀπόλεκτος εἰς ἀποστολὴν καὶ τέλος ἦν A. f. 49.
προφητῶν ἁγίων ὁ Ἰωάννης· ὅθεν ὡς μὲν E. f. 143. b.
οὔπω παρόντος κυρίου, τὸ ἑτοιμάσατε φησὶ F. f. 776.
τὴν ὁδὸν κυρίου· τουτέστιν εὐτρεπίσθητε πρὸς H. f. 145. b.
παραδοχὴν ὧν ἂν βούλοιτο νομοθετεῖν ὁ Χριστός· ἀποστήσατε τὰς καρδίας τῆς τοῦ νόμου σκιᾶς· καταλήξατε τῶν τύπων· παύσασθε τοῦ φρονεῖν τὰ διεστραμμένα· κατέδειξε δὲ καὶ παρόντα, λέγων· ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ θεοῦ, ὁ αἴ-

(1) Hoc fragmentum in codd. A. et H. dicitur ex Chrysostomo et ex Cyrilli homilia. Habet etiam latine Corderius ex Cyrillo et Basilio, ut ait; sed reapse is permiscet Basilium cum Cyrillo. Nam Basilius distinguitur in nostro codice, occupatque partem ultimam, et a nostra diversam, corderiani fragmenti. Perperam etiam Corderius ait *lux Verbi* pro *vox* etc.

A. f. 49. E. f. 143. b. F. f. 776. H. f. 145. b.

ρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. – Τί δὲ βούλεται τὸ, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν; εὐθεῖα μὲν, πᾶσα λεία τε καὶ εὐχερὴς, ἡ πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἀποφέρουσα τρίβος· διεστραμμένη γε μὴν ἡ ἑτέρα, τουτέστιν ἡ εἰς φαυλότητα κατασύρουσα τοὺς δι' αὐτῆς ἐρχομένους· γέγραπται γὰρ περὶ τῶν τοιούτων, ὧν αἱ τρίβοι σκολιαὶ, καὶ καμπύλαι αἱ τρο-
* Prov. II. 15. χιαὶ αὐτῶν· * οὐκοῦν ἡ τῆς διανοίας εὐθύτης, ὀρθή τις ὥσπερ ἐστὶν ὁδὸς, οὐκ ἔχουσα τὸ διεστραμμένον· τοιοῦτος ἦν ὁ θεσπέσιος ψαλ-
* Ps. C. 3. μῳδὸς, ψάλλων τε καὶ λέγων· * οὐκ ἐκολλήθη μοι καρδία σκαμβή. Καὶ ὁ μὲν τοῦ
* Ios. XXIV. 23. Ναυῆ Ἰησοῦς παραγγέλλων ἔλεγε τῷ λαῷ· * εὐθύνατε τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς τὸν Θεὸν Ἰσραήλ· ὁ δὲ Ἰωάννης, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους ὑμῶν· τοῦτο δέ ἐστι, τὸ εὐθεῖαν εἶναι τὴν ψυχὴν, τὸ κατὰ φύσιν νοερὸν αὐτῆς ὡς ἐκτίσθη δεικνύουσαν· ἐκτίσθη δὲ καλὴ καὶ λίαν εὐθής· ὅταν δὲ ἐκκλίνῃ καὶ ἐν διαστροφῇ τοῦ κατὰ φύσιν γένηται, τοῦτο κακία καὶ διαστροφὴ ψυχῆς λέγεται· οὐκοῦν οὐκ ἔστιν δυσχερὲς τὸ πρᾶγμα· ἐὰν γὰρ μείνωμεν ὡς γεγόναμεν, ἐν τῇ ἀρετῇ ἐσμέν.

A. f. 49. E. f. 144. F. f. 776. b. H. f. 146.

Ἀλλ' ὥσπερ τινὸς ἀνταναφωνοῦντος καὶ λέγοντος, πῶς ἑτοιμάσομεν τὴν ὁδὸν κυρίου, ἢ πῶς εὐθείας αὐτοῦ τὰς τρίβους ποιήσομεν; πολλὰ γάρ ἐστι τὰ μεταξὺ παρεμποδῶν τοῖς εὖ βιοῦν ἐθέλουσιν, ὁ μισόκαλος σατανᾶς, τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἡ ἀνοσία πληθὺς, αὐτὸς τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος ὁ ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἀνθοπλιζόμενος ταῖς εἰς τὸ ἀγαθὸν τοῦ νοῦ ῥοπαῖς· πολλὰ δὲ πρὸς τούτοις ἕτερα πάθη, τῆς τοῦ ἀνθρώπου διανοίας κατακρατεῖ· τί οὖν ἄρα δράσομεν, τοσαύτης δυσχερείας κειμένης; πρὸς ταῦτα τῆς προφητείας ὁ λόγος ὑπαντᾷ λέγων· πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται ἡ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας· καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ. Εἰσὶ μὲν γὰρ λεωφόροι τινὲς ἢ καὶ τρίβοι, βάσιμοι μὲν ἥκιστά γε, τραχεῖαι δὲ οὕτως, ὡς πῆ μὲν ἀνίστασθαι πρὸς ὄρη τε καὶ βουνοὺς, πῆ δὲ καταφέρεσθαι καὶ εἰς κρημνοὺς ἀποφέρεσθαι· αἱ δὲ τοιαῦται τῶν ὁδῶν ὡς ἐν ὕψει τε καὶ βά-

Dei qui mundi peccatum tollit. – Quid autem sibi vult, rectas facite semitas Dei nostri? Recta quidem et laevis facilisque illa est quae ad bonum defert semita: distorta autem altera, id est quae ad pravitatem deducit incedentes per ipsam. De his enim scriptum est: quorum viae perversae sunt, et obliquae semitae ipsorum. Ergo mentis aequitas, recta veluti via est, nihil distortum habens. Huiuscemodi erat divus psalmista, dum caneret dicens: non adhaesit mihi cor perversum. Iesus quoque Navi filius populo aiebat: dirigite corda vestra ad Deum Israhelis. Iohannes vero, rectas facite inquit vias vestras. In hoc autem consistit status animae rectus, ut naturalem suum intellectum, prout condita fuit, prae se ferat. Nam pulchra quidem et recta apprime creata fuit. Cum autem naturam propriam perverterit, haec improbitas et distorsio animae dicitur. Non est difficile admodum negotium: nam si ut creati fuimus manserimus, media in virtute versamur.

Sed tamquam aliquis reclamaret ac diceret: quomodo parabimus viam Domini? quomodo rectas faciemus semitas eius? Multa enim impedimenta occurrunt bene vivere volentibus, nempe osor virtutis Satanas, malorum spirituum impia turba, ipsa lex peccati quae in carneis membris menti ad bonum nitenti obsistit; multae aliae insuper perturbationes humano cogitatui imperant; quid ergo agemus, tanta obiecta difficultate? His propheticus sermo occurrit dicens: omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur: et erit distorta in viam rectam, et aspera in planam; et videbit omnis caro salutare Dei. Sunt enim viae nonnullae vel etiam semitae, minime quidem gradibiles, immo tam asperae, ut modo saliant in montes aut tumulos, modo deorsum vergant atque in praecipitia ferantur. Huiusmodi certe viae sus deque tendentes difficile iter efficiunt. Quod si in his demum exaequentur celsa et ardua,

expleantur autem cava et profunda, tunc in recta vertentur distorta, et in nitidos campos, ac veluti supinam viam habentes, loci asperi et praerupti transformabuntur. Hoc spiritaliter accidit per Servatoris nostri vires. Olim quippe difficilis erat evangelicae vitae morumque via, quia omnium mentes mundanis cupiditatibus occupabantur. Postquam vero universalis Deus factus homo destruxit in carne peccatum, plana omnia facta sunt et gradibilia. Nihil arduum nihil praeceps bene volentibus agere occurrit, sed distorta omnia in rectum conversa tramitem sunt. Ipse enim Christus facilem nobis pronamque ostendit ad pietatem viam, nihil habentem arduum aut depressum in praeceps, quae antea fuerat aspera atque difficilis. Unde omnia distorta fiunt recta, ut alicubi ait similiter Isaias propheta: « via piorum recta facta est, et parata via iustorum. » Sublata enim de medio est daemonum turba; diabolus ipse una cum illis debellatus fuit: mortificata quoque peccati lex: cunctas denique nostras Servator sanat infirmitates.

Et videbit omnis caro salutare Dei.

Vidit autem omnis caro salutare Dei, id est patris, qui Servatorem ad nos filium misit. Heic vero caro generaliter homo intelligendus est, immo universum hominum genus existimandum. Sic enim videbit omnis caro salutare Dei; non solus, inquam, Israhel, sed caro universa. Namque omnium Servator ac dominus haud definitam habet clementiam, neque unam salvavit gentem, sed universum orbem in suam ditionem redegit, et obtenebratos illuminavit. Atque hoc scilicet a psalmistae lyra celebrabatur: « omnes gentes quascumque fecisti, venient et adorabunt coram te, Domine. » Servataeque simul sunt Israhelis reliquiae; quod ipsum pariter magnus prae-

θεν, δυσπόρευτοι λίαν εἰσίν· εἰ δὲ δὴ γένοιτό πως ὑφιζῆσαι μὲν τὰ ὕψη καὶ ἀνάντη, ἀνεμπίμπλασθαι δὲ τὰ ἐν κοίλῳ καὶ βάθει, τότε δὴ εἰς εὐθεῖαν ἔσται τὰ σκολιά, καὶ εἰς ψιλὰ πεδία καὶ οἷον ὑπτίαν ἔχοντα τὴν ὁδὸν τὰ τραχέα τε καὶ φαραγγώδη ποτέ· τοῦτο γέγονε νοητῶς διὰ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἰσχύος· πάλαι μὲν γὰρ δυσπόρευτα ἦν τῆς εὐαγγελικῆς ζωῆς τε καὶ πολιτείας τὰ βάσιμα, διὰ τὸ κρατεῖσθαι τὸν ἁπάντων νοῦν κοσμικαῖς ἐπιθυμίαις (1)· ἐπεὶ δὲ ὁ πάντων θεὸς γεγονὼς ἄνθρωπος κατήργηκεν ἐν τῇ σαρκὶ τὴν ἁμαρτίαν, λεῖα πάντα γέγονε καὶ εὐήλατα· οὐχ ὕψος, οὐ βάθος τοῖς εὐδοκιμεῖν ἐθέλουσιν ἀπαντᾷ, ἀλλὰ πάντα τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν μετεποιήθη τρίβον· αὐτὸς γὰρ λείαν ἡμῖν καὶ εὐδρομωτάτην ἀπέφηνε τὴν εἰς εὐσέβειαν ὁδόν, οὐδὲν ἔχουσαν τὸ ἄναντες ἢ τὸ κοῖλον καὶ κάτω, δι' ἃ τραχεῖα ποτὲ καὶ δυσπόρευτος ἦν· πάντα γὰρ τὰ σκολιὰ γέγονεν εὐθεῖα, ὥς αὐτός που πάλιν ὁ προφήτης φησὶν Ἡσαΐας· * ὁδὸς * Is. XXVI. 7.
εὐσεβῶν εὐθεῖα ἐγένετο, καὶ παρεσκευασμένη ἡ ὁδὸς τῶν δικαίων· ἐκ μέσου μὲν γὰρ ἡ τῶν δαιμόνων ἀπηλάθη πληθύς· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ διάβολος κατηργήθη σὺν ἐκείνοις· νενέκρωται δὲ καὶ τῆς ἁμαρτίας ὁ νόμος, καὶ πάσας ἡμῶν ὁ σωτὴρ ἰᾶται τὰς νόσους.

Καὶ ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ. v. 6.

Τεθέαται δὲ πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ A. f. 49. b. E. f. 145. b. F. f. 777. b. H. f. 147. b.
θεοῦ, δηλονότι τοῦ πατρός· σωτῆρα γὰρ ἡμῖν πέπομφε τὸν υἱόν· σάρκα δὲ ἐν τούτοις ὁλοκλήρως τὸν ἄνθρωπον νοητέον, καὶ πᾶν τὸ ἀνθρώπειον γένος ὑποληπτέον. — Οὕτω γὰρ A. f. 50. E. f. 146. F. f. 779. H. f. 149.
ὄψεται πᾶσα σὰρξ τὸ σωτήριον τοῦ θεοῦ· οὐκέτι μόνος ὁ Ἰσραήλ, ἀλλὰ πᾶσα σάρξ· ὁ γὰρ τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ κύριος, οὐ συνεσταλμένην ἔχει τὴν ἡμερότητα, οὔτε μὴν ἓν διέσωσεν ἔθνος, σεσαγήνευκε δὲ μᾶλλον τὴν ὑπ' οὐρανόν, ἐφώτισε τοὺς ἐσκοτισμένους· καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος λύρας ὑμνούμενον· * πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίη- * Ps. LXXXV. 9.
σας, ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου κύριε· σέσωσται δὲ ὁμοῦ τὸ κατάλειμμα τοῦ ἐξ Ἰσραήλ, ὡς καὶ τοῦτο πάλαι προανεφώ-

(1) Paria fere his dicuntur a Cyrillo, sed diversis verbis, in commentario ad Isaiam ed. Aub. T. II. p. 550.

* Deut. XXXII. 43. γηκεν ὁ μέγας Μωϋσῆς, οὕτω λέγων· * εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ.

dixerat Moyses ita inquiens: « laetamini gentes cum populo eius. »

v. 7. Ἔλεγεν οὖν τοῖς ἐκπορευομένοις ὄχλοις ὁ βαπτιστὴς κ. τ. λ.

Dicebat ergo exeuntibus ad se turbis Baptista etc.

A. f. 51. E. f. 148. b. F. f. 780. b. H. f. 151. Καὶ νῦν δὲ πνεύματος ἁγίου μεμεστωμένος, ὁ μακάριος βαπτιστὴς, οὐκ ἠγνόησε τῆς Ἰουδαίων δυστροπίας τὰ κατὰ Χριστοῦ τολμήματα· προέγνω γὰρ, ὅτι καὶ ἀπιστήσουσιν αὐτῷ, καὶ τὴν ἰοβόλον αὐτῶν κινήσαντες γλῶτταν λοιδορίας βαλοῦσι· πρὸς ἐκεῖνα τοίνυν βλέπων, ἐλέγχει αὐτοὺς, ὅτι καί τοι νόμον ἔχοντες λαλοῦντα τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ προαγορεύσεις προφητῶν ἀποφερούσας εἰς τοῦτο, νωθροὶ γεγόνασι ταῖς ἀκοαῖς, καὶ ὀκνηροὶ πρὸς πίστιν τὴν ἐπί γε τῷ πάντων σωτῆρι Χριστῷ· τίς γὰρ ὑμῖν ὑπέδειξε φυγεῖν ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς; ἆρ᾽ οὐχ ἡ θεόπνευστος γραφὴ τοὺς μὲν εἰς Χριστὸν πιστεύσαντας, μακαρίους εἶναι λέγουσα, τούς γε μὴν ἀπίστους καὶ ἀμαθεῖς, σκληραῖς καὶ ἀφύκτων ὑποπεσεῖσθαι δίκαις προαπαγγέλλουσα.

Nunc quidem Spiritu sancto plenus beatus Baptista, non ignorabat futuros iudaicae improbitatis adversus Christum ausus. Etenim providebat, fidem ei denegaturos, et venenatam linguam moventes convicium ei facturos. Haec itaque spectans, reprehendit illos, quod etsi legem haberent sacramentum Christi praedicantem, et suadentia hoc ipsum prophetarum vaticinia, stupidis auribus fuerunt, et ad credendum servatori omnium Christo segnes. Quis enim vos docuit fugere a ventura ira? Nonne inspirata divinitus scriptura, quae credentes Christo beatos esse ait; incredulos autem et indisciplinatos, duris et inevitabilibus obnoxios fore poenis praedicit?

v. 8. Ποιήσατε οὖν καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας.

Facite ergo fructus dignos paenitentiae.

A. f. 51. b. E. f. 150. F. f. 781. H. f. 153. Ἔτι, καρπὸς μετανοίας, προηγουμένως μὲν, ἡ εἰς Χριστὸν πίστις· πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ ἡ εὐαγγελικὴ πολιτεία· καὶ ἁπλῶς τὰ ἀντικείμενα τῇ ἁμαρτίᾳ ἔργα τῆς δικαιοσύνης, ἅπερ ὁ μετανοῶν καρποφορεῖν ὀφείλει ἄξια τῆς μετανοίας· ἐπήγαγε δέ· “ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς· πατέρα ἔχομεν Ἀβραάμ· λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι δύναται ὁ θεὸς ἐκ τῶν λίθων τούτων ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ. ”

E. f. 150. b. F. f. 781. b. Ὁρᾷς ὅπως εὐτεχνέστατα λίαν τὴν ἀσύνετον αὐτῶν ὀφρῦν καταφέρει, καὶ ἀσυντελὲς εἰς ὄνησιν αὐτοῖς φαίνει τὸ, ἐξ Ἀβραὰμ γενέσθαι κατὰ τὴν σάρκα; τί γὰρ ἡ σαρκὸς εὐγένεια τοὺς ἔχοντας ὠφελεῖ, εἰ μὴ διὰ τῶν ὁμοίων ἔρχοιντο σπουδασμάτων, καὶ τῆς τῶν τεκόντων ἀρετῆς κατόπιν; εἰ γὰρ τέκνα τοῦ

* Ioh. VIII. 39. Ἀβραὰμ ἦτε, φησὶ πρὸς αὐτοὺς ὁ σωτὴρ *, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν· τὴν ἐν ἤθει καὶ τρόποις συγγένειαν ζητεῖ ὁ θεός· μάταιον οὖν τὸ προγόνοις ἐπαυχεῖν ἁγίοις καὶ ἀγαθοῖς, ἀπολιμπάνεσθαι δὲ μακρὰν τῆς ἐκείνων

A. f. 52. E. f. 151. b. F. f. 783. H. f. 155. ἀρετῆς. — Ἀλλ᾽ εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει, φησὶν ὁ ἰουδαῖος, πῶς ἔτι τὸ σπέρμα Ἀβραὰμ πληθύνεται, καὶ ἡ πρὸς αὐτὸν τοῦ θεοῦ ἐπαγ-

Paenitentiae fructus praecipuus est fides in Christum; insuper evangelicae vitae ratio; atque omnino cuncta, quaecumque sunt peccato contraria, iustitiae opera: quae paenitentes fructificare debent resipiscentiae suae convenientia. Addit etiam: « et ne coeperitis dicere, patrem habemus Abrahamum; dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahamo. » Viden quomodo sagacissime stultum illorum supercilium deprimit, inutilemque ipsis fore demonstrat carnalem ex Abrahamo nativitatem? Nam carnis nobilitas, quid eam habentibus prosit, nisi hi paribus moribus parique ac parentes virtute fuerint? Si quidem Abrahami filii essetis, aiebat illis Servator, opera utique Abrahami peragеretis. Morum vitaeque adfinitatem postulat Deus. Stultum est bonis sanctisque parentibus gloriari, et ab illorum virtute longe fieri. — Quod si haec ita se habent, ait iudaeus, quomodo semen Abrahae adhuc multiplicatur? Quomodo Dei ad illum promissio manebit quae ait, fore ut

illius semen multiplicetur sicut astra caeli? Atqui hoc, o iudaee, per vocationem gentium factum iri nos dicimus. Dictum enim Abrahamo fuit: in Isaaco vocabitur tibi semen, multarumque gentium patrem te constitui. Nam dictio « in Isaaco » denotat « secundum promissionem. » Ergo multarum gentium constitutus est pater, videlicet Christo credentium. De quibus alicubi voce Ezechielis Deus dixit: et auferam cor lapideum de carne eorum, daboque eis cor carneum, ut me cognoscant, et quia ego sum Dominus. – Ut autem magis adhuc audientibus prosit, beatus Baptista aliud addit:

Iam enim securis ad arborum radicem posita est.

Vel securim hoc loco appellat acutissimam iram, quam Deus pater Iudaeis intulit, propter ipsorum adversus Christum impietatem. Etenim illis, bipennis instar, impacta ira fuit. Idque nobis Zacharias propheta patefaciebat dicens: « erit planctus Hierusalem sicut planctus malogranati in agro succisi. » Ait pariter ceu civitatem eamdem alloquens Hieremias: « oleam pulchram, bene opaca specie, appellavit Dominus nomen tuum: ad vocem circumcisionis eius accensus est ignis super eam: magna tribulatio super te: inutiles facti sunt rami eius: et Dominus qui plantavit te, locutus est super te mala. » Hunc sensum in evangeliis quoque habere reputabis ficulneae parabolam, quae infructuosa malique generis arbor succisa fuit. Verumtamen non in radice defixam ait securim, sed positam ad radicem, id est prope radicem. Nam rami quidem decisi fuerunt, non tamen radicitus effossa arbor: quippe reliquiae conservatae sunt Israhelis, non ipse funditus periit.

Et interrogabant eum turbae.

Tres hominum ordines introduxit beatus Lucas Iohannem interrogantes, populum, publicanos, tertioque loco milites. Sicut autem sapiens medicus unicuique morbo congruum ac probabile remedium ad-

γελία σωθήσεται, ἡ φάσκουσα πληθύνειν αὐτοῦ τὸ σπέρμα ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ; Διὰ τῆς τῶν ἐθνῶν κλήσεως, ὦ ἰουδαῖε· εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτὸν τὸν Ἀβραάμ, ὅτι ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα· καὶ ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε· δηλοῖ δὲ τὸ ἐν Ἰσαάκ, τὸ κατ' ἐπαγγελίαν· οὐκοῦν πατὴρ τέθειται πολλῶν ἐθνῶν, τῶν διὰ πίστεως δηλονότι τῆς ἐν Χριστῷ· καὶ περὶ αὐτῶν ἔφη που Θεός, καὶ διὰ φωνῆς τοῦ Ἰεζεκιήλ· * καὶ ἐκσπάσω τὴν καρ- * Ezech. XI. 19.
δίαν αὐτῶν τὴν λιθίνην ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτῶν, καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν σαρκίνην τοῦ εἰδέναι αὐτοὺς ἐμέ, ὅτι ἐγώ εἰμι κύριος. — Ἵνα δὲ καὶ A. f. 52. b. H. f. 156.
ἔτι μειζόνως ὠφελῇ τοὺς ἀκροωμένους ὁ μακάριος βαπτιστής, προσεπάγει τί καὶ ἕτερον·

Ἤδη δὲ καὶ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖται. v. 9.

Ἡ ἀξίνην ἐν τούτοις ὀνομάζει τὴν το- A. f. 52. b. H. f. 156.
μωτάτην ὀργήν, ἣν τοῖς Ἰουδαίοις ἐπήνεγκεν ὁ Θεὸς καὶ πατήρ, τῆς εἰς Χριστὸν δυσσεβείας ἕνεκα· ἐπενήνεγκται γὰρ αὐτοῖς ὡς πέλεκυς, ἡ ὀργή· καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας φανερὸν ἐποίει, λέγων· * “ ἔσται * Zach. XII. 11.
ὁ κοπετὸς τῆς Ἱερουσαλὴμ ὡς κοπετὸς ῥοῶνος ἐν πεδίῳ ἐκκοπτομένου· ” ἔφη δὴ καὶ Ἱερεμίας, ὡς πρὸς αὐτήν· * “ ἐλαίαν ὡραίαν * Hier. XI. 16.
εὔσκιον τῷ εἴδει ἐκάλεσε κύριος τὸ ὄνομά σου· εἰς φωνὴν περιτομῆς αὐτῆς ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐτήν· μεγάλη ἡ θλίψις ἐπ' αὐτήν, ἠχρειώθησαν οἱ κλάδοι αὐτῆς, καὶ κύριος τῶν δυνάμεων ὁ καταφυτεύσας σε, ἐλάλησεν δὲ ἐπὶ σὲ κακά· ” εἰς τοῦτο λήψῃ καὶ τὴν ἐν τοῖς εὐαγγελίοις περὶ τῆς συκῆς παραβολήν· οὐκοῦν ὡς ἄκαρπον καὶ οὐκ εὐγενὲς ἔτι φυτόν, ἐξεκόπη παρὰ θεοῦ· πλὴν οὐκ εἰς τὴν ῥίζαν τὴν ἀξίνην τεθεῖσθαι φησίν, ἀλλὰ πρὸς τὴν ῥίζαν, τουτέστιν ἐγγὺς τῆς ῥίζης· ἐξεκόπησαν γὰρ οἱ κλάδοι, καὶ οὐκ ἐκ ῥίζης αὐτῆς ἀνεβοθρεύθη τὸ φυτόν· σέσωσται γὰρ τὸ κατάλειμμα τοῦ Ἰσραήλ, καὶ οὐχ' ὁλόρριζος ἀπόλωλεν.

Καὶ ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι. v. 10.

Τρία τάγματα εἰσήγαγε Λουκᾶς ὁ μα- A. f. 53. H. f. 157. b.
κάριος, πυνθανόμενα τοῦ Ἰωάννου, ὄχλους, τελώνας, στρατιώτας τὸ τρίτον· καθάπερ δέ τις ἐπιστήμων ἰατρὸς ἑκάστῳ τῶν παθῶν τὸ πρόσφορόν τε καὶ εἰκὸς ἐπιφέρει βοήθη-

τεθέαμαι φησὶν ἐλαυνομένους ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ τοὺς ἀκαθάρτους δαίμονας, νοσημάτων πολλῶν ἀπαλλαττομένους ἑτέρους· συνῆκα ὡς θείᾳ τινὶ καὶ ἀμάχῳ χειρὶ τὰ τοιαῦτα γίνεται· ὁρῶ δὲ πρὸς τούτῳ. χρηστὸν ὄντα καὶ ἑτοιμότατον, κατοικτείροντα τοὺς προσιόντας αὐτῷ· τί τοίνυν τὸ κωλῦον ἐλεεῖσθαι κἀμέ; καὶ τί πρὸς ταῦτα Χριστός; βεβαιοῖ ἐν αὐτῷ τὴν πίστιν. καὶ τὴν ἐπ' αὐτῷ δὲ τούτῳ πληροφορίαν ἐργάζεται· δέχεται γὰρ τὴν αἴτησιν, καὶ ὁμολογεῖ τὸ δύνασθαι, καὶ φησί· θέλω, καθαρίσθητι· χαρίζεται δὲ αὐτῷ καὶ ἀφὴν τῆς ἁγίας αὐτοῦ καὶ πανσθενεστάτης χειρὸς, καὶ εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ ἡ λέ-
v. 13. A. f. 84. b. H. f. 200. b. πρα, καὶ τὸ πάθος ἦν ἐκποδών. – Σὺ δέ μοι θαύμασον ἐν τούτοις, θεϊκῶς τε ἅμα καὶ σωματικῶς ἐνεργοῦντα Χριστόν· θεϊκὸν μὲν γὰρ τὸ θέλειν οὕτως, ὡς παρίστασθαι αὐτῷ πάντα ὅσα ἠθέλησεν· ἀνθρώπινον δὲ τὸ ἐκτεῖναι τὴν χεῖρα· εἷς οὖν ἐξ ἀμφοῖν νοεῖται Χριστὸς, εἰ καὶ γέγονε σὰρξ ὁ λόγος (1).

v. 14. Καὶ αὐτὸς παρήγγειλεν αὐτῷ μηδενὶ εἰπεῖν.

A. f. 84. b. B. f. 58. C. f. 115. b. D. f. 18. b. H. f. 201. Ἤρκει μὲν γὰρ καὶ σιωπῶντος αὐτὴ τοῦ πράγματος ἡ φύσις ἀπαγγεῖλαι πᾶσι τοῖς εἰδόσιν αὐτὸν τὴν τοῦ θεραπεύσαντος δύναμιν· αὐτὸς δὲ παραγγέλλει μηδενὶ εἰπεῖν· τί δήποτε; ἵνα μάθωσιν ἐντεῦθεν οἱ τὴν τῶν ἰαμάτων χάριν παρὰ θεοῦ δεχόμενοι, μὴ τὰς παρὰ τῶν θεραπευομένων εὐφημίας αἰτεῖν, μήτε μὴν τοὺς παρά τινων ἐπαίνους, ἵνα μὴ εἰς ὑπεροψίαν ἐκπέσοιεν, τὸ πάντων τῶν κακῶν αἴσχιστον * πάθος. Οἰκονομικῶς δέ φησι προσάξειν τὸ δῶρον τῷ λεπρῷ κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον τοῖς ἱερεῦσιν· ἤθελε μὲν γὰρ ὁμολογουμένως μεταστῆσαι τὴν σκιὰν, καὶ μεταπλάσαι τοὺς τύπους εἰς πνευματικὴν λατρείαν· ἀλλ' ἐπειδὴ μήπω πιστεύσαντες εἰς αὐτὸν Ἰουδαῖοι προσέκειντο ταῖς Μωϋσέως ἐντολαῖς, ὡς ἔτι τῶν ἀρχαίων ἐθῶν ἰσχυόντων, ἐπιτρέπει τῷ λεπρῷ τοῦτο ποιεῖν εἰς μαρτυρίαν αὐτοῖς· καὶ τί

* al. cod. ἔσχατον.

ego vidi, inquit, pulsos divina virtute impuros daemones, aliosque aliis morbis expeditos homines. Intelligo divina aliqua invictaque manu haec fieri. Video simul te bonum et indulgentissimum, et effusa erga accedentes clementia. Quid ergo impedit, me quoque misericordiam impetrare? Quid vero ad haec Christus? Confirmat in illo fidem, eamque hoc ipso opere ratam facit. Admittit enim preces, fatetur se posse, aitque: volo, mundare. Largitur ei quoque sanctae suae et omnipotentis manus tactum; statimque recessit ab illo lepra, et morbus evanuit. – Tu vero mecum in hoc admirare divinitus simul corporaliterque operantem Christum. Est enim divinum, ita velle, ut ei praesto sint quaecumque velit; humanum autem est, manum extendere. Unus ergo ex duobus intelligitur Christus, quandoquidem Verbum caro factum est.

Et ipse praecepit illi ut nemini diceret.

Sufficiebat equidem, etiam tacente leproso, rei patratae natura ad sanantis potentiam cunctis, qui leprosum cognoverant, patefaciendam. Ipse tamen nemini hoc dici iubet. Cur? ut hinc discant qui curationum gratia a Deo sunt ornati, plausum a sanatis non exposcere, neque a quibusvis laudem affectare, ne forte in superbiam incidant, quod est omnium malorum turpissimum. Prudenter vero mandat leproso, ut donum ex mosaicae legis praescripto sacerdotibus offerat. Nam volebat quidem sine dubio auferre umbram, et in spiritalem cultum figuras immutare; sed quia nondum ei credentes Iudaei, Moysis praeceptis adhaerebant, ceu lege vetere adhuc stante, permittit leproso id agere in testimonium ipsis. Quid porro hoc est?

(1) Plus legebat heic D. Thomas in catena. « Cyrillus. A maiestate autem processit imperiosum mandatum. Qua ergo ratione in servis computatur unigenitus Filius, qui volendo tantummodo cuncta potest? Legitur de Deo patre, quod omnia quaecumque voluit fecit (ps. CXIII.) Qui vero sui patris potestate fungitur, quomodo diversus ab illius natura erit? Solent etiam quaecumque sunt eiusdem virtutis, eiusdem esse substantiae. Mirare tamen in his Christum divine et corporaliter operantem: divinum enim est ita velle ut praesto sint omnia, humanum autem extendere dexteram. Unus itaque Christus ex utrisque perficitur, eo quod Verbum caro factum est. »

Suum erga legem obsequium Iudaei praetextui semper habentes, et superni praecepti ministrum dicentes fuisse hierophantam Moysem, parvifacere nitebantur omnium nostrûm servatorem Christum. Ideoque palam dicebant: nos scimus Moysi locutum Deum, hunc autem nescimus unde sit. Oportebat ergo factis ipsis persuadere illis, Moysis conditionem gloria Christi esse inferiorem. Ille enim erat instar servi fidelis in domo Dei; hic autem uti filius in patris est domo. Atque ex hac ipsa leprosi sanatione licet perquam manifeste cognoscere, Christum incomparabili excessu Moysis legem transcendere. Lepram experta est Maria Moysis soror, quia huic obtrectaverat; qua calamitate magnopere doluit Moyses; sed quia morbum a muliere nequibat depellere, Deo supplex fuit dicens: obsecro te, Deus, hanc sana. Adtende igitur diligenter: illic erat postulatio, precibusque supernam clementiam impetrare volebat: at enim universalis Servator cum potestate Deo digna ait: volo, mundare. Ergo loco testimonii erat leprae haec sanatio sacerdotibus, quia hinc cognoscere poterant hi qui potiores partes Moysi tribuebant, se veritate procul aberrare. Prorsus enim oportebat Moysem ut legis ministrum suspicere, gratiaeque adiutorem per angelos nunciatae; sed multo magis Emmanuhelem admirari et glorificare, utpote verum Dei patris filium.

Cernet autem quispiam profundum Christi et magnum mysterium in levitico nobis descriptum. Nam contaminatum iudicari leprosum decernit Moysis lex, castrisque ut immundum eiici iubet. Postea quam vero morbus desiverit, tunc demum recipi praecipit. Deinde etiam quomodo purus habebitur, declarat dicens: « hic est leprosi ritus quando mundatus fuerit, atque ad sacerdotem adducetur. Sacerdos castris egressus illum inspiciet, et si comperiet lepram esse sanatam, eo iubente sument ei, qui mundatus est, aviculas duas

δὴ τοῦτό ἐστι; πρόφασιν ἀεὶ ποιούμενοι τὴν εἰς τὸν νόμον αἰδῶ, καὶ διάκονον τῆς ἄνωθεν ἐντολῆς γεγενῆσθαι λέγοντες τὸν ἱεροφάντην Μωϋσέα, μικρὰ φρονεῖν ἐσπούδαζον περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· καὶ γοῦν ἔφασκον ἐναργῶς *, ἡμεῖς οἴδαμεν ὡς Μωϋσεῖ (* Ioh. IX. 29.) λελάληκεν ὁ θεός· τοῦτον δὲ, οὐκ οἴδαμεν πόθεν ἐστίν· ἔδει τοίνυν αὐτοὺς ἐξ αὐτῶν ἀναπείθεσθαι τῶν πραγμάτων, ὅτι τὸ Μωϋσέως μέτρον, κατόπιν ἔρχεται τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ· ὁ μὲν γὰρ ἦν ὡς θεράπων πιστὸς ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ· ὁ δὲ ὡς υἱὸς, ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ πατρός· καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ τοῦ θεραπεῦσαι τὸν λεπρὸν ἔξεστιν ἰδεῖν, καὶ μάλα σαφῶς ἐν ἀπαραβλήτοις ὑπεροχαῖς τοῦ Μωϋσέως νόμων ὄντα Χριστόν· ἐλεπρώθη μὲν γὰρ ἡ Μαριὰμ, ἀδελφὴ δὲ Μωϋσέως αὕτη, κατελάλησε γὰρ αὐτοῦ· καὶ κατεδάκνετο μὲν λίαν ἐπὶ τούτῳ Μωϋσῆς· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἦν ἱκανὸς ἀποστῆσαι τῆς γυναικὸς τὴν νόσον, προσέπιπτε τῷ θεῷ λέγων· * ὁ θεὸς (* Num. XII. 13.) δέομαί σου, ἴασαι ταύτην· πρόσχες τοίνυν ἀκριβῶς· αἴτησις ἦν ἐκεῖ, διὰ προσευχῆς τῆς ἄνωθεν ἡμερότητος ἠξίου τυχεῖν· ὁ δέ γε τῶν ὅλων σωτὴρ μετ' ἐξουσίας ἔφη τῆς θεοπρεποῦς· θέλω, καθαρίσθητι· οὐκοῦν μαρτύριον τοῖς ἱερεῦσιν ἦν ἡ τῆς λέπρας ἀποβολὴ, καὶ ἦν ἐντεῦθεν εἰδέναι αὐτοὺς τὴν κρείττονα ψῆφον ἀπονέμοντας τῷ Μωϋσεῖ, ὅτι τῆς ἀληθείας ἔξω βαδίζουσιν· ἔδει γὰρ ἰδεῖν, Μωϋσέα μὲν θαυμάζειν ὡς νόμου διάκονον, καὶ χάριτος ὑπουργὸν λαληθείσης δι' ἀγγέλων *, ὑπερ- (* Gal. III. 19.) θαυμάζειν δὲ τὸν Ἐμμανουὴλ, καὶ δοξολογεῖν αὐτὸν ὡς υἱὸν ἀληθινὸν τοῦ θεοῦ καὶ πατρός.

Ἴδοι δ' ἄν τις τὸ κατὰ Χριστὸν βαθὺ καὶ (A. f. 85. H. f. 262.) μέγα μυστήριον, ἐν τῷ λευϊτικῷ ἡμῖν γραφόμενον· * μεμολυσμένον μὲν γὰρ ἀποφαίνει τὸν (* Lev. XIII. 8.) λεπρὸν ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος· ἐκπέμπεσθαι δὲ προστάττει τῆς παρεμβολῆς, ὡς ἀκάθαρτον· ὅτε δὲ συμβαίνοι καταλωφῆσαι τὸ πάθος· τότε δὴ τότε παραδεκτὸν γενέσθαι κελεύει· εἶτα καὶ τίνα τρόπον ἔσται καθαρὸς, διασαφεῖ λέγων· * οὗτος ὁ νόμος τοῦ λεπροῦ, ᾗ ἂν ἡμέρᾳ (* Lev. XIV. 2.) καθαρισθῇ, καὶ προσαχθήσεται πρὸς τὸν ἱερέα· καὶ ἐξελεύσεται ὁ ἱερεὺς ἔξω τῆς παρεμβολῆς, καὶ ὄψεται ὁ ἱερεὺς, καὶ ἰδοὺ ἴαται ἡ ἀφὴ τῆς λέπρας ἀπὸ τοῦ λεπροῦ· καὶ προστάξει

ὁ ἱερεὺς, καὶ λήψονται τῷ κεκαθαρμένῳ δύο ὀρνίθια ζῶντα καθαρά· καὶ προστάξει ὁ ἱερεὺς, καὶ σφάξουσι τὸ ἓν εἰς ἀγγεῖον ὀστράκινον ἐφ' ὕδατι ζῶντι· καὶ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν λήψεται αὐτὸ, καὶ βάψει εἰς τὸ αἷμα τοῦ ὀρνιθίου τοῦ σφαγέντος ἐφ' ὕδατι ζῶντι, καὶ περιῤῥανεῖ ἐπὶ τὸν καθαρισθέντα ἀπὸ τῆς λέπρας ἑπτάκις, καὶ καθαρισθήσεται· καὶ ἐξαποστελεῖ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν εἰς τὸ πεδίον· δύο μὲν οὖν τὰ πτηνὰ καὶ ἀκίβδηλα, τουτέστι καθαρὰ, καὶ μηδὲ μίαν ἔχοντα διαβολὴν τὴν ἀπὸ τοῦ νόμου· καὶ τὸ μὲν ἓν, ἐσφάζετο ἐφ' ὕδατι ζῶντι· τό γε μὴν ἕτερον μένον ἔξω σφαγῆς, εἶτα βαπτισθὲν ἐν τῷ αἵματι τοῦ τετελευκότος, ἐξεπέμπετο.

Ὑπεμφαίνει δ' ἂν ὁ τύπος ἡμῖν τὸ μέγα καὶ σεπτὸν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μυστήριον· ἦν μὲν γὰρ ἄνωθεν, τουτέστιν ἐκ τοῦ πατρὸς καὶ ἐξ οὐρανῶν, ὁ λόγος· ταύτῃ τοι, καὶ μάλα εἰκότως πτηνῷ παρεικάζεται· καταπεφοίτηκε δὲ οἰκονομικῶς, εἰς ὁμοίωσιν τὴν πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἔλαβε δούλου μορφήν· πλὴν καὶ οὕτως ἄνωθεν ἦν· καὶ δ' οὖν ἔφασκεν ἰουδαίοις ἐναργῶς
* Ioh. VIII. 23. προσλαλῶν *, ὑμεῖς ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ, ἐγὼ
ἐκ τῶν ἄνω εἰμί· ἐγὼ οὐκ εἰμὶ ἐκ τοῦ κόσμου
* Ioh. III. 13. τούτου· καὶ πάλιν· * οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν
οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· ὡς γὰρ ἔφην ἀρτίως, καὶ σὰρξ γεγονὼς, ἤγουν τέλειος ἄνθρωπος, οὐ γήϊνος ἦν, οὐ χοϊκὸς καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὐράνιος καὶ ὑπερκόσμιος καθ' ὃ νοεῖται θεός· πλὴν ἔστιν ἰδεῖν ἐν τοῖς ὀρνιθίοις, σαρκὶ μὲν παθόντα
* 1. Petr. IV. 5. κατὰ τὰς γραφὰς *, μείναντα δὲ καὶ ἐπέκεινα τοῦ
παθεῖν· καὶ ἀποθνήσκοντα μὲν ἀνθρωπίνως, ζῶντα δὲ θεϊκῶς· ζωὴ γὰρ ὁ λόγος· καὶ γοῦν
* 1. Petr. III. 18. ὁ πάνσοφος μαθητὴς *, θανατωθῆναι μὲν
αὐτὸν ἔφη σαρκὶ, ζωοποιηθῆναι δὲ πνεύματι· πλὴν εἰ καὶ τοῦ παθεῖν τὸν θάνατον εἰς ἰδίαν φύσιν ἄμοιρος ἦν ὁ λόγος, ἀλλ' οὖν οἰκειοῦται τὸ πάθος τῆς ἑαυτοῦ σαρκός· ἐβαπτίζετο γὰρ τὸ ὀρνίθιον τὸ ζῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ τετελευτηκότος· πεφυρμένον δὲ τῷ αἵματι, μένον δὲ οὐχὶ καὶ κοινωνῆσαν τοῦ πάθους, εἰς τὴν ἔρημον ἐξεπέμπετο· ἀναπεφοίτηκε γὰρ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, μετὰ τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός· καὶ ξένον ἦν

viventes puras: quarum unam sacerdos mactari iubebit in vase testaceo super viva aqua. Tum alteram sumet viventem aviculam, et tinget sanguine mactatae super viva aqua, septiesque hominem asperget lepra mundatum: atque ita purus habebitur. Emittetque viventem aviculam in agrum. Duo sunt itaque, et quidem sincera, volatilia, id est munda, nullam a lege vituperationem habentia: quorum unum super viva aqua mactabatur; alterum caede exemptum, deinde occisi sanguine aspersum, emittebatur.

Profecto haec figura magnum venerandumque Servatoris nostri mysterium denotat: erat enim de supernis; id est a patre caelisque Verbum: ideo volatili apte admodum comparatur. Descendit vero per incarnationem in similitudine nostra, servique formam suscepit. Attamen etiam sic, de supernis erat. Quamobrem et Iudaeis aiebat sine ambage alloquens: vos deorsum estis, ego de supernis sum. Ego non sum de hoc mundo. Et rursus: nemo in caelum ascendit, nisi qui de caelo descendit filius hominis. Ut enim iam dixi, caro factus, id est homo perfectus, haud terrenus erat, haud luteus ut nos, sed caelestis ac supramundanus, quatenus intelligitur Deus. Verumtamen in avicularum figura videre Christum licet, carne quidem passum ut aiunt scripturae, simulque superiorem passioni manentem; humanitus mortuum, divinitus vivum: est enim vita Verbum. Quare sapientissimus discipulus, mortificatum quidem ipsum ait carne, vivificatum tamen spiritu. Sed enim quamquam mortem in propria natura pati Verbum non poterat, nihilominus propriam sibi facit passionem carnis suae. Namque avicula vivens sanguine extinctae aspergebatur: sic autem sanguine tincta, passionis propemodum particeps facta, in desertum emittebatur. Rediit ergo in caelum

unigenitum Dei Verbum, cum unita sibi carne; novumque fuit in caelo spectaculum. Stupebat ergo angelorum populus, videns in forma nostra regem terrae et virtutum dominum. Immo et aiebat: quis est iste de Edom veniens? id est de terra. Rubrum est indumentum eius ex Bosor, quod caro interpretatur, aut angustia vel pressura. Deinde sic interrogabant: haeccine in manibus eius vulnera? Ille autem ipsis: his in domo dilecti mei vulneratus sum. Sicut enim incredulo Thomae prudentissime post resurrectionem a mortuis, manus ostendens, clavorum in eis signa iussit tangere, nec non et latus perfossum; sic etiam in caelum redux persuasit sanctis angelis, merito Israhelem ab eius gratia repulsum corruisse. Propterea imbutam sanguine vestem, et manuum vulnera ostendebat, non quod ea obducere non posset (nam suscitatus e mortuis, corruptelam exuerat, et cum ea quicquid ex eadem oritur) sed ut secundum incarnationis rationem nunc cognosceretur a principatibus ac potestatibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei, quam in Christo operatus est.

Sed fortasse dicet aliquis: cur ergo unum eundemque dicis filium et dominum Iesum Christum, quum duae fuerint oblatae aviculae? Nonne hinc fortasse haud obscure lex demonstrat duos omnino esse filios atque Christos? Certe in tantam quidam impietatem venerunt, ut arbitrentur et dicant, alium esse Christum seorsum Dei patris Verbum, alium rursus illum de Davidis stirpe natum. Nos autem dicimus his qui ob suam inscitiam rem ita se habere putant, dicimus inquam quod divus scribit Paulus: unus Dominus, una fides, unum baptisma. Igitur si duos dicunt filios, duo prorsus erunt domini, bina fides, totidemque baptismata. Falsa ergo docebit is qui Christum in se habuit loquentem, ut ipse ait. Non tamen ista sunt; absit. Ergo unum

ἐν οὐρανοῖς τὸ θέαμα· κατεπλήττετο γοῦν
ἡ τῶν ἀγγέλων πληθὺς, ἐν εἴδει βλέπουσα τῷ
καθ᾽ ἡμᾶς, τὸν βασιλέα τῆς γῆς, καὶ τὸν δυνά-
μεων κύριον· καὶ δὴ καὶ ἔφασκον· * τίς ἐστιν ὁ * Is. LXIII. 1.
παραγινόμενος ἐξ Ἐδώμ; τουτέστιν ἐκ γῆς·
ἐρύθημα ἱματίων αὐτοῦ ἐκ Βοσόρ· διερμη-
νεύεται δὲ σὰρξ, ἤτοι στενοχὴ καὶ θλίψις· εἶτα
τούτοις προσεπυνθάνοντο· * τοιαῦται αἱ * Zach. XIII. 6.
πληγαὶ αἱ ἀνὰ μέσον τῶν χειρῶν σου; ὁ δὲ πρὸς
αὐτούς· ἃς ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ
μου· ὥσπερ γὰρ ἀπιστήσαντι τῷ Θωμᾷ, οἰκο-
νομικώτατα λίαν καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνα-
βίωσιν ἀποδεικνὺς τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς ἐν αὐ-
ταῖς τῶν ἥλων τύπους ἐκέλευε ψηλαφᾶν καὶ τὰς
ἐν τῇ πλευρᾷ διατρήσεις, οὕτω καὶ ἐν τῷ οὐ-
ρανῷ γεγονὼς, πεπληροφόρηκε τοὺς ἁγίους
ἀγγέλους ὅτι δικαίως τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειό-
τητος ἐκβέβληται καὶ ἀπώλισθεν ὁ Ἰσραήλ·
διὰ τοῦτο πεφυρμένον ἐν αἵματι τὸ ἄμφιον,
καὶ τὰς ἐν χερσὶν ἐπεδείκνυτο πληγὰς, οὐκ
ἀναποβλήτους ἔχων αὐτάς· ἐγηγερμένος γὰρ
ἐκ νεκρῶν, ἀπεδύσατο τὴν φθορὰν, καὶ σὺν
αὐτῇ πάντα τὰ ἐξ αὐτῆς· ἀλλ᾽ ἵνα οἰκο-
νομικῶς νῦν γνωρισθῇ ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξου-
σίαις διὰ τῆς ἐκκλησίας ἡ πολυποίκιλος σο-
φία τοῦ θεοῦ, ἣν ἐποίησεν ἐν τῷ Χριστῷ.

Ἀλλ᾽ ἴσως ἐρεῖ τις· πῶς οὖν ἕνα καὶ τὸν
αὐτὸν φῂς υἱὸν καὶ κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καί-
τοι δύο παρενηνεγμένων ὀρνιθίων; ἢ τάχα
που καταδείξειεν ἂν οὐκ ἀσυμφανῶς ὁ νό-
μος, ὡς δύο πάντως εἰσὶν υἱοὶ καὶ Χριστοί;
καὶ δυσσεβείας μὲν εἰς τοῦτο κατεβιβάσθη-
σαν ἤδη τινὲς, ὡς οἴεσθαί τε καὶ λέγειν,
ἕτερον μὲν εἶναι Χριστὸν ἰδικῶς τὸν ἐκ θεοῦ
πατρὸς λόγον, ἕτερον δ᾽ αὖ τὸν ἐκ σπέρ-
ματος Δαβίδ (1)· ἡμεῖς δὲ φαμὲν τοῖς ὧδε
ταῦτ᾽ ἔχειν ἐξ ἀμαθίας ὑπειληφόσιν· ὁ θε-
σπέσιος γράφει Παῦλος· * εἷς κύριος, μία * Ephes. IV. 5.
πίστις, ἓν βάπτισμα· οὐκοῦν εἰ δύο φασὶν
υἱοὺς, δύο δὴ πάντως ἂν εἶεν οἱ κύριοι,
δύο δὲ πίστεις, τοσαῦτα δὲ βαπτίσματα·
ψευδομαθήσει οὖν ὁ Χριστὸν ἔχων ἐν ἑαυτῷ
λαλοῦντα, καθά φησιν αὐτός· * ἀλλ᾽ οὐκ * II. Cor. XIII. 3.
ἔστι ταῦτα, μὴ γένοιτο· οὐκοῦν ἕνα κύριον

(1) Evidenter denotat Nestorianos.

ἴσμεν, τουτέστι μονογενῆ τὸν θεοῦ λόγον σεσαρκωμένον· οὐκ ἀνὰ μέρος τιθέντες ἄνθρωπον καὶ θεὸν, ἀλλ᾽ αὐτὸν τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ἄνθρωπον γενέσθαι διαβεβαιούμενοι, μετὰ τοῦ μεῖναι θεόν· ἐπειδὴ λεγέτωσαν οἱ δι᾽ ἐναντίας· εἰ δύο φασὶν υἱοὺς, ἕνα μὲν ἰδικῶς τὸν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ, ἕτερον δ᾽ αὖ ἀνὰ μέρος τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον, ἆρ᾽ οὐκ ἀμείνων κατὰ φύσιν ὁ ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγος, τοῦ ἐκ σπέρματος Δαβίδ; εἶτα τί δράσομεν τὰ δύο ὁρῶντες πτηνὰ, οὐχ᾽ ἑτεροφυῆ ὄντα ἀλλήλων, ὁμοειδῆ δὲ μᾶλλον, καὶ κατ᾽ οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντα, κατά γε τοῦ εἶναι τοῦθ᾽ ὅπερ ἐστιν; οὐκοῦν συγχωρείτωσαν διὰ τὸ τῶν πτηνῶν ὁμοειδὲς, μηδὲν ἀνθρώπου διαφέρειν τὸν τοῦ θεοῦ λόγον (1)· ἀλλ᾽ οὐκ αὔξονται· πολὺ γὰρ τὸ μεταξὺ θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος· πλὴν χρὴ τὰ παραδείγματα, κατὰ τὸν αὐτοῖς πρέποντα νοεῖσθαι λόγον· ἡττᾶται γὰρ τῶν ἀληθῶν, καὶ μερικὴν ἔσθ᾽ ὅτε ποιεῖται τῶν σημαινομένων τὴν ἔνδειξιν· φαμὲν δὲ, ὡς σκιὰ καὶ τύπος ὁ νόμος ἦν, καὶ οἷόν τις γραφὴ παρατιθεῖσα πρὸς θέαν τοῖς ὁρῶσι τὰ πράγματα· αἱ δὲ σκιαὶ τῶν τῶν γραφόντων ἐν πίνακι τέχνης, τὰ πρῶτα τῶν χρωμάτων εἰσίν· αἷς, εἴπερ ἐπενεχθεῖεν τῶν χρωμάτων τὰ ἄνθη, τότε δὴ τότε τῆς γραφῆς ἀπαστράψει τὸ κάλλος· ἐπειδὴ οὖν ἔδει τὸν διὰ Μωϋσέως νόμον καταγράψαι σαφῶς τὸ Χριστοῦ μυστήριον, οὐκ ἐν ἑνὶ τῶν ὀρνιθίων ἀποθνήσκοντά τε ὁμοῦ καὶ ζῶντα καταδείκνυσιν αὐτὸν, ἵνα μὴ τερατοποιΐα σκηνικὴ δόξῃ εἶναι τὸ δρώμενον· ἀλλ᾽ ἐδέχετο μὲν, ὡς ἐν ἑνὶ παθόντα τὴν σφαγήν· κατεδείκνυ δὲ τὸν αὐτὸν ἐν ἑτέρῳ ζῶντά τε καὶ ἀφειμένον.

Ἀποφῆναι δὲ τὸν ἐπὶ τῷδε λόγον οὐκ ἔξω βαίνοντα τοῦ εἰκότος, δι᾽ ἑτέρας ἱστορίας πειράσομαι· εἰ γάρ τις τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἐπεθύμησεν ἰδεῖν καταγεγραμμένην ὡς ἐν πίνακι τὴν ἐπὶ τῷ Ἀβραὰμ ἱστορίαν, πῶς ἂν αὐτὸν ἐχάραξε ζωγράφος: ἆρ᾽ ἐν ἑνὶ πάντα δρῶντα; ἢ ἀνὰ μέρος καὶ ἑτεροίως, ἤγουν ἑτεροειδῶς πλειαχοῦ τὸν αὐτόν; οἷον φημὶ, ποτὲ

Dominum scimus, id est unigenitum Dei Verbum incarnatum; haud seorsum ponentes hominem et seorsum Deum, sed ipsum Dei patris Verbum, hominem factum adfirmantes, simulque in sua deitate perseverantem. Alioqui dicant adversarii: si duo sunt filii, unum quidem seorsum ex Davidis stirpe, alterum item singillatim Dei patris Verbum; nonne meliore natura est Dei patris Verbum, quam ille de Davide oriundus filius? Age vero quid agemus? dum duo volatilia spectamus, haud equidem naturaliter invicem aliena, sed uniformia potius, nullaque re differentia, qualia quantaque ipsa sunt. Ergo concedant propter volatilium uniformitatem, nihil ab homine differre Dei Verbum. Sed hilum non proficient; multum distat a deitate humanitas: oportet autem exempla conveniente ratione intelligere; ea enim inferiora veritate sunt, nec nisi partiariam interdum faciunt significatae rei demonstrationem. Porro dicimus, legem quidem umbram fuisse ac figuram, ac veluti quamdam picturam quae futuras res spectantibus exponebat. Verumtamen umbrae in pictoria arte principia colorum sunt; quibus quum flos ipse colorum accesserit, tum demum picturae elegantia elucebit. Quandoquidem ergo oportebat mosaicam legem perspicue delineare Christi mysterium, haud in una avicula moriente simul et vivente ipsum denotat, ne res scenicum quoddam terriculamentum videretur; sed considerat in una quidem tamquam morti occumbentem; in altera autem viventem demonstrat et liberum.

Sed age huius rei rationem haud inverisimili modo, ex alia historia patefacere nitar. Si quis nostrum videre cuperet tamquam in tabula depictam Abrahami historiam, quomodo eam expressam a suo pictore comperiet? Num una actione Abrahamum omnia absolventem, an particulatim et diversis modis variisque formis saepis-

(1) Hoc dicit ore Monophysitarum.

sime eundem variatum? Veluti, inquam, modo iumento insidentem, puero comite, sequentibus famulis: modo subsistente infra montem iumento cum famulis, gestantem ligna Isaacum, ipsum vero Abrahamum gladium manu tenentem ac ignem. Item in alia tabulae parte eundem Abrahamum alia in specie, puerum super ligna alligantem, dexteram ense armantem, ut ictum incutiat. Attamen non alius atque alius Abrahamus erat, etsi persaepe in eadem tabula varie repraesentatus, sed idem ubique, quia ad cuiusque rei usum ars pictoris se accommodavit: fieri enim non poterat, ut unâ simul cerneretur Abrahamus cuncta facere quae supra dicta sunt. Erat igitur lex pictura ac typus, rerum postea exitu veritatem pariente: ita ut etiamsi par avium fuerit; unus nihilominus ab ipsis repraesentabatur Christus, tum patiens, tum extra passionem, tum moriens, tum etiam morti superior; denique etiam in caelum ascendens, inchoatio tamquam secunda humanitatis ad immortalitatem renovatae. Ipse certe nobis novam viam ad superna munivit, eumque tempore debito subsequemur. Utique, quod una ex aviculis mactaretur, altera vero occisae sanguine aspergeretur, caedemque libera evaderet, id omne loco typi verarum rerum habendum est. Mortuus est enim pro nobis Christus, nosque in eius mortem baptizati fuimus, et ipse suo nos sanguine salvos fecit.

Ipse docebat, erantque Pharisaei sedentes etc.

Circumstabat eum invidorum theatrum, scribae nimirum ac pharisaei, qui miraculorum fuerant spectatores, et docentem audiverant. Et erat, inquit evangelista, virtus Dei cum eo ad sanandum: utrum quia Deus potentiam illi prodigiorum dedisset? vel quia virtutem illam abs quovis mutuam accepisset? Quis vero haec dicere audeat? Ipse enim potius propria virtute operabatur, tamquam divinae gratiae particeps. Namque homines digni saepe habentur spiritalibus donis; sed tamen eosdem impo-

μὲν ἐφιζήσαντα τῇ ὄνῳ, συμπαραληφθέντος τοῦ παιδὸς καὶ ἑπομένων τῶν οἰκετῶν· ποτὲ δὲ αὖ πάλιν ἀπομεινάσης τῆς ὄνου κάτω τοῖς οἰκέταις ὁμοῦ, καταφορτίσαντα μὲν τοῖς ξύλοις τὸν Ἰσαάκ, ἔχοντα δὲ μετὰ χεῖρας τὴν μάχαιραν καὶ τὸ πῦρ· καὶ μὴν καὶ ἑτέρωθι, τὸν αὐτὸν ἐν εἴδει πάλιν ἑτέρῳ, συμποδίσαντα μὲν τὸ μειράκιον ἐπὶ τὰ ξύλα, ὁπλίσαντα δὲ τῇ μαχαίρᾳ τὴν δεξιάν, ἵν' ἐπαγάγοι τὴν σφαγήν· ἀλλ' ἦν οὐχ ἕτερος καὶ ἕτερος Ἀβραάμ, πλειστάχου τῆς γραφῆς ὁρώμενος ἑτέρως, ἀλλ' ὁ αὐτὸς πανταχοῦ, ταῖς τῶν πραγμάτων χρείαις συγκαθισταμένης ἀεὶ τῆς τοῦ γράφοντος τέχνης· οὐ γὰρ ἦν ἐνδεχόμενον ἐν ἑνὶ κατιδεῖν αὐτὸν πάντα δρῶντα τὰ εἰρημένα· γραφὴ τοιγαροῦν καὶ τύπος ἦν ὁ νόμος, πραγμάτων ὠδινόντων ἀλήθειαν· ὥστε κἂν δυὰς ὀρνέων ἦν, ἀλλ' εἷς ἦν ὁ ἐν ἀμφοῖν, καὶ ὡς ἐν πάθει καὶ ἔξω πάθους, καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὲρ θάνατον, καὶ ἀναβαίνων εἰς οὐρανοὺς ἀπαρχή τις ὥσπερ δευτέρα τῆς ἀνθρωπότητος ἀνανεωθείσης εἰς ἀφθαρσίαν· αὐτὸς γὰρ ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν εἰς τὸ ἄνω τρίβον, καὶ ἑψόμεθα κατὰ καιροὺς αὐτῷ· τό γε μὴν τὸ ἓν τῶν ὀρνιθίων σφάζεσθαι, ἐν δὲ τῷ τοῦ σφαγέντος αἵματι τὸ ἕτερον βαπτίζεσθαι μέν, ἀποπέμπεσθαι δὲ τῆς σφαγῆς, ἀντίτυπον δ' ἂν εἴη τῶν ἀληθινῶν· ἀπέθανε γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν ὁ Χριστός, καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν αὐτοῦ θάνατον βεβαπτίσμεθα, καὶ σέσωκεν ἡμᾶς αἵματι τῷ ἰδίῳ.

Αὐτὸς δὲ ἦν διδάσκων, καὶ ἦσαν καθήμενοι φαρισαῖοι κ. τ. λ. v. 17.

Περὶ αὐτὸν μὲν ἦν τὸ τῶν βασκάνων θέατρον· γραμματεῖς δὲ οὗτοι καὶ φαρισαῖοι, καὶ τῶν παραδόξως ἐπιτελουμένων ἐγίνοντο θεωροί, καὶ κατηκροῶντο διδάσκοντος· καὶ ἦν φησὶ δύναμις θεοῦ εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτόν· * ἆρα ὡς τοῦ θεοῦ διδόντος αὐτῷ τὸ δύνασθαι κατορθοῦν τὰς θεοσημείας; ἆρα τὴν παρ' ἑτέρου δύναμιν ἐδανείζετο; καὶ τίς ὁ φάναι ταῦτα τολμῶν; αὐτὸς γὰρ μᾶλλον ἦν ἐξ ἰδίας ἰσχύος ἐνεργῶν ὡς θεὸς καὶ κύριος, καὶ οὐχ ὡς θείας χάριτος μέτοχος· ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἀξιοῦνται πολλάκις χα-

A. f. 87.
H f. 269.

* ita cod. αὐτόν.

ρισμάτων πνευματικῶν (1)· ἀλλ᾽ ἔστιν ἰδεῖν ἐνιαχοῦ καὶ ἀσθενοῦντας ἔσθ᾽ ὅτε, καθ᾽ ὃν οἶδε λόγον αὐτὸς ὁ τῶν θείων χαρισμάτων διανομεύς· ἐπὶ δέ γε τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλ᾽ ἦν εἰς τὸ ἰᾶσθαι αὐτὸν, οὐκ ἀνθρωπίνη μᾶλλον, ἀλλὰ καὶ θεία καὶ ἄμαχος ἰσχύς· θεὸς γὰρ ἦν, καὶ υἱὸς

D. f. 19. θεοῦ. — Μόνος ὁ Χριστὸς, ὡς διδάσκαλος καὶ σοφία ὢν τοῦ πατρὸς διδάσκει· οἱ γὰρ ἄλλοι πάντες ἐξ αὐτοῦ δεχόμενοι διδάσκουσιν· ἦν δὲ, φησιν, καὶ δυνάμις κυρίου ἐπ᾽ αὐτὸν εἰς τὸ ἰᾶσθαι πάντας, τουτέστιν οὐκ ἀνθρωπίνην εἶχεν ἰσχὺν εἰς τὸ ἰᾶσθαι, ἀλλὰ θείαν τινὰ, καὶ ἄμαχον· οἱ μὲν ἄλλοι ἅγιοι, ποτὲ μὲν λαμβάνουσι τὸ δύνασθαι ποιεῖν ἰάσεις, ποτὲ δὲ οὔ· Ἰησοῦς δὲ ὡς θεὸς, καὶ δύναμις ὢν τοῦ πατρὸς, ἀεὶ πάντας ἐθεράπευσεν (2).

tentes quoque aliquando videre est, prout divinorum donorum largitori placitum fuerit. Verumtamen in universali nostro Servatore nihil huiusmodi fuit; sed ad sanandum incumbebat non tam humana quam divina et invicta virtus eius. Erat enim Deus Deique filius. — Solus Christus, utpote magister patrisque sapientia docet; nam ceteri omnes quod ab ipso accipiunt docent. Erat autem, inquit evangelista, virtus quoque Domini in eo ad sanandos omnes; id est haud humanam vim sanandi habebat, sed divinam quamdam et invictam. Namque alii quidem sancti, modo facultatem recipiunt sanitates efficiendi, modo secus: Iesus vero ceu Deus et patris virtus, cunctos semper sanabat.

v. 18. Καὶ ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον ὃς ἦν παραλελυμένος κ. τ. λ.

Et ecce viri ferentes in lecto hominem paralyticum etc.

D. f. 19. Εἶτα οὐκ εὐαριθμήτου πλήθους τῶν γραμματέων φησὶν καὶ φαρισαίων συνειλεγμένου, ἰδοὺ ἄνδρες φέροντες ἐπὶ κλίνης ἄνθρωπον, ὃς ἦν παράλυτος· καὶ μὴ δυνηθέντες διὰ τῆς θύρας εἰσελθεῖν, ἀνεκόμισαν ἐπὶ τὸ δῶμα, ὡς ξένῳ καὶ καινῷ ἐπιχειρῆσαι πράγματι· ἀνασπάσαντες γὰρ τὸν κέραμον, μετεκίνησαν τὴν ἀποκειμένην ὕλην· καὶ ὅμως τούτων γινομένων, καὶ ὁ Ἰησοῦς ἐμακροθύμει, καὶ οἱ παρόντες ἐσιώπων, τὴν ἔκβασιν βουλόμενοι θεωρῆσαι, καὶ ἰδεῖν τί λαλεῖ καὶ τί ποιεῖ·

v. 19. ἀναστομώσαντες τοίνυν τὸ δωμάτιον, χαλῶσι τὸν κράβαττον, καὶ φέρουσι μέσον τὸν παλελυμμένον· τί οὖν ὁ κύριος; ἰδὼν τὴν πίστιν αὐτῶν οὐ τοῦ παραλελυμμένου, ἀλλὰ τῶν κομισάντων· ἔνεστι γὰρ καὶ ἄλλον δι᾽ ἄλλων πίστιν θεραπεύεσθαι (3)· ἢ καὶ αὐτὸν τὸν παράλυτον

v. 20. πιστεύσαντα ἰάσατο· εἴποι δ᾽ ἄν τις ὕπαιθρον εἶναι τὸν τόπον, εἰς ὃν διὰ τῶν κεράμων κατεβίβασαν τὴν κλίνην τοῦ παραλύτου, μηδὲν παντελῶς τῆς στέγης ἀναῤῥήξαντες· εἰπὼν δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ σωτὴρ, ἄνθρωπε ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, κοινῶς τῇ ἀνθρωπότητι τοῦτο λέγει· ἔμελλον γὰρ οἱ πιστεύοντες εἰς αὐ-

Deinde haud exiguo numero scribarum ac pharisaeorum circumsistente, ecce viri ferentes in lecto hominem paralyticum: qui quum per ianuam ingredi non possent, tulerunt illum supra tectum, insolitum novumque ausi facinus. Revulsis enim tegulis, interpositam materiam removerunt: quae dum fierent, et Iesus patienter se habebat, et adstantes silebant rei exitum spectare volentes, et quid Iesus diceret agerete. Patefacto igitur tecto, demittunt grabatum, mediumque collocant paralyticum. Quid ergo Dominus? Videns illorum fidem, ferentium scilicet, non paralytici, (contingit enim aliquando sanari aliquem ob alterius fidem) vel etiam credentem ipsum paralyticum, sanitati restituit. Aliquis tamen dicere malet subdialem fuisse locum, ubi per tegulas paralytici lectum demiserunt, quin omnino tectum diruerent. Quum vero huic Servator dixisset: homo remittuntur tibi peccata tua, communiter hoc generi humano dicit. Futurum quippe erat ut credentes in ipsum, sanati ex animi

(1) Animadverte gratiam miraculorum identidem in ecclesia conspicuam etiam Cyrilli aetate.

(2) Pauca heic intersunt similia superioribus, propter diversae catenae auctorem.

(3) Observa Cyrilli doctrinam de sanctorum meritis, quae et aliis fiunt utilia.

morbis, peccata quae antea admiserant deponerent. Vel hoc ait: oportebat me, ante corpus animam sanare tuam. Nam nisi hoc fieret, gravius tu peccares, sumptis gradiendi viribus. Quamquam enim id non postulasti, attamen ego utpote Deus, novi animae passiones, unde et morbus tibi accidit.

Egregie itaque Servator, quia oportebat, praesente haud modica scribarum ac pharisaeorum turba, fieri aliquem Deo maxime dignum actum ob illorum utilitatem; etenim satis humiliter de eo sentiebant; sapienti consilio curatum est ut mirum aliquid eveniret. Iacebat enim in lecto paralyticus vir, insanabili morbo correptus; qui postea quam medicorum arte iuvari non potuerat, ad supernum caelestemque medicum a suis deferebatur; atque ubi coram illo stetit qui mederi valebat, visa est eius fides digna respectu; quam ut peccati deletricem esse ostenderet, statim Christus iacenti inclamavit: remittuntur tibi peccata tua. Atqui ut arbitror, heic dicet aliquis, si quidem ille morbo liberari volebat, cur ei Christus peccati remissionem nunciabat? Nempe ut discas, tacite et sine ullo strepitu res humanas Deum inspicere, et singulorum viventium semitas observare. Sic enim scriptum est: ante oculos Domini viae hominis, et omnes semitas eius scrutatur. Quia vero bonus est, atque omnes homines vult salvos fieri, purgat saepe peccatis implicitos, infirmitate in corpus immissa. Sic enim alicubi voce Hieremiae dixit: aerumna et flagris erudieris, Hierusalem. Item proverbialis auctor: fili, cave negligas disciplinam Domini, nec deficias cum ab eo corriperis: quem enim diligit Dominus, corripit; et omnem sibi acceptum filium flagellat. Egregie itaque Christus aegrotandi causas, et quasi morbi radicem, culpam scilicet, abscindere se denunciat. Namque hac amota, quae origo infirmitatis est, morbum omnino simul auferri necesse erat.

τὸν, ἰαθέντες τῶν ψυχικῶν παθημάτων τὰς ἁμαρτίας ἃς πρῶτον ἐπλημμέλουν ἀφίεσθαι· ἢ τοῦτο φησὶν, ἔδει μὲ πρὸ τοῦ σώματος ἰάσασθαί σου τὴν ψυχήν· ἐπεὶ ἐὰν μὴ τοῦτο γένηται, ἐπὶ πλεῖον ἁμαρτάνεις λαβὼν ἰσχὺν εἰς τὸ περιπατεῖν· εἰ γὰρ καὶ μὴ ἐζήτησας τοῦτο, ἀλλ᾽ ἐγὼ ὡς θεὸς ὁρῶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, ἐξ ὧν καὶ ἡ νόσος σοι συμβέβηκε.

Καλῶς οὖν ὁ σωτὴρ, ἐπειδὴ ἀναγκαῖον ἦν οὐκ εὐαριθμήτου πλήθους τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων συνειλεγμένης, γενέσθαι τι τῶν ὅτι μάλιστα θεοπρεπεστάτων εἰς ὄνησιν αὐτῶν, μικρὰ γὰρ ἐφρόνουν περὶ αὐτοῦ, ᾠκονομήθη τί πάλιν τῶν τεθαυμασμένων· ἔρριπτο μὲν γὰρ ἐπὶ κλίνης παράλυτος ἀνὴρ, ἀνιάτῳ νόσῳ κεκρατημένος· ἐπειδὴ ἀσθενοῦσα πρὸς τὸ συμβὰν ἡ τῶν ἰατρῶν ἠλέγχετο τέχνη, πρὸς τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανῶν ἰατρὸν, παρὰ τῶν οἰκείων ἀπεκομίζετο· ὡς δὲ ἦν ἐν ὄψει λοιπὸν τοῦ θεραπεύειν ἰσχύοντος, δεκτὴ μὲν αὐτοῦ γέγονεν ἡ πίστις· ὅτι δὲ ἐστιν ἁμαρτίας ἀναιρετικὴ, δείκνυσιν εὐθὺς ὁ Χριστός· ἐπεφώνει γὰρ τῷ κειμένῳ· ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου· ἀλλ᾽ ὥς γε οἶμαι, πρὸς τοῦτο ἐρεῖ τις· ἀπαλλαγῆναι τῆς νόσου ἐβούλετο. καὶ πῶς ἄφεσιν αὐτῷ τῆς ἁμαρτίας Χριστὸς ἐπηγγέλλετο; ἵνα μάθῃς ὅτι σεσιγημένως καὶ ἀψοφητὶ θεὸς κατασκέπτεται τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἐφορᾷ τῆς ἑκάστου ζωῆς τὴν ὁδόν· οὕτω καὶ γέγραπται· * ἐνώπιον γάρ εἰσι τῶν τοῦ θεοῦ ὀφθαλμῶν ὁδοὶ ἀνδρὸς, εἰς δὲ πάσας τὰς τροχιὰς αὐτοῦ σκοπεύει· ἐπειδὴ δὲ ἐστιν ἀγαθὸς, καὶ πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, διασμήχει πολλάκις τοὺς ἐξ ἁμαρτιῶν ἐνειλημμένους, ἀρρωστίαν ἐμβάλλων τῷ σώματι· οὕτω γάρ που φησὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· * πόνῳ καὶ μάστιγι παιδευθήσῃ, Ἱερουσαλήμ· ἔφη δέ που καὶ ὁ παροιμιαστής· * υἱὲ μὴ ὀλιγώρει παιδείαν κυρίου, μὴ δὲ ἐκλύου ὑπ᾽ αὐτοῦ ἐλεγχόμενος· ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται· καλῶς οὖν ἄρα Χριστὸς τὰς τοῦ νοσεῖν ἀφορμὰς, καὶ οἷον τοῦ πάθους τὴν ῥίζαν, τουτέστιν τὴν ἁμαρτίαν, προαποκείρειν ἐπαγγέλλεται· ἐξαιρεθείσης γὰρ ταύτης, δι᾽ ἣν καὶ τὸ πάθος, ἔδει πάντως συναναιρεθῆναι τὴν νόσον.

A. f. 87. B. f. 58. b. C. f. 116. H. f. 269. b.

* Prov. V. 21.

* Hier. VI. 7. 8.

* Prov. III. 11.

v. 21. *Καὶ ἤρξαντο διαλογίζεσθαι οἱ γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι λέγοντες κ. τ. λ.*

A. f. 87. b. C. f. 116. b. H. f. 271. Ὁ μὲν οὖν, ὅπερ εἴρηται, θεοπρεπεστάτην ἔχων τὴν ἐξουσίαν, τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν ἐπηγγέλλετο· θορυβεῖ δὲ πάλιν ὁ λόγος τὸ δυσμαθὲς καὶ βάσκανον τῶν φαρισαίων ἐργαστήριον· προσελάλουν γὰρ ἀλλήλοις, τίς οὗτος ἐστὶν ὃς λαλεῖ βλασφημίας; ἀλλ' οὐκ ἂν ἔφης ταῦτα ὦ φαρισαῖε περὶ αὐτοῦ, εἰ τὰς θείας ἠπίστασο γραφὰς, εἰ τῶν προφητικῶν ἐμέμνησο λόγων, εἰ τὸ σεπτὸν καὶ μέγα τῆς ἐνανθρωπήσεως συνῆκας μυστήριον· βλασφημίας δὲ ἐγκλήματι περιβάλλουσι, τὴν ἐσχάτην αὐτοῦ καθορίζοντες δίκην, καὶ θάνατον καταψηφιζόμενοι· τὸν γὰρ εἰπόντα δυσφημίας κατὰ τοῦ θεοῦ, θάνατον ὑπομένειν ὁ διὰ τοῦ Μωϋσέως προσέταττε νόμος· ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ τοῦτο τετολμήκασι, δείκνυσιν εὐθὺς ὅτι θεός ἐστιν, ἵνα πάλιν οὐ φορητῶς δυσσεβοῦντας ἐλέγξῃ· τί γάρ φησι διαλογίζεσθε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν; οὐκοῦν, ὅταν λέγεις, ὦ φαρισαῖε, τίς δύναται ἁμαρτίας ἀφιέναι, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός; ἐρῶ σοι κἀγώ· τίς δύναται καρδίας εἰδέναι, καὶ τοὺς ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας λογισμοὺς καθορᾶν, εἰ μὴ μόνος ὁ θεός; αὐτὸς γάρ που φησὶ διὰ
* Hier. XVII. 10. φωνῆς τῶν προφητῶν *, ὅτι ἐγὼ κύριος ἐτάζων καρδίας, καὶ δοκιμάζων νεφρούς· ἔφη δέ
* Ps. XXXII. 15. που καὶ ὁ Δαβὶδ περί τε αὐτοῦ καὶ ἡμῶν· * ὁ πλάσας κατὰ μόνας τὰς καρδίας αὐτῶν· οὐκοῦν ὁ εἰδὼς καρδίας τε καὶ νεφροὺς ὡς θεὸς, οὗτος ἀφίησι καὶ ἁμαρτίας ὡς θεός.

Et coeperunt cogitare scribae ac pharisaei dicentes etc.

Et ille quidem, prout dictum est, Deo dignam apprime potestatem habens, peccatorum remissionem nunciabat. Verumtamen hic rursus sermo indocilem invidamque pharisaeorum officinam conturbat. Colloquebantur enim: quis est hic qui dicit blasphemias? Atqui non ita loquereris, o pharisaee, de illo, si divinas calleres scripturas, si propheticorum meminisses verborum, si venerabile ac magnum incarnationis intelligeres sacramentum. Nunc ei crimen blasphemiae impingunt, supremam decernentes poenam, mortis reum damnantes: nam qui blasphemiam pronunciasset adversus Deum, hunc perpeti supplicium mosaica lex iubebat. Iam quia talia audebant, demonstrat ilico se esse Deum, ut intolerabilem ipsorum impietatem coarguat. Nam quid, ait, cogitatis in cordibus vestris? Ergo cum dicis, o pharisaee: quis potest peccata dimittere, nisi unus Deus? ego quoque tibi dicam: quis potest corda nosse, et intima in mente cogitationes pervidere, nisi solus Deus? Ipse enim alicubi dicit prophetarum voce: ego Dominus corda scrutans, et renes explorans. Ait item David de se simul et nobis: qui finxit singillatim corda eorum. Ergo qui corda novit ac renes utpote Deus, hic peccata quoque dimittit tamquam Deus.

v. 24. *Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ.*

A. f. 88. H. f. 272. Εἶτα ἐπεὶ ἐν μὲν γὰρ τῷ εἰπεῖν ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου, τόπος ἐστὶ πολλάκις ἀπιστίας εὐάφορμος· ἀφιεμένας γὰρ ἁμαρτίας ἄνθρωπος οὐχ ὁρᾷ τοῖς τοῦ σώματος ὀφθαλμοῖς· τὸ δὲ ἀποβαλεῖν τὴν νόσον, καὶ ἀναστάντα περιπατεῖν τὸν παράλυτον, ἀπόδειξιν ἔχει σαφῆ τῆς θεοπρεποῦς ἰσχύος,
v. 25. ἐπάγει· ἐγερθεὶς ἆρον τὸ κλινίδιόν σου, καὶ
A. f. 88. H. f. 273. ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου· ὃ δὴ καὶ πέπρακται, ὑπενόστησε γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν, τῆς οὕτω μακρᾶς ἀρρωστίας ἀπηλλαγμένος· δέδεικται τοίνυν δι' αὐτοῦ τοῦ πράγματος, ὅτι ἐξου-

Ut autem cognoscatis, quia filius hominis habet potestatem etc.

Deinde quia dicendo « dimittuntur tibi peccata tua » locus adhuc verisimilis incredulitati superest; nam remissa peccata homo non videt corporeis oculis; paralyticus autem pulso morbo surgens et gradiens, plane demonstrat Deo congruam potentiam; addit: surgens tolle grabatum tuum, et vade in domum tuam; quod reapse peractum fuit; profectus est enim domum suam ille tam longa infirmitate liberatus. Demonstratum est, itaque ipso facto, filium hominis potestatem habere di-

mittendi in terra peccata. Iam vero de quonam hoc dicit? utrum de se, an etiam de nobis? Utrumque verum est. Ipse enim tamquam Deus humanatus, legisque dominus, peccata remittit: verumtamen nos quoque tam splendidam miramque accepimus ab eo gratiam. Namque hac etiam dignitate naturam hominis voluit exornare. Ait itaque sanctis apostolis: amen dico vobis, quaecumque ligaveritis super terram, ligata erunt et in caelis: et quaecumque solveritis super terram, soluta erunt et in caelis. Et rursus. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: et quorum retinueritis, retenta sunt. Quandonam autem haec illis dixisse comperitur? Nempe quum calcata mortis potentia, et e mortuis suscitatus, insufflavit eis dicens: accipite Spiritum sanctum. Nam quum eos suae naturae participes demonstrasset, eisdemque sanctum Spiritum inhabitare fecisset, tunc suae quoque maiestatis participes effecit, potestatem tribuens remittendi vel etiam retinendi peccata. Iam quia nos hoc idem facere iussi fuimus, quanto magis ille peccata dimittit, qui aliis eius rei faciendae facultatem tradidit?

Et vidit publicanum nomine Levi.

Publicanus quippe erat Levi, homo lucris insatiabilis, effrenatus ad avaritiam, bonorum non suorum iniustus appetitor. Sunt enim haec publicanorum studia. Nihilo tamen minus ereptus fuit de officina iniquitatis, et praeter spem salvatus, vocante ipsum communi nostro servatore Christo, qui dixit ei: sequere me. At ille omnibus relictis secutus est eum. – Viden quam vere sapientissimus Paulus dicat, Christum venisse ob salvandos peccatores?

σίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας· καὶ περὶ τίνος ἄρα τοῦτό φησιν; ἆρα περὶ αὐτοῦ ἢ καὶ περὶ ἡμῶν; ἀληθὲς τοῦτό τε κἀκεῖνο· αὐτὸς μὲν γὰρ ὡς ἐνανθρωπήσας θεὸς, ὡς τοῦ νόμου κύριος, ἀφίησιν ἁμαρτίας· ἐλάβομεν δὲ καὶ ἡμεῖς παρ' αὐτοῦ τὴν οὕτω λαμπρὰν καὶ ἀξιοθαύμαστον χάριν· ἐστεφάνωσε γὰρ τὴν ἀνθρώπου φύσιν καὶ τῇ τοιᾷδε τιμῇ· καὶ γοῦν ἔφη τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· * ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅσα ἂν δήσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται δεδεμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ὅσα ἂν λύσητε ἐπὶ τῆς γῆς, ἔσται λελυμένα ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ πάλιν· * ἄν τινων ἀφῆτε τὰς ἁμαρτίας, ἀφίενται αὐτοῖς· ἄν τινων κρατῆτε, κεκράτηνται· πότε δὲ ταῦτα πρὸς αὐτοὺς εὑρίσκεται λέγων; ὅτε πατήσας τοῦ θανάτου τὸ κράτος καὶ ἐγηγερμένος ἐκ νεκρῶν, ἐνεφύσησεν αὐτοῖς λέγων· λάβετε πνεῦμα ἅγιον· ἀποδείξας γὰρ αὐτοὺς τῆς αὐτοῦ φύσεως κοινωνοὺς, καὶ ἐνοικίσας αὐτοῖς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τότε καὶ τῆς ἑαυτοῦ δόξης ἀπέφηνε κοινωνοὺς, δοὺς ἐξουσίαν ἀφιέναι τε καὶ κρατεῖν ἁμαρτίας· ὅτι τοίνυν ἡμεῖς αὐτὸ δὴ τοῦτο πληροῦν προστετάγμεθα, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον αὐτὸς ἀφίησιν ἁμαρτίας, ὁ δοὺς ἑτέροις τὴν ἐξουσίαν τοῦ δύνασθαι τοῦτο δρᾶν (1);

* Matth. XVIII. 18.
* Ioh. XX. 23.

Καὶ ἐθεάσατο τελώνην ὀνόματι Λευΐν. v. 27.

A. f. 88. b. B. f. 60. C. f. 116. b. H. f. 275.

Τελώνης γὰρ ἦν ὁ Λευῒς, ἀνὴρ ἄπληστος εἰς φιλοκερδείας, ἀχάλινος εἰς πλεονεξίαν, τῶν οὐδὲν αὐτῷ προσηκόντων ἄδικος ἐραστής· τοῦτο γὰρ τοῖς τελώναις τὸ ἐπιτήδευμα· ἀλλ' ἐξ αὐτῶν ἡρπάζετο τῶν τῆς ἀδικίας ἐργαστηρίων, καὶ σέσωσται παραδόξως, κεκληκότος αὐτὸν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἔφη γὰρ αὐτῷ, ἀκολούθει μοι· ὁ δὲ πάντα ἀφεὶς, ἠκολούθησεν αὐτῷ. – Ὁρᾷς ὡς ἀληθεύει λέγων ὁ σοφώτατος Παῦλος *, ὡς Χριστὸς ἦλθεν ἁμαρ-

v. 29. A. f. 89. H. f. 276. b.
* I. Tim. I. 15.

(1) Observent haeretici evidentem sacramenti paenitentiae institutionem, datamque a Christo sacerdotibus absolvendi a peccatis potestatem. Observent etiam Graeci quam sit datae a Christo auctoritati, et huic Cyrilli loquendi modo, magis consentanea formula apud Latinos potestativa *ego te absolvo in nomine* etc. quam Graecorum deprecatoria. Ceteroqui de hac formulae controversia copiose Arcudius de concord. lib. IV. cap. 3. et 4, et laudabili cum aequitate Goarius in adn. ad Euchologium gr. p. 351. Benedictus PP. XIV. in const. *etsi pastoralis* (bullar. eius T. I. p. 172.) ritus magis retinendi causa, quam aliquid definiendi, iubet ut graeci ipsi presbyteri, si necessitas urgeat, Latinos absolvant, formula tamen potestativa nostra; cui, si voluerint, superaddant etiam suam deprecatoriam.

τωλοὺς σῶσαι; ὁρᾷς ὡς σαρκωθεὶς ὁ μο-
νογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, τὰ σκεύη τοῦ διαβόλου
μετέστησεν εἰς ἑαυτόν; καὶ σέσωσται μὲν ὁ
Λευὶς, ἡμῖν δὲ τὸ πρᾶγμα χρηστὰς ἐνεποίησε
τὰς ἐλπίδας· ὡς γὰρ σώζει τὸ μετανοεῖν, ἐξ
αὐτοῦ τοῦ γεγονότος δεδιδάγμεθα· πιστώσεται
δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης θεὸς διὰ φω-
• Is. XLV. 22. νῆς προφήτου λέγων· * ἐπιστράφητε πρός με,
καὶ σωθήσεσθε οἱ ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς· ἀλλ'
οὐδὲν τούτων τοὺς φαρισαίους ἐνέτρεψεν· ἀλλ'
ἐγκαλοῦσι τοῖς μαθηταῖς· ἄκουε γάρ·

v. 30. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ φαρισαῖοι πρός τους μαθητὰς αὐτοῦ λέγοντες κ. τ. λ.

A. f. 89. C. f. 117. G. f. 11. b. H. f. 277. b.
Ἀλλ' εἰσί τινες οἱ τῆς θείας γαληνό-
τητος ἐπιχειροῦντες ἀποστερεῖν τοὺς ταῖς ἁμαρ-
τίαις ἐνειλημμένους· οὐ γὰρ παραδέχονται
τὴν μετάνοιαν, ἀλλ' οἷον ἐπιτιμῶσι τῷ σώ-
ζοντι, ζητοῦντι τὰ ἑαυτοῦ, καὶ πανταχόθεν
συλλέγοντι τὸ ἐσκορπισμένον· πρὸς οὓς ἐροῦ-
μεν· ἐγόγγυζον πρὸ ὑμῶν οἱ φαρισαῖοι,
κεκλημένον ὁρῶντες τὸν Λευὶν, καὶ τελωνῶν
ὄχλον συνηγερμένων καὶ συνεστιωμένων τῷ
πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ· εἶτα προσιόν-
τες τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, κατῃτιῶντο λέ-
γοντες· διὰ τί μετὰ τῶν τελωνῶν ἐσθίετε καὶ
v. 31. πίνετε; ἀλλ' ἤκουον, οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ
ὑγιαίνοντες ἰατροῦ· ὁ γὰρ τῶν ὅλων σωτὴρ,
ἅτε δὴ ἰατρὸς ὑπάρχων πνευμάτων, οὐκ
ἀποφοιτᾷ τῶν δεομένων αὐτοῦ, καὶ ὡς διασμῆ-
ξαι δυνάμενος, τοῖς οὔπω κεκαθαρμένοις
οἰκονομικῶς συνηυλίζετο· ἴδωμεν δὲ φαρι-
σαῖε τοῦ σοῦ φρονήματος τὴν ἀγερωχίαν· ὁποίων
σοι γεγονέναι αἰτιαμάτων πρόξενος ἡ κατὰ τῶν
ἐν ἁμαρτίαις ὀφρὺς, αὐτὸν λάβωμεν ἐξη-
γητὴν τὸν πάντα εἰδότα Χριστόν· ἔφη γὰρ
περὶ φαρισαίου μεγαλαυχοῦντος ἐν τῷ προσ-
εύχεσθαι, καὶ τελώνου τινὸς ἑαυτοῦ κατηγο-
• Luc. XVIII. 14. ροῦντος· * ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι κατέβη δε-
δικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, παρ' ἐκεῖ-
νον τὸν φαρισαῖον· ἆρ' οὖν δεδικαίωται ὁ τε-
λώνης, ὁμολογήσας τὴν ἁμαρτίαν ὑπὲρ τὸν
• al. cod. ὑπερόφρυν. ὑπερόπτην * φαρισαῖον. — Δι' ἣν δὲ αἰτίαν
v. 31. B. f. 60. ἐπιλαμβάνονται οἱ φαρισαῖοι τοῦ σωτῆρος
• Lev. XI. 47. ἁμαρτωλοῖς συνεσθίοντος; ὅτι νόμος ἦν *
διαστέλλειν ἀνὰ μέσον ἁγίου καὶ βεβήλου, τοῦτ-
έστιν ἡγιασμένον μὴ συναναμίγνυσθαι βεβή-

Viden ut humanatum unigenitum Dei Verbum, vasa diaboli ad se transtulit? Et salvatus est quidem Levi, nobis vero haec res bonam spem creavit. Nam quod paenitentia salvet, ex acta re docti fuimus. Sed et ipse universalis dominus Deus prophetae voce testabitur dicens: convertimini ad me, atque ab extremis usque terrae salvabimini. Sed nihil horum pharisaeos permovit; quin immo exprobrabant discipulis. Audi enim:

Et murmurabant scribae eorum et pharisaei, dicentes ad discipulos eius etc.

At sunt nonnulli, qui divina clementia spoliare nituntur illos qui peccatis se implicuerunt. Non enim paenitentiam admittunt, sed quodammodo obiurgant salvantem, sua quaerentem, atque undique colligentem quod dispersum est. Quos ita nos affabimur. Murmurarunt ante vos pharisaei, vocatum cernentes Levim, et publicanorum turbam congregatorum, et cum communi nostro servatore Christo epulantium. Accedentes deinde ad sanctos apostolos expostulabant dicentes: cur cum publicanis vescimini ac bibitis? Sed responsum acceperunt: non est opus medico valentibus. Namque omnium Servator, utpote spirituum medicus, non fugit a quaerentibus se; sed quia abluere poterat, prudente consilio cum nondum mundis conversabatur. Nunc videamus, pharisaee, mentis tuae tumorem. Quanto tibi crimini adscripta fuerit tua adversus peccatores superbia, ipsum audiamus narrantem, qui omnia novit, Christum. Dixit enim de pharisaeo inter orandum gloriante, et de publicano semet accusante: amen dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam, prae illo pharisaeo. En ergo iustus evasit publicanus suum confessus peccatum, magis quam superbus pharisaeus. – Quam ob rem reprehendunt pharisaei Servatorem cum peccatoribus vescentem? Quia lege cautum erat, ut inter sanctum et profanum distingueretur, id est ut res sanctifi-

cata cum polluta non commisceretur. Hanc illi tuentes legem, accusabant; reapse autem livor erat adversus Dominum, et cavillatio. Declarat ergo illis, se nunc haud iudicem adesse, sed medicum: agitque medici officium cum illis versans qui medela egebant. A prima ergo criminatione repulsi, aliam intendunt, causantes quod discipuli non ieiunarent, atque hinc occasionem Iesum quoque calumniandi captantes.

Et videsis malitiae illorum perseverantiam. Postquam primae interrogationi suae responsum acceperant, ad aliam transeunt, ansam omnino quaerentes accusandi sanctos discipulos et ipsum cum illis Iesum, quod legem Moysis pensi non haberent. Sed reponsum audiunt: nunc nuptiae sunt, tempus est vocationis, tempus magisterii: educantur pueri, lactantur vocati, non est ieiunandi tempus. Utique vos, aiunt, cum publicanis ac peccatoribus convivamini; quum tamen lex vetet quominus purus misceatur impuris. Et quidem ut legem transgrediamini, caritatem erga homines obtentui habetis. Cur ergo saltem non ieiunatis, ut pii homines solent et ex legis norma viventes? Atqui ad haec respondere sic licet. Ain vero, satisne tu nosti, o iudaee, ieiunandi rationem? Ieiunasti ne aliquando iuxta Dei voluntatem? Immo potius, ut ait Isaias, ieiuniorum vestrorum tempore voluntates vestras invenitis, omnesque subditos vestros compungitis. Si ad lites contentionesque ieiunatis, et humilem pugno percutitis, cur mihi inquam ieiunatis? Haud ego tale ieiunium elegi, dicit Dominus. Age vero quomodo tu qui ieiunandi rationem ignoras, sanctos incusas apostolos, quia ex norma tua non ieiunant? Sed et alioqui, hi qui in novo Christi foedere sunt instituti, ieiunant rationaliter; videlicet se ipsos deprimentes ante oculos Dei, sibique voluntariam poenam imponentes, adflictionem cibique abstinentiam, ut culparum veniam referant, vel certe aliud lucrentur spiritale donum, vel denique peccati legem

λοις· τοῦτον ἐκδικοῦντες δῆθεν τὸν νόμον ἐνεκάλουν· τὸ δὲ ἦν φθόνος κατὰ τοῦ κυρίου, καὶ φιλοσκωμμοσύνη· δείκνυσιν οὖν αὐτοῖς, ὅτι οὐχ ὡς κριτὴς πάρεστι νῦν, ἀλλ᾽ ὡς ἰατρός· καὶ ποιεῖ τὸ ἐπιβάλλον τῇ ἰατρικῇ, συνὼν τοῖς ἰάσεως δεομένοις· ἐπειδὴ δὲ τῆς πρώτου τὸν λόγον ἐδέξαντο, καὶ ἕτερον προστιθέασιν αἰτιώμενοι τὸ μὴ νηστεύειν τοὺς μαθητὰς, ἐντεῦθεν βουλόμενοι πορίσασθαι λαβὴν κατ᾽ αὐτοῦ.

Ὅρα δὲ τὴν ἐπιμονὴν τῆς κακουργίας αὐτῶν· ἐπειδὴ τοῦ πρώτου τὸν λόγον ἐδέξαντο, ἀπ᾽ ἄλλων εἰς ἄλλα μεταβαίνουσι, βουλόμενοι λαβὴν ποιήσασθαι καὶ ἀποφῆναι τοὺς ἁγίους μαθητὰς, καὶ αὐτὸν δὲ σὺν αὐτοῖς τὸν Ἰησοῦν, ὀλίγα τοῦ νόμου πεφροντικότας· ἀλλ᾽ ἀκούουσι πάλιν, νυμφών ἐστι νῦν, καιρὸς κλήσεως, καιρὸς διδασκαλίας· ἀνατρέφονται οἱ παῖδες, γαλουχοῦνται οἱ κεκλημένοι, οὐκ ἔχει καιρὸν ἡ νηστεία· ναὶ γάρ φασι συνεστιᾶσθε τελώναις καὶ ἁμαρτωλοῖς, καίτοι τοῦ νόμου προστάττοντος μὴ συναναμίγνυσθαι τοῖς ἀκαθάρτοις τὸν καθαρόν· καὶ πρόφασις ὑμῖν τοῦ παραβαίνειν τὸν νόμον, ἡ φιλανθρωπία γέγονε· διὰ τί μὴ νηστεύετε κατά γε τὸ εἰωθὸς τοῖς ἐπιεικέσι καὶ ζῆν ἐθέλουσι νομικῶς; πρὸς δὲ τὰ τοιαῦτα, φαίη τίς ἄν· ὅλως γὰρ οἶδας ὦ ἰουδαῖε τὴν νηστεύειν τὴν ὁδόν; νενήστευκας ποτὲ κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ; ὡς γάρ φησιν ὁ προφήτης Ἡσαΐας*, ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν νηστειῶν ὑμῶν εὑρίσκετε τὰ θελήματα ὑμῶν, καὶ πάντας τοὺς ὑποχειρίους ὑμῖν ὑπονύσσετε· εἰ εἰς κρίσεις καὶ μάχας νηστεύετε, καὶ τύπτετε πυγμαῖς ταπεινὸν, ἵνα τί μοι νηστεύετε; οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐξελεξάμην, λέγει κύριος· εἶτα, πῶς ὁ νηστεῦσαι μὴ εἰδὼς, αἰτιᾷ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ὅτι μὴ νηστεύουσι κατὰ σέ; καὶ καθ᾽ ἕτερον δὲ τρόπον οἱ διὰ τῆς νέας καὶ ἐν Χριστῷ διαθήκης σεσοφωμένοι, νηστεύουσι λογικῶς· τοῦτο μὲν, ταπεινοῦντες ἑαυτοὺς ἐν ὀφθαλμοῖς τοῦ θεοῦ, καὶ αὐτόβλητον ὥσπερ ἐφ᾽ ἑαυτοῖς ἄγοντες δίκην, τὴν ἀπό γε τοῦ πόνου καὶ τῆς ἀσιτίας, ἵνα πλημμελημάτων ἀμνηστίαν κομίσωνται, ἢ γοῦν ἕτερον χάρισμα κερ-

A. f. 89. b.
B. f. 60.
H. f. 278. b.

* Is. LVIII. 3.

δάνωσι πνευματικὸν, ἢ καὶ τὸν τῆς ἁμαρτίας κατανεκροῦντες νόμον τὸν ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκός· ταύτην δὲ οὐκ οἶσθα τὴν ὁδὸν ὦ φαρισαῖε· οὐ γὰρ παρεδέξω τὸν ἐξ οὐρανοῦ νυμφίον, τὸν ἁπάσης ἀρετῆς σπορέα καὶ διδάσκαλον, δηλονότι Χριστόν· ἔτι οἱ μὲν ἅγιοι διὰ τοῦτο νηστεύουσιν, ἵνα κατατήκοντες τὸ σῶμα, κατευνάσωσι τὰ ἐν αὐτῷ πάθη· ὁ δὲ Χριστὸς οὐ χρείαν εἶχε νηστείας πρὸς κατόρθωσιν ἀρετῆς, παντὸς ὢν πάθους, ὡς Θεὸς, ἐλεύθερος· πλὴν οὔτε οἱ συνόντες αὐτῷ, μεταλαμβάνοντες τῆς δι' αὐτοῦ χάριτος, καὶ ἰσχυροποιούμενοι, καὶ τὴν ἀρετὴν ἐργαζόμενοι καὶ δίχα νηστείας· εἰ δὲ καὶ ἐνήστευσε τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας, οὐχ ἵνα νεκρώσῃ ἐν ἑαυτῷ τὰ πάθη, ἀλλ' ἵνα τοῖς ἀνθρώποις τὸν τῆς ἐγκρατείας ἐν ἑαυτῷ διαγράψῃ νόμον· εἰκότως τοίνυν ἀπολογεῖται λέγων ταῦτα ἅπερ ἐπάγει ὁ εὐαγγελιστής.

in carnis membris mortificent. Hanc tu ignoras, pharisaee, viam: non enim admisisti venientem de caelo sponsum, virtutis omnis satorem ac magistrum, Christum scilicet. Praeterea sancti quidem ideo ieiunant, ut corpus macerantes, perturbationes eius sedent. Christus autem haud indiguit ieiunio ob implenda virtutis officia, quum cuiuslibet perturbationis utpote Deus expers esset: neque item ieiunio indigebant familiares eius, postquam eiusdem gratiam participaverant, eaque fuerant roborati, ideoque absque etiam ieiunio virtutem exercebant. Quod si nihilominus quadraginta diebus ieiunavit Christus, haud sane ob eam causam ut in se passiones mortificaret, sed ut hominibus continentiae legem exemplo suo describeret. Merito igitur defendit se, dicens ea verba quae subiicit evangelista.

v. 34. Ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· μὴ δύνασθε τοὺς υἱοὺς τοῦ νυμφῶνος, ἐν ᾧ ὁ νυμφίος μετ' αὐτῶν ἐστι, ποιῆσαι νηστεύειν;

Quibus ipse ait: num potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus, facere ieiunare?

A. f. 90. H. f. 279. b. Ἄθρει δή μοι πάλιν, πῶς αὐτοὺς ἀποφαίνει Χριστὸς οὐ μετεσχηκότας τῆς ἑορτῆς, ἀλλ' ἠμοιρηκότας εἰσάπαν τῆς ἐπ' αὐτῷ θυμηδίας, ἔξω τε κειμένους πανηγύρεως οἰκουμενικῆς· πανήγυρις γὰρ, καὶ ἕτερον οὐδὲν, ἡ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν εἰς τόνδε τὸν κόσμον ἀνάδειξις, καθάπερ τινὰ νύμφην συνάπτουσα νοητῶς αὐτῷ τὴν ἀνθρώπου φύσιν· ἵν' ἡ πάλαι στεῖρα, εὔκαρπος γένηται καὶ γονιμωτάτη· οὐκοῦν τοῦ μὲν νυμφῶνος υἱοὶ πάντες, ὅσοι κέκληνται παρ' αὐτοῦ διὰ τοῦ νέου τε καὶ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος· οὐκέτι δὲ καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι, μόνῃ A. f. 90. H. f. 180. b. προσέχοντες τῇ τοῦ νόμου σκιᾷ. — Ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ τοῖς τοῦ νυμφῶνος υἱοῖς συγκεχώρηκε τὸ ὡς ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ μὴ χρῆναι πονεῖν, ὡς ἑορτὴν τελοῦντας πνευματικὴν, ἵνα μὴ ἀπόβλητος ἡ νηστεία γένηται παρ' ἡμῖν εἰς ἅπαν, οἰκονομικώτατα λίαν ἐπιφέρει λέγων·

Observa mihi rursus, quomodo ipsos arguit Christus sollemnitatis non esse participes, sed omnino eiusdem gaudio cariturus, extra oecumenicam panegyrim positos. Nam nihil aliud nisi panegyris fuit Servatoris nostri in hunc mundum ostensio, qua veluti quamdam sponsam sibi intellectualiter copulavit hominis naturam: ut quae olim sterilis erat, fructuosa deinceps et foecundissima fieret. Igitur sponsi filii omnes sunt, qui ab eo vocati fuerunt nova et evangelica praedicatione: non tamen scribae ac pharisaei, qui legis umbrae unice adhaerent. – Postquam vero semel concessit sponsi filiis quominus pro tempore et rei usu haud se affligerent, utpote qui spiritalem sollemnitatem agerent; ne nobis abiiciendum prorsus videretur ieiunium, prudentissime pergit dicere:

v. 35. Ἐλεύσονται δὲ ἡμέραι καὶ ὅτε ἀπαρθῇ ἀπ' αὐτῶν ὁ νυμφίος· τότε νηστεύσουσιν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις.

Venient autem dies cum ablatus fuerit ab ipsis sponsus, tunc ieiunabunt illis diebus.

A. f. 90. H. f. 280. b. Πάντα γὰρ καλὰ ἐν καιρῷ αὐτῶν· τί δέ ἐστι τὸ ἀρθῆναι ἀπ' αὐτῶν τὸν νυμφίον; τὸ ἀναληφθῆναι δηλονότι.

Cuncta enim si suo tempore fiant, bona sunt. Quid est enim auferri ab ipsis sponsum? nimirum in caelum adsumi.

Dicebat autem et similitudinem illis etc.

Quod ab iis qui legalis vitae generi adhaerent, admitti nequeant Christi constituta, neque cordibus capi hominum qui nondum a sancto Spiritu renovationem sint nacti, demonstrat Dominus dicens: non posse vetus vestis segmentum in novam vestem inmitti; neque veteres utres vinum novum capere posse. Senuerat iam foedus primum, nec reprehensione carebat. Ergo qui huic adhaerent, et antiquatum praeceptum mente adhuc tenent, Christi novitatem non possunt participare; namque omnia in eo facta sunt nova. Marcidam ergo mentem habentes, concordare aut conciliari novi foederis sacerdotibus nequeunt. Atqui per unum de sanctis prophetis dixit alicubi de ipsis universalis Deus: cor novum spiritumque novum dabo ipsis. Canit etiam David: cor mundum crea in me, Deus; et spiritum rectum innova in visceribus meis. Praeterea iussi sumus veterem hominem exuere, novumque induere, ad sui creatoris imaginem renovatum. Suadet quoque Paulus dicens: nolite conformari huic saeculo, sed transformamini novitate mentis vestrae, ut probetis quae sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta. Igitur qui spiritus nondum sunt adepti renovationem, ne probare quidem sciunt, quae sit voluntas Dei bona et beneplacens et perfecta. Est ergo vetus utriculus, Iudaeorum cor, neque propterea novum capit vinum, id est evangelicam salutaremque legem, quae hominis cor laetificat. Nos autem huiusmodi bonis redundantes Christus effecit.

Ἔλεγε δὲ καὶ παραβολὴν πρὸς αὐτούς κ. τ. λ. v. 36.

Ὅτι δὲ ἀπαράδεκτα τοῖς τὴν νομικὴν ἔχου- A. f. 90. b. B. f. 60. b. G. f. 12. H. f. 281.
σιν ἀγωγὴν τὰ διὰ Χριστοῦ θεσπίσματα, καὶ
ἀχώρητά πως εἰσὶν ἀνθρώπων καρδίαις οὔπω
λαχούσαις τὸν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἀνακαι-
νισμὸν, διαδείκνυσι λέγων ὁ κύριος· μὴ δύνα-
σθαι ῥάκος ἱματίου καινῷ προσβάλλεσθαι· μήτε
μὴν ἀσκοὺς παλαιοὺς οἶνον νέον δύνασθαι χω-
ρεῖν· πεπαλαίωται μὲν γὰρ ἡ πρώτη διαθήκη,
καὶ οὐκ ἦν ἄμεμπτος· οὐκοῦν οἱ ταύτῃ προσκα-
θήμενοι, καὶ τὴν γηράσασαν ἐντολὴν εἰς νοῦν
ἔχοντες, ἀμέτοχοι μέν εἰσι τῆς ἐν Χριστῷ και-
νότητος· πάντα γὰρ γέγονεν ἐν αὐτῷ καινά· * * II. Cor. V. 17.
σεσαθρωμένην δὲ τὴν διάνοιαν ἔχοντες, ἀσύμ-
βατοί τε καὶ ἀσυναφεῖς εἰσι τοῖς τῆς νέας δια-
θήκης ἱερουργοῖς· καὶ γοῦν δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων
προφητῶν * ἔφη που περὶ αὐτῶν ὁ τῶν ὅλων *Ezech. XXXVI. 26.
θεὸς, ὅτι καρδίαν καινὴν, καὶ πνεῦμα καινὸν
δώσω ἐν αὐτοῖς· ψάλλει δὲ καὶ Δαβίδ· * καρ- * Ps. L. 12.
δίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ, ὁ θεὸς, καὶ
πνεῦμα εὐθὺ ἐγκαίνισον ἐν τοῖς ἐγκάτοις
μου· προστετάγμεθα δὲ * καὶ ἀποδύσασθαι μὲν τὸν * Coloss. III. 9.
παλαιὸν ἄνθρωπον, ἐνδύσασθαι δὲ τὸν νέον, τὸν
ἀνακαινούμενον κατ' εἰκόνα τοῦ κτίσαντος
αὐτόν· συμβουλεύει δὲ καὶ Παῦλος λέγων· * μὴ * Rom. XII. 2.
συσχηματίζεσθε τῷ αἰῶνι τούτῳ, ἀλλὰ με-
ταμορφοῦσθε τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς ὑμῶν,
εἰς τὸ δοκιμάζειν ὑμᾶς τί τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ
τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον· οὐκοῦν οἱ
μήπω τὸν ἐν πνεύματι λαχόντες ἀνακαινι-
σμὸν, οὐδὲ δοκιμάζειν ἴσασι τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ
τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον καὶ τέλειον· ἀσκὸς τοι-
γαροῦν παλαιὸς, ἡ τῶν Ἰουδαίων καρδία· καὶ οὐ
κεχώρηκε διὰ τοῦτο τὸν οἶνον τὸν νέον, τουτέστι τὸ
εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον θέσπισμα, τὸ καρ-
δίαν εὐφραῖνον ἀνθρώπου· * ἡμᾶς δὲ μεστοὺς * Iudic. IX. 13.
τῶν τοιούτων ἀγαθῶν ἀπέφηνεν ὁ Χριστός.

Cap. VI.

Cur facitis quod non licet in sabbatis facere?

Adhuc novum foedus nobis Deus promittit, ceu iam veterascente priore, et propediem abolendo, iuxta divi Pauli dictum. Et quidem per unum de sanctis prophetis

ΚΕΦ. ϛʹ. (1)

Τί ποιεῖτε ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν ἐν τοῖς σάββασι; v. 2.

Ἔτι καινὴν διαθήκην ἡμῖν ὑπισχνεῖται A. f. 91. b. B. f. 61. b H. f. 284. b.
θεὸς, ὡς παλαιωθείσης τῆς πρώτης, καὶ ἐγγὺς
γινομένης ἀφανισμοῦ, κατὰ τὴν τοῦ θεσπεσίου Παύ-
λου φωνήν· * καίγε φησὶ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προ- * Hebr. VIII. 13.

(1) Divus Thomas in catena habet Cyrilli particulam etiam ad v. 1. « Cyrillus. Duplex enim erat festum; et principalis festi, et alterius sollemnitatis sabbati. »

* Hier. XXXI. 31. φητῶν· * « ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα, διαθήκην καινήν· οὐ κατὰ τὴν διαθήκην ἣν διεθέμην τοῖς πατράσιν αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ ἐπιλαβομένου μου τῆς χειρὸς αὐτῶν, τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου· οὐκοῦν εἰ ἑτέρα παρὰ τὴν πρώτην ἐστὶ καὶ δευτέρα ἡ καινὴ, πᾶσα πως ἀνάγκη τοὺς ἀποπεραίνειν αὐτὴν ἐθέλοντας οὐχὶ τοῖς ἀρχαίοις κεχρῆσθαι νόμοις, ἀλλὰ τοῖς εἰς καινότητα πολιτείας εὐαγγελικῆς ἀποφέρειν εἰδόσιν· ἀλλ' οὐδὲν τῶν τοιούτων εἰς νοῦν ἐσχηκότας ἔνεστιν ἰδεῖν τοὺς γραμματέας τε καὶ φαρισαίους· ἀνεπιστήμονες γὰρ παντελῶς τῶν ἱερῶν εἰσὶ γραμμάτων· εἷς δὲ γέγονεν αὐτοῖς ὁ σκοπὸς, τὸ διασύρειν ἀεὶ τὸ θεῖον τε καὶ οὐράνιον κήρυγμα· ἐφεδρεύουσι γοῦν τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, ἑπομένοις ἀδιασπάστως τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, καὶ φασὶν αὐτῷ περὶ αὐτῶν· ἰδοὺ τοῖς νομικοῖς ἐντάλμασιν ἐναντιουμένους ὁρῶμεν τοὺς ὑπὸ σοῦ παιδαγωγουμένους· δρῶσι γὰρ ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν τοῖς σάββασι· τοῦ γὰρ νόμου κελεύοντος ἀργεῖν ἐν σαββάτῳ, καὶ μηδενὸς παντάπασιν ἅπτεσθαι πόνου, περιτρίβουσι ταῖς χερσὶν ἀστάχυας οἱ μαθηταί· σὺ δὲ αὐτὸς, εἰπέ μοι, τὴν σαββατικὴν σαυτῷ τράπεζαν παραθεὶς, οὐ συνθραύεις τὸν ἄρτον; τί οὖν ἑτέρους αἰτιᾷ; ἵνα δέ σοι καὶ αὐτοὺς ἐπιτειχίσωμεν τοῦ σωτῆρος τοὺς λόγους, ἄκουε·

v. 3. Καὶ ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· οὐδὲ τοῦτο ἀνέγνωτε ὃ ἐποίησε Δαβίδ; κ. τ. λ.

A. f. 91. b. B. f. 61. b. H. f. 284. b. Ἀλλὰ καί τοι ταῦτα πεπραχὼς ὁ Δαβὶδ, παρά γε τὸ τῷ νόμῳ δοκοῦν, τοῦ παντὸς παρ' ἡμῖν ἀξιοῦται θαύματος, ὀρθῶς καὶ δικαίως· καὶ γὰρ ἦν ἀληθῶς ἅγιος καὶ προφήτης· οὐκοῦν τοῦ διὰ Μωϋσέως νόμου
* Deut. I. 16. φάσκοντος ἐναργῶς *, κρίμα δίκαιον κρίνατε, καὶ οὐ λήψῃ πρόσωπον ἐν κρίσει. πῶς τοὺς ἐμούς, φησι, κατεκρίνατε μαθητὰς, καὶ εἰς δεῦρο θαυμάζοντες ὡς ἅγιον καὶ προφήτην τὸν μακάριον Δαβὶδ, καί τοι τὴν Μωϋσέως ἐντολὴν οὐ τετηρηκότα; — Διὰ μὲν
A. f. 92. H. f. 287. οὖν τῶν ἄρτων, σαφῶς ὁ ἄρτος ἡμῖν ὁ ἐξ οὐρανοῦ δείκνυται προκεισόμενος ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν· ὅσα δὲ σκεύη τῆς τραπέζης, δι' ὧν ἡ μυστικὴ χρεία πληροῦται,

iam dixerat Deus: « ecce dies veniunt, dicit Dominus, et faciam cum domo Israhelis et cum domo Iudae foedus novum; non secundum foedus quod pepigi cum patribus eorum, die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de regione Aegypti. » Si ergo diversum a priore est hoc alterum foedus, prorsus necesse est eos qui ipsum exsequi volunt, haud iam veteribus uti legibus, sed iis potius quae ad evangelicae vitae novitatem transferre queunt. Atqui nihil huiusmodi mente volutare scribas et pharisaeos apparet: quippe qui sacrarum litterarum omnino sunt imperiti; unum vero illis inest studium obtrectandi semper divinae ac caelesti praedicationi. Insidiantur itaque sanctis apostolis omnium nostrûm servatorem Christum inseparabiliter sequentibus, aiuntque huic de ipsis: en legis praeceptis adversantes videmus alumnos tuos; nam quae sabbatis non licent, faciunt; si quidem iubente lege otiari sabbato, nullumque omnino laborem attingere, spicas manibus contundunt discipuli. Ain vero tu ipse, (o pharisaee) cum sabbaticam tibi exhibes mensam, nonne panem confringis? Cur ergo alios criminaris? Ut autem ipsa tibi Servatoris verba opponamus, audi:

Respondensque eis Iesus ait: ne hoc quidem legistis quod fecit David? etc.

Atqui etiamsi haec contra legis omnino placitum David egit, in summa apud nos aestimatione est, iure meritoque; nam sanctus vere prophetaque erat. Ergo quum Moysis lex diserte iubeat, aequo iure iudicare, neque alicuius personae respectum in iudicio habere, cur nam meos, inquit, condemnastis discipulos; quum nihilominus suspiciatis in sancti prophetaeque loco beatum Davidem, qui Moysis praeceptum non servavit? – Panibus illis (propositionis) manifeste denotatur nobis caelestis panis in sanctis postea mensis proponendus. Quotquot autem vasa ad mysticum mensae usum adhibebantur, ea sacrorum apud nos cime-

liorum typus perspicuus erant. – Spiritaliter autem (duodecim panibus) duodecim significantur apostoli, de quibus infra dicetur, cum ad ipsos discipulos sermo noster deveniet (1).

Et docebat. Eratque ibi homo, cuius manus dextera erat arida.

Docebat prorsus superiora intellectui, et quae viam salutis a se dandam audientibus patefaciebant. Deinde doctrinae consentaneam statim faciebat demonstrationem dignae Deo potentiae, postquam verbis viam fidei quodammodo complanasset. Nam miraculum aliquando ad fidem convertit, etiamsi forte verbis non credatur. Pharisaei interim observabant eum, num sabbato curaret. Sic enim comparatus est homo lividus: aliorum bonam famam morbo suo escam facit, et alienae gloriae irascitur inique. Quid autem ad haec rursus is qui omnia scit, qui corda scrutatur et quae intra ea sunt cognoscit? nam lux cum illo est, ut ait scriptura. Dixit aridam manum habenti: consiste in medio. Cur autem ita fieri voluit? Fortasse ut ad misericordiam provocaret crudelem et immitem pharisaeum: fortasse etiam ut hominis morbus illos permoveret, et invidiae flammam omittere suaderet.

Interrogabo vos, utrum liceat sabbatis benefacere an male? etc.

Multo sapientissima interrogatio, et idonea contra illorum stultitiam propositio. Nam si licet benefacere in sabbato, nihilque impedit quominus Deus aegrotantium misereatur, desine captare calumniandi Christum occasiones, atque in caput tuum illam attrahere poenam, quam pater adversus filii sui contemptores intentam habet. Audisti illum voce Davidis dicentem: concidam a facie ipsius inimicos eius, et odientes eum in fugam convertam. Si vero non licet sabbato benefacere, et si lex vetat vitam alicuius servari, factus es legis-

(1) Nempe in hoc capitulo v. 13. p. 189.

τῶν θείων κειμηλίων τύπος ἂν εἴη σαφής. – Πνευματικῶς δὲ τοὺς δώδεκα ἀποστόλους· περὶ ὧν ἑξῆς δὲ εἰρήσεται, ὅτε εἰς αὐτοὺς δὴ τοὺς μαθητὰς ἡμῖν ὁ λόγος παρελεύσεται.

Καὶ ἐδίδασκεν· καὶ ἦν ἐκεῖ ἄνθρωπος, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἡ δεξιὰ ἦν ξηρά. v. 6.

Ἐδίδασκε δὲ πάντως που τὰ ὑπὲρ νοῦν, καὶ ὅσα τῆς δι' αὐτοῦ σωτηρίας ἐμφανῆ καθίστη A. f. 92. b. B. f. 61. b. G. f. 12. b. H. f. 288. b.
τὴν ὁδὸν τοῖς ἀκροωμένοις· εἶτα τὴν μυσταγωγίας ἑπομένην εὐθὺς τῆς θεοπρεποῦς ἰσχύος ἐποιεῖτο τὴν ἐπίδειξιν, μονονουχὶ καταλεαίνων τῷ λόγῳ τὴν εἰς τὸ πιστεύεσθαι τρίβον· μεθίστησι γὰρ ἔσθ' ὅτε τὸ θαῦμα πρὸς πίστιν, κἂν ἀπιστῆται λόγος· Φαρισαῖοι δὲ v. 7.
παρετηροῦντο αὐτὸν, εἰ ἐν σαββάτῳ θεραπεύσει· τοιοῦτος γάρ ἐστι βάσκανος ἀνὴρ, τὰς ἑτέρων εὐφημίας τροφὴν ποιεῖται τῇ νόσῳ, καὶ ταῖς ἑτέρων εὐκλείαις ἀδίκως ἐπιμαίνεται· καὶ τί πρὸς τοῦτο πάλιν ὁ πάντα εἰδὼς, ὁ τὰς καρδίας ἐτάζων καὶ γινώσκων τὰ ἐν αὐταῖς; τὸ γὰρ φῶς μετ' αὐτοῦ ἐστὶ, κατὰ τὸ γεγραμμένον. * Εἶπε τῷ ξηρὰν ἔχοντι * Dan. II. 22. v. 8.
τὴν χεῖρα, στῆθι εἰς τὸ μέσον· καὶ τίς ὁ λόγος τοῦ πράγματος; τάχα ὅπως καλέσῃ πρὸς ἔλεον, τὸν ἀπηνῆ καὶ ἀφιλοικτείρμονα Φαρισαῖον· τάχα δυσωπήσειε τὸ πάθος αὐτοὺς, καὶ τὰς τοῦ φθόνου φλόγας ἠρεμεῖν ἀναπείσειε.

Ἐπερωτήσω ὑμᾶς τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν ἀγαθοποιῆσαι, ἢ κακοποιῆσαι; κ. τ. λ. v. 9.

Σοφωτάτη δὲ λίαν ἡ πεῦσις, πρέπουσα A. f. 92. b. H. f. 289.
ταῖς ἐκείνων ἀβελτηρίαις ἡ πρότασις· εἰ μὲν γὰρ ἔξεστιν ἀγαθοποιεῖν ἐν σαββάτῳ, καὶ τὸ κωλύον οὐδὲν ἐλεεῖσθαι παρὰ θεοῦ τοὺς κάμνοντας, παῦσαι συλλέγων τὰς κατὰ Χριστοῦ συκοφαντίας τὰς ἀφορμὰς, καὶ τῆς σαυτοῦ κεφαλῆς καταχέων τὴν δίκην, ἣν ἐπήρτησεν ὁ πατὴρ τοῖς ἀτιμάζουσι τὸν υἱόν· ἤκουσας λέγοντος περὶ αὐτοῦ διὰ φωνῆς τοῦ Δαβίδ· * καὶ συγκόψω τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ ἀπὸ * Ps. LXXXVIII. 24.
προσώπου αὐτοῦ, καὶ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι· εἰ δὲ οὐκ ἔξεστιν εὖ ποιεῖν ἐν σαββάτῳ, καὶ κεκώλυκεν ὁ νόμος σώζεσθαι

ψυχήν, γέγονας τοῦ νομοθέτου κατήγορος· διαβέβληκας ἐντολήν, ἐφ' ᾗ καὶ τεθαύμασται ἡ διὰ Μωϋσέως διακονία· ἀλλ' οὐχ' ἑαυτῷ φησιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τὸν ἐπὶ τῷ σαββάτῳ τέθεικε νόμον, ἡμῖν δὲ μᾶλλον τοῖς ὑπέχουσιν αὐτῷ τὸν αὐχένα· καλῶς ἔφης· ἐπαινῶ σου λόγους· οὐκοῦν ἀνάγκης καὶ νόμου τὸ θεῖον ἐλεύθερον· πῶς οὖν αἰτιᾷ καὶ ἐν σαββάτῳ Χριστὸν ἐλεεῖν ἐθέλοντα καὶ εὐεργετοῦντα ψυχήν; ὅταν δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τῷ σαββάτῳ τεθέντα νόμον πολυπραγμονεῖν ἐθέλωμεν, ἐλεημοσύνης ἕνεκα τὸν παρὰ Θεοῦ διωρισμένον εὑρήσομεν· ἐκέλευσε γὰρ ἀργεῖν ἐν σαββάτῳ, καὶ μηδενὸς τὸ σύμπαν ἅπτεσθαι πόνου, ἀνίεσθαι δὲ μᾶλλον καὶ αὐτοῖς ὁμοῦ
* Deut. V. 14. τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων· ἔφη γὰρ * ὅτι ἵνα ἀναπαύσηται ὁ παῖς σου καὶ ἡ παιδίσκη σου, ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνος σου· ὁ δὲ καὶ βοῦν ἐλεῶν, καὶ τὰ ἕτερα τῶν κτηνῶν, πῶς οὐκ ἂν ἠλέησεν ἄνθρωπον ἐν σαββάτῳ, δεινῇ καὶ ἀφύκτῳ περιπεσόντα νόσῳ;

latoris accusator: praeceptum reprehendis, cuius tamen causa, Moysis ministerium in honore est. Atqui non sibi, inquit, universalis Deus sabbati legem statuit, sed nobis potius qui ei cervicem subiectam habemus. Recte ais; verba laudo. Ergo Deus necessitate simul et lege caret. Cur itaque Christum insimulas, misereri volentem, et alicuius vitam salvare? Quin adeo si sabbati ipsam legem vestigare velimus, misericordiae causa a Deo praescriptam comperiemus. Otiari enim sabbato mandavit, nullumque omnino laborem attingere, immo et ipsis ratione carentibus bestiis requiem concedere. Edixit enim: ut nimirum requiescat famulus tuus ac famula, bos tuus ac iumentum tuum, et tui iuris animal quodlibet. Iam qui bovis et reliquorum animalium miseretur, quid ni sabbato etiam misereretur hominis gravi et insanabili infirmitate correpti?

v. 11. Αὐτοὶ δὲ ἐπλήσθησαν ἀνοίας.

A. f. 93. G. f. 13. H. f. 289. b.

Οὐκ ἀρκεῖ σοι τὸ παράδοξον εἰς πίστιν; ὁρᾷς ἐνεργοῦντα θεοπρεπῶς, καὶ μετ' ἐξουσίας τῆς ἀνωτάτω θεραπεύοντα τοὺς ἐν ἀρρωστίαις, καὶ τὸν ἐκ φθόνου καὶ βασκανίας ὠδίνεις φόνον;

Ipsi autem vecordia repleti sunt.

Non tibi satis est ad fidem miraculum? Vides agentem quae Deum decent, supernaque potestate infirmos sanantem, et tamen livoris et invidiae filium parturis homicidium?

v. 12. Ἐξῆλθεν εἰς τὸ ὄρος προσεύχεσθαι.

A. f. 93. a. b. B. f. 62. G. f. 13. b. H. f. 290. b. sq.

Πάντα πρὸς οἰκοδομὴν ἡμετέραν, καὶ εἰς ὄνησιν τῶν πιστευόντων εἰς αὐτὸν εἰργάζετο Χριστὸς, καὶ πνευματικῆς πολιτείας εἰκόνα τρόπον τινὰ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀναθεὶς, ἀληθινοὺς ἤθελεν ἀποφαίνειν προσκυνητάς· ἴδωμεν τοίνυν ὡς ἐν εἰκόνι καὶ τύπῳ πραγμάτων τῶν γεγενημένων διὰ Χριστοῦ, τίνα τρόπον ἡμᾶς ποιεῖσθαι προσήκει τὰς πρὸς Θεὸν ἱκετείας· λάθρα καὶ κεκρυμμένως, καὶ οὐδενὸς ὁρῶντος, προσεύχεσθαι χρή· τοῦτο γὰρ ὑποδηλοῖ τὸ εἰς ὄρος κατὰ μόνας καὶ ὡς ἐν σχολῇ προσεύχεσθαι τὸν Ἰησοῦν· καὶ τοῦτο
* Matth. VI. 6. αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν εἰπών· * σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖόν σου· ἀφιλοδόξως γὰρ καὶ ὁσίους ἐπαίροντας χεῖρας
* I. Tim. II. 8. προσεύχεσθαι δεῖ *, καὶ ὥσπερ εἰς ὕψος εἰς τὸ τῆς θεοπτίας ὕψος ἀναπηδῶντος τοῦ νοῦ, καὶ ἀποφοιτῶντος μὲν θορύβου παντὸς, ἀποτρέ-

Exiit in montem orare.

Omnia ad nostram aedificationem, atque ad credentium ei utilitatem Christus operabatur: et spiritalis vitae imaginem quodammodo res suas proponens, veros volebat efficere adoratores. Videamus igitur in Christi operibus, tamquam in imagine ac typo, quemadmodum nos oporteat Deum orare. Clam videlicet et in abscondito, atque inspectante nemine, oportet orare. Namque hoc innuit solitarius in montem secessus, et Iesu tamquam in vacatione oratio: quam rem ipse verbis quoque nos docuit: tu autem quum oraveris, ingredere cubiculum tuum. Nam sine iactantia, sanctasque manus extollentes orare opus est; ita ut mens tamquam in verticem aliquem ad Dei contemplationem conscendat, seque tumultu omni subtrahat, atque a munda-

nis curis aufugiat. Atque hoc agat non fastidiose, neque cum infirma pusillanimitate, sed fortiter potius atque studiose, nec mediocri cum patientia. Audisti enim, quod non solum oraverit Christus, sed quod orando pernoctaverit.

Fortasse autem veritatis hostis haec nos dicentes non patietur. Ait enim: orat Iesus et a patre petit, quae ipse non habet. Quomodo ergo ipsum dicitis et consubstantialem patri, et ei per omnia aequalem, nullaque re differentem? Nam sine controversia, quod minus est, a potiore benedicitur. Maior porro omnino est qui dat, quam ille qui accipere aliquid postulat. Age vero in primis nos doceant isti orthodoxiae subversores, quanam re indigere filium existiment? Quid item, tamquam eo carens, postulabat accipere? Lumen erat verum, vita suapte natura, et vivificans, virtutum dominus, sapientia, iustitia, creator omnium rerum et auctor, creaturae cuilibet superior, rex universalis, caeli terraeque dispensator, omnis boni una cum Deo patre dator. Atque id a Paulo disces quibusdam scribente: gratia vobis et pax a Deo patre nostro, et domino Iesu Christo. Is in supernis thronis pro dignitate sedet, atque ab omni creatura rationali glorificatur. Est itaque totius dignitatis, quae Deum patrem decet, substantialiter heres. Aiebat igitur ipsi: mea omnia, tua sunt; et tua, mea: et clarificatus sum in eis. Iam qui omnia habet quae Dei patris sunt propria, quid praeterea requirat? Quod si rem aliquam reapse desiderat, idque hi vere dici aiunt, nihil iam vetat dicere, patrem ipsum rei alicuius inopia laborare. Nam si cuncta filii, sunt aeque patris; re autem aliqua destituitur filius; id ipsum pater quoque experietur. Huius enim propria sunt omnia quae filius habet. Atqui pater reapse perfectissimus est, nullaque Deo digna re bona eget: sequitur ergo ut etiam filius perfe-

χοντος δὲ καὶ μερίμνης κοσμικῆς· δεῖ δὲ τοῦτο δρᾷν, οὔτε ἀψικόρως, οὔτε ἀδρανῆ ἔχοντας ὀλιγοψυχίαν· ἐντόνως δὲ μᾶλλον, καὶ ἐν σπουδῇ, καὶ οὐκ ἀθαύμαστον ἔχοντας τὴν ὑπομονήν· ἀκήκοας γὰρ ὅτι οὐχ ἁπλῶς ηὔξατο Χριστὸς, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ διενυκτέρευσε τοῦτο δρῶν.

(Ibidem.) Οὐκ ἀνέξεται δὲ ἴσως ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς ταῦτα λεγόντων ἡμῶν· φησὶ γάρ· προσεύχεται καὶ ζητεῖ παρὰ τοῦ πατρὸς, ἅπερ οὐκ ἔχει· πῶς οὖν ἔτι φατὲ καὶ ὁμοούσιον αὐτῷ ἴσον τε κατὰ πάντα, καὶ κατ᾽ οὐδένα τρόπον ἀπεοικότα; χωρὶς γὰρ πάσης ἀντιλογίας, τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται· μείζων δὲ πάντως ὁ διδοὺς, τοῦ παρακαλοῦντος τί λαβεῖν (1)· οὐκοῦν ἐκεῖνο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων διδασκέτωσαν ἡμᾶς οἱ τὰ ὀρθὰ διαστρέφοντες, τίνος εἶναι νομίζουσιν ἐπιδεᾶ τὸν υἱόν; τί δὲ ὡς οὐκ ἔχων ἐζήτει λαβεῖν; φῶς ἐστι τὸ ἀληθινὸν, ζωὴ κατὰ φύσιν, καὶ ζωοποιὸς, καὶ τῶν δυνάμεων κύριος, σοφία καὶ δικαιοσύνη, κτίστης καὶ δημιουργὸς τῶν ὅλων, παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ, βασιλεὺς τῶν ὅλων, ταμίας οὐρανοῦ καὶ γῆς, δοτὴρ ἀγαθοῦ παντὸς ὁμοῦ τῷ θεῷ καὶ πατρί· καὶ τοῦτο μαθήσῃ γεγραφότος τισὶ τοῦ μακαρίου Παύλου *, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς ἡμῶν καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· (* Rom. I. 7.) τοῖς ἀνωτάτω θρόνοις ἐμπρέπει, δοξολογεῖται παρὰ πάσης κτίσεως λογικῆς· οὐκοῦν ἁπάντων ἐστὶ τῶν τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς θεοπρεπῶν ἀξιωμάτων οὐσιωδῶς κληρονόμος· καὶ γοῦν ἔφη πρὸς αὐτόν· * ὡς πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστι· καὶ τὰ σὰ, ἐμά· καὶ δεδόξασμαι ἐν αὐτοῖς· (* Ioh. XVII. 10.) ὁ δὲ πάντα ἔχων ἴδια τὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, τίνος ἔτι λείπεται; εἰ δὲ ὅλως λείπεταί τινος, καὶ τοῦτο εἶναί φασιν ἀληθὲς, οὐδέν ἐστι τὸ κωλῦον εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ ἐν χρείᾳ καθέστηκέ τινων· εἰ γὰρ πάντα τὰ τοῦ υἱοῦ, τοῦ πατρός ἐστι, λείπεται δέ τινος ὁ υἱὸς, τοιοῦτος ἄρα ἐστὶ καὶ ὁ πατήρ· αὐτοῦ γάρ ἐστι πάντα τὰ τοῦ υἱοῦ· ἀλλ᾽ ἔστι παντέλειος ὁ πατὴρ, δεῖται δὲ ὅλως οὐδενὸς τῶν θεοπρεπῶν ἀγαθῶν· οὐκοῦν παντέλειος ὁ υἱὸς, ὡς πάντα ἔχων τὰ τοῦ

(1) Hanc esse Arianorum obiectionem patet.

πατρὸς, εἰκών ἐστι καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ· ἐν δὲ τῷ χαρακτῆρι φαίνεται πάντως τὸ πρωτότυπον, καὶ ἐν τῷ πρωτοτύπῳ πάντως ὁ χαρακτήρ· καὶ ταῦτα μὲν πρὸς ἐκείνους.

Ibidem. Φασὶ δὲ καὶ οἱ τῆς Νεστορίου κενοφωνίαις συνηρπασμένοι, ὡς ἀνάρμοστον δὲ παντελῶς θεῷ κατὰ φύσιν ὄντι τῷ υἱῷ προσεύχεσθαι· πρέπει δὲ μᾶλλον ἀνθρώπῳ τῷ κατὰ συνάφειαν αὐτῷ συναφθέντι, τουτέστι τῷ ἐκ σπέρματος Δαβίδ· αὐτὸς οὖν ἄρα ἦν, ὁ τὴν εὐχὴν ἀνατείνων· τί οὖν πρὸς τοῦτο ἐροῦμεν; ἠγνοήσατε παντελῶς τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ μονογενοῦς τὸ μυστήριον· μνημονεύσατε λέγοντος τοῦ μακαρίου εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου· καὶ ὁ λόγος, σὰρξ ἐγένετο· καὶ τοῦτο ἡμῖν ὁ πάνσοφος Παῦλος * ἐμφανὲς κατέστησε. λέγων περὶ αὐτοῦ· οὐ γὰρ δή που ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται· ὅθεν ὤφειλε κατὰ πάντα τοῖς ἀδελφοῖς ὁμοιωθῆναι, ἵνα ἐλεήμων γένηται καὶ πιστὸς ἀρχιερεὺς τὰ πρὸς τὸν θεὸν, εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τοῦ λαοῦ· ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν τὸν γεννηθέντα μὲν θεϊκῶς, ὡς λόγον ἐκ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, ἑαυτὸν δὲ καθέντα πρὸς κένωσιν, καὶ πρὸς ἀδελφότητα τὴν πρὸς ἡμᾶς, διὰ τὸ γενέσθαι καθ' ἡμᾶς, ὁμοιωθῆναί τε κατὰ πάντα τοῖς ἐπὶ τῆς γῆς, δίχα μόνης ἁμαρτίας, τὴν τῆς ἀνθρωπότητος ἐκπέμπεται μέζων· ἐπειδὴ γὰρ γέγονε καθ' ἡμᾶς, ἐκ πολλῆς ἄγαν ἡμερότητος καὶ φιλανθρωπίας, οὐκ ἀπαξιοῖ τὰ ἀνθρώπινα· τύπους ἡμεῖς τῆς εἰς λῆξιν ἐπιεικείας ποιούμενος τὰ καθ' ἑαυτόν· ἵν', ὡς ἔφην, τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπουδάσωμεν (1).

* Hebr. II. 16.

ctissimus sit, quandoquidem paterna omnia habet, et est imago ac figura substantiae illius. Porro in figura prorsus agnoscitur prototypon, vicissimque in prototypo figura. Atque haec contra illos dicta sint.

Sed et qui Nestorii nova doctrina se abripi siverunt, aiunt prorsus non convenire ut filius qui est suapte natura Deus oret: id autem decere potius copulatum illi hominem, id est eum qui de stirpe Davidis est. Hic ergo erat, a quo oratio fiebat. Iam quid ad haec dicimus? Profecto vos incarnati Unigeniti mysterium prorsus ignoratis. Mementote verborum beati evangelistae Iohannis dicentis: et Verbum caro factum est. Quam rem sapientissimus nobis Paulus edisserit, de illo dicens: non enim angelos, sed Abrahami semen apprehendit: unde oportuit eum per omnia fratribus similari; ut misericors fieret et fidelis pontifex erga Deum, atque hunc populi peccatis propitium redderet: propterea que natum illum quidem divinitus, utpote Dei patris Verbum, semet ad exinanitionem demisisse ad nostram usque fraternitatem, nostra scilicet conditione suscepta, factum esse terrigenis omnino similem, excepto peccato, atque ex humana humili conditione processisse. Nam quia factus est tamquam unus ex nobis, ob multam suam bonitatem atque clementiam, humana non dedignatur; typum nobis summae mansuetudinis praebens se ipsum, ut vestigia eius sectari studeamus.

v. 13. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡμέρα, προσεφώνησε τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα κ. τ. λ.

Et cum dies factus esset, vocavit discipulos suos; electisque duodecim ex ipsis etc.

A. f. 93. b.
B. f. 63.
C. f. 13. b.

Διανυκτερεύσας εἰς προσευχὴν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἀῤῥήτως τε καὶ ἀπερινοήτως, καὶ ὡς μόνος οἶδεν αὐτὸς, τὰς πρός γε τὸν ἐν οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεὸν διαλέξεις ποιησάμενος, καὶ τύπον ἡμῖν σωτηριώδους

Postquam tota nocte perseveraverat orans dominus noster Iesus Christus, et ineffabili incomprehensibilique ratione, quam solus ipse novit, cum caelesti patre Deo collocutus fuerat, exemplar nobis rei

(1) Post hoc lautum Cyrilli fragmentum, in cod. H. folio extremo 295. haec sunt. Τέλος τοῦ πρώτου τῶν τεσσάρων τεύχους τῶν εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον κατὰ συναγωγὴν ἐξηγήσεων γεγονυῖαν παρὰ Νικήτα διακόνου τῆς τοῦ θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας καὶ διδασκάλου, τοῦ Σεῤῥῶν: *Explicit primus ex quatuor tomis explanationum in sanctum Lucae evangelium collectionis, quam fecit Nicetas magnae Dei ecclesiae diaconus et magister, Serrarum deinde episcopus.* At in magno codice A. sunt etiam reliqui tomi tres.

salutaris se ipsum exhibens; docuit enim quomodo oporteat recte inculpateque preces facere; descendit de monte, et mundi sacerdotes designat. Ait enim illis: vos estis lux mundi. Huius apostolorum sanctorum electionis beatus quoque David meminit dicens veluti ad Christum: constitues eos principes super omnem terram: memores erunt nominis tui in omni generatione et generatione. Certe dum adhuc in corporibus versabantur, memores gloriae Christi erant, et civitatibus atque regionibus sacramentum eius praedicabant. Postquam autem ad supernas vocati fuerunt stationes, nihilo adhuc minus de ipso nobis loquuntur, per suas sapientissimas quas de eodem exararunt scripturas. Et illi quidem secundum legem mosaicam electi sacerdotes, Aaron et socii eius, sacris decoris vestibus exterius ornabantur: at divi discipuli spiritalibus donis fulgentes, evangelicorum oraculorum ministerio deputantur. Dictum quippe illis est: infirmos curate, daemonia eiicite, leprosos mundate, mortuos resuscitate. Reapse Christi virtute instructi, universum orbem stupore adfecerunt. Verumtamen specta summam evangelistae sedulitatem. Non enim simpliciter dixit electos fuisse apostolos, sed nomina-

πράγματος ἑαυτὸν παραδείς· ἐδίδαξε γὰρ τίνα τρόπον ὀρθῶς τε καὶ ἀμωμήτως χρὴ ποιεῖσθαι τὰς προσευχάς, κάτεισιν ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ τοὺς τῆς οἰκουμένης μυσταγωγοὺς ἀναδείκνυσιν (1)· ἔφη γὰρ πρὸς αὐτούς· * ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου· ταύτης δὲ τῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων προβολῆς μνημονεύει λέγων καὶ ὁ μακάριος Δαβίδ, ὡς πρὸς Χριστόν· * καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, μνησθήσονται τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ· καὶ μὲν γὰρ ὄντες ἐν σώματι, ἐμνημόνευον τῆς δόξης Χριστοῦ, πόλεσί τε καὶ χώραις τὸ αὐτοῦ λαλοῦντες μυστήριον· ἐπειδὴ δὲ πρὸς τὰς ἄνω κέκληνται μονάς, οὐδὲν ἧττον ἡμῖν καὶ οὕτω διαλέγονται περὶ αὐτοῦ, διὰ τῆς πανσόφου συγγραφῆς ἧς πεποίηνται περὶ αὐτοῦ· καὶ οἱ μὲν κατὰ Μωϋσέως νόμον χειροτονηθέντες ἱερουργοί, Ἀαρὼν δηλονότι καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ἱεροπρεπέσιν ἐσθήμασιν αἰσθητῶς κατεκαλλύνοντο· οἱ δέ γε θεσπέσιοι μαθηταί, χαρίσμασι τοῖς πνευματικοῖς διαπρέποντες, τῶν εὐαγγελικῶν θεσπισμάτων τὴν διακονίαν ἐνεχειρίζοντο· εἴρηται γὰρ πρὸς αὐτούς· * ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, δαιμόνια ἐκβάλλετε, λεπροὺς καθαρίζετε, νεκροὺς ἐγείρετε· καὶ γοῦν, τὴν Χριστοῦ φοροῦντες δύναμιν, κατέπληττον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· πλὴν ὅρα τὴν εἰς ἄκρον νῆψιν τοῦ εὐαγγελιστοῦ· οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀναδειχθῆναι τοὺς ἁγίους ἀπο-

* Matth. V. 14. A. f. 94.

* Ps. XLIV. 17.

* Matth. X. 8.

(1) Ad hunc locum in codice B. p. 63, et in cod. G. f. 14. anonymus interpres subsequens scholion scribit, testimonium praebens commentariis Cyrilli non in Lucam tantummodo verum etiam in Matthaeum. (Et quidem Cyrilli in Matthaeum locus heic appellatus, adhuc desideratur. Namque ad Matth. IV. 18. seqq. ubi de apostolorum designatione agitur, nihil habent cyrillianum catenae Possini atque Corderii.) Sic ergo hoc loco anonymus vaticanus. Ζήτει τοὺς λόγους τῆς δωδεκαρίθμου των ἀποστόλων ἐκλογῆς ἐν τῷ ιθ' κεφαλαίῳ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου, καὶ περὶ τὰ μέσα τοῦ ἑβδόμου κεφαλαίου τοῦ παρόντος εὐγγελιστοῦ, ἔνθα ὁ Χριστὸς λαβὼν τὸ βιβλίον Ἠσαΐου τοῦ προφήτου ἀνέγνω· εὑρήσεις γὰρ ἐκεῖ ἑρμηνείαν θαυμαστὴν τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, ἣν ποιεῖται εἰς τὸ κηρύξαι ἐνιαυτὸν κυρίου δεκτόν· ὡσαύτως καὶ ἐν λδ' κεφαλαίῳ τοῦ αὐτοῦ τούτου εὐαγγελιστοῦ· ἰστέον δε ὅτι καὶ κατὰ τὸν τυπον τῶν δώδεκα βοῶν, τῶν βασταζόντων τὴν ὑπὸ Σολομῶντος κατασκευασθεῖσαν θάλασσαν, ὁ τῶν ἀποστόλων ὁρίζεται ἀριθμός· καὶ γὰρ ἀνὰ τρεῖς ἐκ τεσσάρων μερῶν ταύτην βαστάζοντες τὴν τῆς ἁγίας τριάδος κήρυκα, καὶ τὴν δι' αὐτῶν τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἐκπομπὴν εἰς τὰ τέσσαρα τῆς γῆς πέρατα· καὶ γὰρ καὶ διὰ τῆς θαλάσσης ἐκείνης ἡ νοητὴ τοῦ βαπτίσματος θάλασσα, ἡ ἀποκαθαίρουσα τὸν κόσμον ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν, ἡ ἐκ τοῦ νοητοῦ συστᾶσα Σολομῶντος, εἰκονίζεται. *Quaere quae late dicuntur de duodecim apostolorum electione in XIX. capitulo (IV. 18.) evangelii secundum Matthaeum, et circa medium septimi capituli (IV. 17.) praesentis evangelistae, ubi Christus captum manibus Isaiae librum legit. Illic enim invenies sancti Cyrilli miram explanationem, quam facit verborum « praedicare annum Domini acceptabilem. » Similiter etiam in XXXIV. capitulo huius ipsius evangelistae. Sciendum porro est, iuxta exemplum duodecim boum, qui fabricatum a Salomone mare gestabant, duodecim apostolorum definiri numerum. Nam terni in quatuor ducti, sanctae Trinitatis tulerunt praedicationem, quatuorque evangeliorum per ipsos in quatuor mundi partes gestatio fuit. Et quidem mari illo, intellectualis baptismi mare, quod mundum peccatis purgat, et a spiritali Salomone constitutum fuit, figuratur.* Recole dicta p. 158. n. 1.

στόλους φησὶν, ὀνομαστὶ δὲ μᾶλλον ἐπενηνεγμένης αὐτοῖς καὶ τῆς τῶν προτέρων μνήμης, ἵνα μή τις ἑαυτὸν ἐγγράψαι τολμήσῃ τῷ χορῷ
* Hebr. V. 4. τῶν ἐξειλεγμένων· ὡς γὰρ ὁ Παῦλος φησίν·* οὐχ᾽ ἑαυτῷ τίς λαμβάνει τὴν τιμὴν, ἀλλ᾽ ὁ καλούμενος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ· καὶ γοῦν ὀνομαστὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κεκλημένων εἰς τὸ μέγα τοῦτο καὶ λαμπρὸν ἀξίωμα, πρὸς τοῦτο τινὲς καθίκοντο κατὰ καιροὺς ἀπονοίας καὶ θράσους, ὡς ἀποστόλους ἑαυτοὺς ὀνομάσαι Χριστοῦ, καὶ τιμὴν ἁρπάσαι τὴν οὐκ ἐκνεμηθεῖσαν αὐτοῖς· τούτων οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ,
* II. Cor. XI. 13. πεποίηνται μνήμην· φασὶ γάρ·* οἱ τοιοῦτοι ψευδαπόστολοι, ἐργάται δόλιοι, μετασχηματιζόμενοι εἰς ἀγγέλους δικαιοσύνης (1)· καὶ οὐ θαῦμα· αὐτὸς γὰρ ὁ σατανᾶς, μετασχηματίζεται εἰς ἄγγελον φωτός· οὐ μέγα οὖν, εἰ καὶ οἱ διάκονοι αὐτοῦ μετασχηματίζονται εἰς ἀγγέλους δικαιοσύνης· οὐδένα τοίνυν ἴσμεν ἡμεῖς ἢ παραδεξόμεθα, πλὴν ὅτι μόνους τοὺς διὰ τῶν εὐαγγελικῶν γραμμάτων ὠνομασμένους, καὶ τὸν μετ᾽ ἐκείνους ἀναδεδειγμένον, τὸν σοφώτατον Παῦλον· ᾧ καὶ αὐτὸς ὁ
* Act. IX. 15. σωτὴρ μεμαρτύρηκε λέγων*, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς ἐστί μοι οὗτος τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν.

A. f. 94. H. f. 293. Τούτους (2) προανετύπου μὲν ὁ νόμος, προεκήρυξαν δὲ καὶ προφῆται· γέγραπται γοῦν
* Lev. XXIV. 5. ἐν μωσαϊκῷ βιβλίῳ·* καὶ λήψεσθε σεμίδαλιν, καὶ ποιήσετε αὐτὴν, δώδεκα ἄρτους· καὶ ἐπιθήσεται αὐτοὺς, δύο θέματα, ἐπὶ τὴν τράπεζαν τὴν καθαρὰν, ἔναντι κυρίου· καὶ ἐπιθήσετε ἐπὶ τὸ θέμα λίβανον καὶ ἅλας· καὶ ἔσονται εἰς ἄρτους, εἰς ἀνάμνησιν προκείμενα τῷ κυρίῳ· ἄρτος μὲν γὰρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὼν, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ, τίς ἂν ἕτερος εἴη παρὰ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν; κατὰ μίμησιν δὲ τὴν πρὸς αὐτὸν, ἄρτοι κέκληνται καὶ οἱ μακάριοι μαθηταί· μέτοχοι γὰρ γεγονότες τοῦ τρέφοντος ἡμᾶς εἰς ζωὴν αἰώνιον, τρέφουσι

tim intulit primorum horum mentionem; ne quis forte se ipsum adscribere auderet electorum choro. Namque ut Paulus ait: nemo sumit sibi honorem, sed qui a Deo vocatur. Age vero quamquam sancti apostoli ad hanc magnam splendidamque dignitatem vocati nominatim fuerunt, nihilominus per tempora quidam homines tantam sibi insaniam audaciamque sumpserunt, ut se Christi apostolos nominarint, honoremque minime sibi concessum arripuerint. Hos divi discipuli commemorarunt dicentes: eiusmodi pseudoapostoli, operarii subdoli, in angelos iustitiae semet transfigurantes. Nec mirum; namque et ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis: ergo magni non est aestimandum si ministri quoque eius in angelos iustitiae sese transformant. Neminem itaque nos agnoscimus aut recipimus, nisi solos illos in evangelicis litteris nominatos, et illum post eos electum sapientissimum Paulum; cui et ipse Servator testimonium dedit dicens: quia mihi vas electionis est, ut portet nomen meum coram omnibus gentibus.

Hos (apostolos) lex portendebat, praedixerunt etiam prophetae. Scriptum est enim in mosaica lege: et accipietis similam, ex eaque duodecim conficietis panes; et imponetis ex eis duos missus (seu propositiones) in mensa munda ante Dominum: et super re proposita thus ponetis et sal: eruntque hi panes memorialis instar propositi Domino. Certe panis de caelo descendens, vitamque mundo suppeditans, quinam erit alius nisi omnium servator Christus? Porro ad huius imitationem panes appellantur etiam beati discipuli: qui participes effecti eius a quo nos ad aeter-

(1) Sacer textus gr. et lat. *in apostolos Christi*. Ergo heic mendum potius videtur, praesertim quia postea repetitur *in angelos iustitiae*.

(2) Totus qui sequitur tractus usque ad verba προσεκόμισαν τῷ Θεῷ τὴν ὑπ᾽ οὐρανόν, dicitur in codd. A. et H. sumptus ex homilia, Cyrilli scilicet, quia praecedens textus Cyrilli est. Quum autem hic ipse tractus promissus fuerit a Cyrillo superius in hoc commentario p. 185, sequitur rursus ut omnino ex homilia Cyrilli sit. Porro Cyrilli ss. bibliorum explanationes concionatorio more saepe dictas fuisse constat atque conscriptas; ut usuveuit etiam apud Latinos, puta Augustinum, et alios.

nam vitam nutrimur, ipsi quoque scripturis suis alunt esurientes sitientesque iustitiam. Sicuti etiam quum lux vera Servator esset, lucem appellavit etiam discipulos, vos enim estis inquit lux mundi; sic et ipse quum panis vitae sit, discipulis suis concessit, ut panis instar esse crederentur. Iam tu mecum considera legis sollertiam: superponetis, inquit, panibus thus et sal. Quippe thus boni odoris symbolum est, sal autem sapientiae ac mentis: quae ambo apprime sanctis apostolis inerant. Nam beneolens erat vita ipsorum, ita ut dicerent: Christi bonus odor sumus Deo. Erant praeterea valde prudentes. Audio item prophetam Davidem in psalmis de ipsis dicentem: ibi Beniamin in mentis excessu: principes Iudae duces eorum, principes Zabulonis, principes Nepthalimi. Etenim ex omni prope Israhelis tribu delecti fuerunt beati discipuli, erantque lumina universi mundi, et vitae verbum continebant. Quodque mirum est, splendidam quidem eloquentiam habent ethnicorum sapientes, politeque admodum dicunt: verum Servatoris nostri discipuli opifices erant et nautae ac piscatores, absque orationis pompa, sine verborum selectorum copia. Sed etsi sermone rudes, scientia tamen divites. Ecce enim iam tacent ethnicorum litterae, et vocabulorum defluxit ornatus; praevalet autem in universo terrarum orbe evangelicae praedicationis vis. Huius rei meminit Deus etiam ore Hieremiae loquens de communi hoste Satana: vae, qui non sua multiplicat, et qui clavum suum graviter figit! Nam statim exsurgent qui eum mordeant, et evigilabunt adversarii tui, qui te diripient. Cunctos videlicet in mundo homines, licet in aere suo non haberet, collegerat ad se Satanas, suosque adoratores effecerat, clavo suo graviter fixo. Sed enim evigilarunt qui eius vasa diriperent. Nam-

καὶ αὐτοὶ διὰ τῶν ἰδίων συγγραμμάτων τοὺς πεινῶντας καὶ διψῶντας τὴν δικαιοσύνην· ὥσπερ δὲ φῶς ὑπάρχων τὸ ἀληθινὸν ὁ σωτὴρ, φῶς ὠνόμασε καὶ τοὺς μαθητάς· * ὑμεῖς γάρ ἐστε τὸ φῶς τοῦ κόσμου, οὕτως καὶ αὐτὸς ὢν ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς, ἐχαρίσατο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, τὸ ἐν τάξει νοεῖσθαι τῶν ἄρτων· καί μοι βλέπε τοῦ νόμου * τὸ εὐτεχνές· ἐπιθήσετε γάρ φησιν ἐπὶ τοὺς ἄρτους λίβανον καὶ ἅλας· καὶ ὁ μὲν λίβανος εὐωδίας ἐστὶ σύμβολον· οἱ δὲ ἅλες (1), συνέσεως καὶ φρενῶν· ἐνυπῆρχον δὲ ἄκρως ἀμφότερα τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· εὐώδης γὰρ ἦν ὁ βίος αὐτοῖς· καὶ γοῦν ἔφασκον *, ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ θεῷ· ἦσαν δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ πανσύνετοι· ἀκούω δὲ καὶ τοῦ προφήτου Δαβὶδ ψάλλοντός τε καὶ λέγοντος περὶ αὐτῶν *, ἐκεῖ Βενιαμὶν ἐν ἐκστάσει· ἄρχοντες Ἰούδα ἡγεμόνες αὐτῶν, ἄρχοντες Ζαβουλὼν, ἄρχοντες Νεφθαλίμ· σχεδὸν γὰρ ἐξ ἁπάσης φυλῆς τῆς ἐξ Ἰσραὴλ, ἀπόλεκτοι γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταί· καὶ φωστῆρες ἦσαν οἰκουμενικοὶ, λόγον ζωῆς ἐπίσχοντες· καὶ τό γε παράδοξον· εὐγλωττίαν μὲν γὰρ ἔχουσι λαμπρὰν οἱ τῶν ἑλλήνων σοφοὶ, καὶ εὐστομοῦσιν ἄγαν· οἱ δέ γε τοῦ σωτῆρος ἡμῶν μαθηταὶ, ἄνθρωποι γεγόνασι χειροτέχναι, καὶ θαλασσουργοὶ, καὶ ἰχθυοθῆραι, οὐ κόμπον ἔχοντες λόγων, οὐ λέξεων εὐπορίαν δεδοκιμασμένων· ἀλλ' ἰδιῶται μὲν τῷ λόγῳ, πλούσιοι δὲ τῇ γνώσει· καὶ σεσίγηται μὲν τὰ ἑλλήνων γράμματα, καὶ ἡ τῶν λέξεων εὐκομπία· κατακρατεῖ δὲ τὸ ὑπ' οὐρανὸν τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ἡ δύναμις· τούτων διαμέμνηται θεὸς καὶ διὰ φωνῆς Ἱερεμίου (2), λέγων περὶ τοῦ πάντων ἐχθροῦ, φημὶ δὴ τοῦ σατανᾶ· οὐαὶ, ὁ πληθύνων αὐτῷ τὰ οὐκ ὄντα αὐτοῦ, καὶ βαρύνων τὸν κλοιὸν αὐτοῦ στιβαρῶς· ὅτι ἐξαίφνης ἀναστήσονται οἱ δάκνοντες αὐτὸν, καὶ ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ εἰς διαρπαγὴν αὐτοῖς· ἅπαντας μὲν τοὺς ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους οὐκ ὄντας αὐτοῦ, συνήγαγεν ὁ σατανᾶς, καὶ ἰδίους ἀπέφηνε προσκυνητὰς, καταβαρύνων αὐτοῦ τὸν κλοιόν· ἀλλ' ἐξένη-

* Matth. V. 14.
* II. Cor. II. 15.
* Ps. LXVII. 28.

(1) Ita est in codd. Et sic latine sal tum neutrius generis est tum etiam masculini.
(2) Immo dicendum est Habacuc II. 6. Paria menda nos arguimus in secundo nostro S. Cyrilli volumine pagg. lat. 37. 157. 206.

ψαν οἱ διαρπάζοντες αὐτοῦ τὰ σκεύη· ἐθήρευσε γὰρ τῆς ἀποστολικῆς μυσταγωγίας τὸ δίκτυον ἅπαντας τοὺς πεπλανημένους, καὶ προσεκόμισαν τῷ θεῷ τὴν ὑπ' οὐρανόν.

que apostolici magisterii rete cunctos errore vagantes cepit, atque ita universus orbis ad Deum est conversus.

v. 17. Ἔστη ἐπὶ τόπου πεδινοῦ, καὶ ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ, καὶ πλῆθος πολὺ τοῦ λαοῦ.

Stetit in loco campestri, et turba discipulorum eius, et multitudo copiosa plebis.

A. f. 94. b Ἄθρει δή μοι τῆς χειροτονίας τὸν τρόπον. οὐ γὰρ ἐν παραβύστῳ καὶ λεληθότως πεπρᾶχθαι φησὶν αὐτὸς ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστής, συναγηγερμένων δὲ μᾶλλον πολλῶν μαθητῶν ὄχλου τε πολλοῦ ἐξ ἁπάσης τῆς Ἰουδαίων χώρας, καὶ ἐκ τῆς παραλίου Τίρου καὶ Σιδῶνος· οὗτοι δὲ ἦσαν εἰδωλολάτραι, ἤγουν ἐπ' ἀμφοτέραις ταῖς ἰγνύαις χωλεύοντες*, καὶ τιμῶντες μὲν ἐκ μέρους τὰ τῶν Ἰουδαίων ἔθη, τῶν γε μὴν τῆς εἰδωλολατρείας αἰτιαμάτων οὐκ εἰσάπαν ἀποφοιτήσαντες· πέπρακται τοίνυν ἡ χειροτονία, τούτων πάντων παρόντων, καὶ ἐφ' ἅπασαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν τέθεινται μυσταγωγοί· ὃ δὴ καὶ πεπράχασι, καλοῦντες μὲν Ἰουδαίους ἐκ νομικῆς λατρείας, τοὺς δέ γε τῶν δαιμονίων θεραπευτὰς ἐκ πλάνης ἑλληνικῆς, εἰς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν· ἀναδείξας δὲ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, πλείστων ὅσων καὶ ἀξιαγάστων σημείων γέγονεν ἀποτελεστής, δαιμονίοις ἐπιπλήττων, ἀνιάτων ἀρρωστημάτων ἐλευθερῶν τοὺς προσιόντας αὐτῷ, καὶ θεοπρεπεστάτην ἀποφαίνων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν· ἵν' εἰδεῖεν οἱ ἐπ' αὐτῷ συνδεδραμηκότες Ἰουδαῖοί τε καὶ οἱ ἐκ τῆς ἑλλήνων χώρας, ὅτι τετίμηνται τῷ τῆς ἀποστολῆς ἀξιώματι παρὰ Χριστοῦ, καὶ οὐχ' ἑνὸς ὄντος τῶν καθ' ἡμᾶς ἀνθρώπου κοινοῦ, θεοῦ δὲ μᾶλλον ὡς ἐνανθρωπήσαντος λόγου, καὶ τὴν ἰδίαν σώζοντος δόξαν· δύναμις γὰρ παρ' αὐτοῦ ἐξήρχετο, καὶ ἰᾶτο πάντας·* οὐ γὰρ ἰσχὺν ἐδανείζετο τὴν παρ' ἑτέρου Χριστὸς, ἀλλ' αὐτὸς ὢν φύσει θεὸς. εἰ καὶ γέγονε σὰρξ, τὴν ἐπὶ τοῖς κάμνουσιν ἐκπέμπων δύναμιν, ἰᾶτο πάντας· εἰ δὲ βούλει καὶ τὴν ἑρμηνείαν τῶν ἀποστολικῶν μαθεῖν ὀνομάτων, ἴσθι ὅτι Πέτρος μὲν ἑρμηνεύεται, ἐπιλύων ἢ ἐπιγνούς· Ἀνδρέας δὲ, δύναμις εὐπρεπὴς, ἢ ἀποκρινόμενος· Ἰάκωβος, πτερνιστὴς πόνου· Ἰωάννης, κυρίου χάρις· Ματ-

* III. Reg. XVIII. 21.

* Luc. VI. 19. C. I. 118.

Animadverte sis electionis rationem; non enim clam neque latenter rem actam dicit sapientissimus evangelista, sed congregatis potius multis discipulis, magnoque plebis numero ex universa Iudaeorum regione, et ex maritima Tyri ac Sidonis. Hi porro idololatrae erant, sive in utramque partem claudicantes; Iudaeorum nempe ritus partim reverentes, neque tamen idololatriae crimen satis omittentes. Peracta fuit igitur electio, cunctis his adstantibus, et universo orbi dati sunt sacri magistri: quod reapse munus gesserunt, Iudaeos a legali cultu vocantes, daemonum vero cultores ab ethnico errore, ad veritatis notitiam. Iam vero sanctis deputatis apostolis, plurima ac mira coepit miracula patrare, daemonas increpans, insanabilibus mortis ad se accedentes liberans, suamque Deo convenientissimam demonstrans potentiam: ut Iudaei accurrentes cognoscerent, nec non idololatricarum terrarum incolae, honoratos illos fuisse apostolatus dignitate a Christo, non tamquam uno ex nobis communi homine, sed Deo potius incarnato Verbo, qui maiestatem suam conservabat. Etenim virtus de illo exibat, et sanabat omnes. Non enim vires ab alio mutuabatur Christus, sed ipse naturaliter Deus, etsi caro factus, vim suam aegris inspirans, cunctos sanabat. Quod si vis apostolicorum quoque interpretationem nominum cognoscere, sic habeto. Petrus interpretatur solvens aut cognoscens. Andreas vis decora, vel respondens. Iacobus, laboris supplantator. Iohannes, Dei gratia. Matthaeus, donatus. Philippus, os manuum (1), vel lampadis os. Barptolemaeus,

(1) Mendose in D. Thomae catena: *Philippus, os magnum;* nam graece est χειρῶν. Mendum hoc certe extat in tribus, quas inspexi, thomisticae catenae editionibus, Romae 1470, Parisiis 1546, Venetiis 1746.

filius aquas suspendens. Thomas abyssus vel gemellus. Iacobus Alphaei, supplantatio vitae incedentis. Iudas, confessio. Simon, obedientia (1).

θαῖος, δεδωρημένος· Φίλιππος, στόμα χειρῶν, ἢ στόμα λαμπάδος· Βαρθολομαῖος (2), υἱὸς κρεμάσας ὕδατα· Θωμᾶς, ἄβυσσος, ἢ δίδυμος· Ἰάκωβος Ἀλφαίου, πτερνισμὸς βαδίσεως ζωῆς· Ἰούδας, ἐξομολόγησις· καὶ Σίμων, ὑπακοή.

Beati pauperes.

Igitur ad evangelicae vitae novitatem post electionem suos erudiens discipulos Servator, sic loquitur. Quosnam vero pauperes sermone designet, cognoscere necesse est. Namque apud Matthaeum, beatos futuros ait pauperes spiritu, atque ipsorum fore regnum caelorum; ut pauperem spiritu illum esse intelligamus, qui sit modestus, et limitatum veluti animum gerat: est enim hic praeclarus et Deo spectabilis vir. Quare et per quemdam sanctorum prophetarum ait: super quem respiciam, nisi super humilem et quietum et sermones meos trementem? Ait etiam propheta David: cor contritum et humiliatum Deus non despiciet. Immo et ipse Servator: discite a me, inquit, quia mitis sum et humilis corde. Verumtamen in proposita nuper nobis lectione, beati fore dicuntur pauperes, sine illo additamento, « spiritu. » Sic autem loquuntur evangelistae, haud invicem adversantes, sed narrationem saepe inter se dispertientes. Modo enim iisdem capitulis iuncti incedunt; modo autem partem ab uno praetermissam alius suis scriptis supplet, ne quid necessarium vel utile Christi fideles latere possit. Videtur ergo hoc loco pauperes dicere illos qui lucri amorem cohibent, et moribus sunt minime avaris. Itaque sapientissimus Paulus optimae nobis doctrinae magister apparet dum ait: mores sine avaritia, contenti praesentibus. Addebat praeterea: habentes escas et indumenta, his contenti erimus. Apprime scilicet oportebat, quia salutarem et evangelicam doctri-

Μακάριοι οἱ πτωχοί. v. 20.

Εἰς καινότητα μὲν οὖν ζωῆς εὐαγγελικῆς μετὰ τὴν χειροτονίαν καταῤῥυθμίζων τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς ὁ σωτὴρ, ταῦτά φησί· περὶ ποίων δὲ ἄρα πτωχῶν ταῦτα ἔλεγεν, ἀναγκαῖον ἰδεῖν· ἐν μὲν γὰρ τῷ κατὰ Ματθαῖον *, μακαρίους ἔσεσθαί φησι τοὺς πτωχοὺς τῷ πνεύματι, καὶ αὐτῶν εἶναι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· ἵνα νοῶμεν πτωχὸν τῷ πνεύματι, τὸν μετριόφρονα καὶ συνεσταλμένον ὥσπερ ἔχοντα νοῦν· ἀξιοζήλωτος δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ θεῷ γνώριμος· καὶ γοῦν ἔφη δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν· * ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν καὶ ἡσύχιον καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; ἔφη δὲ καὶ ὁ προφήτης Δαβίδ· * ὅτι καρδίαν συντετριμμένην καὶ τεταπεινωμένην ὁ θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει· ναὶ μὲν καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ *, μάθετε ἀπ' ἐμοῦ φησιν ὅτι πρᾶος εἰμὶ καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· ἐν δέ γε τοῖς προκειμένοις ἡμῖν ἀναγνώσμασι, μακαρίους ἔσεσθαί φησι τοὺς πτωχοὺς, οὐ προσκειμένου τοῦ, πνεύματι· οὕτω δέ φασιν οἱ εὐαγγελισταὶ, οὐκ ἀλλήλοις ἐναντιούμενοι, ἀλλὰ μεριζόμενοι πολλάκις τὰ διηγήματα· καὶ ποτὲ μὲν διὰ τῶν αὐτῶν βαδίζουσι κεφαλαίων, ποτὲ δὲ τὸ τῷ ἑνὶ παραλειφθὲν, ἕτερος ταῖς ἰδίαις ἐντίθησι συγγραφαῖς· ἵνα μηδὲν τῶν ἀναγκαίων εἰς ὄνησιν λαθεῖν δυνηθῇ τοὺς πιστεύοντας εἰς Χριστόν· ἔοικε τοίνυν πτωχοὺς ὀνομάζειν ἐν τούτοις, τοὺς φιλοκερδείας κρείττονας, καὶ τὸν τρόπον ἔχοντας ἀφιλάργυρον· καὶ γοῦν, ὁ σοφώτατος Παῦλος, ἀρίστων ἡμῖν μαθημάτων εἰσηγητὴς ἀναδείκνυται, λέγων· * ἀφιλάργυρος ὁ τρόπος, ἀρκούμενος τοῖς παροῦσι· προσετίθει δὲ τούτοις, ὡς ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα· ἔδει

A. f. 95. b
B. f. 63. b.
C. f. 118.

* Matth. V. 3.
* Is. LXVI. 2.
* Ps. L. 19.
* Matth. XI. 29.
* Hebr. XIII. 5.

(1) Haec omnia nomina similiter fere explicata invenies in S. Hieronymi libro de nom. hebr.

(2) Ita est in cod., et sic in aliis quoque libris scribitur. Ceteroqui vera lectio videtur Βαρπτολεμαῖος, *Ptolemaei filius*.

γὰρ ἤδη τὸ σωτήριον καὶ εὐαγγελικὸν μέλλοντας αὐτοὺς διαγγέλλειν κήρυγμα, ἀφιλόπλουτον ἔχειν τὸ φρόνημα, καὶ εὔσχολον ἐπὶ τὰ κρείττω τὴν ἐπιθυμίαν. Οὐ πάντων δὲ τῶν ἐν εὐπορίᾳ ὄντων ὁ λόγος καθάπτεται, μόνων δὲ ἐκείνων τῶν περὶ τὰ χρήματα τὸν πόθον κεκτημένων· τίνες δέ εἰσιν οὗτοι; οἱ μὲν τῆς τοῦ κυρίου
* Matth. VI. 19. φωνῆς ἀκούοντες λέγοντος· * μὴ θησαυρίζετε ὑμῖν θησαυροὺς ἐπὶ τῆς γῆς κ. τ. λ.

nam praedicaturi erant, animum divitiarum cupiditate vacuum habere, et alacre rerum meliorum studium. Non omnes autem in rerum copia versantes hic sermo pulsat, sed illos tantum qui divitiarum amore tenentur. Quinam porro hi sunt? Nempe ii, quibus Domini voce dictum fuit: nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, et reliqua.

v. 21. Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν, ὅτι χορτασθήσεσθε.

A. f. 97. b. B. f. 64. b. C. f. 11. b. Καί τοι πάλιν ἐν τῷ Ματθαίῳ φησί· μακάριοι οἱ πεινῶντες καὶ διψῶντες τὴν δι-
* Matth. V. 6. καιοσύνην, ὅτι αὐτοὶ χορτασθήσονται· * ἐνταῦθα δὲ τοὺς πεινῶντας ἁπλῶς, μακαρίους ἔσεσθαι φησί· φαμὲν οὖν ὅτι μέγα μὲν καὶ ἐξαίρετον τὸ πεινῇν καὶ διψῇν τὴν δικαιοσύνην, τουτέστι καθάπερ τινος τροφῆς καὶ ποτοῦ μεταποιεῖσθαι φιλεῖν τῶν εἰς εὐσέβειαν σπουδασμάτων· τοῦτο γὰρ ἡ δικαιοσύνη δηλοῖ· ἐπειδὴ δὲ χρὴ τὴν ἀρτίως ἡμῖν εἰρημέναις ἐκδόσεσιν ἑπομένην ἀποφῆναι καὶ τὴν ἐν τούτοις διάνοιαν, πάλιν ἐκεῖνο φαμέν· ἐμακάρισεν ὁ σωτὴρ τοὺς τὴν ἐθελούσιον ἀγαπῶντας πτωχείαν, ὑπέρ γε τοῦ καλῶς καὶ ἀπερισπάστως τὸν ἀποστολικὸν διανύσαι δρόμον· τῷ γὰρ μὴ ἔχειν χρυσίον ἢ ἀργύριον ἐν ταῖς ζώναις, ἢ δύο χιτῶνας, ἕπεται πάντως πλείστης ὅσης αὐτοὺς ἀνασχέσθαι σκληραγωγίας, καὶ μόλις αὐτοὺς εὐπορῆσαι τροφῆς· φορτικὸν δὲ τοῦτο τοῖς ἐν πενίᾳ καὶ διωγμοῖς· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως ὁ καρδίας εἰδὼς, μικροψυχεῖν οὐκ ἐᾷ πρὸς τὰ ἐκ τῆς πτωχείας συμβαίνοντα· τοὺς γὰρ νῦν πεινῶντας τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας ἕνεκα, χορταθήσεσθαι φησί (1)· τουτέστι τοῖς δοθησομένοις ἐντρυφήσουσιν ἀγαθοῖς, νοητοῖς δὲ δηλονότι καὶ πνευματικοῖς.

Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.

Porro alibi apud Matthaeum ait Servator: beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur: heic autem esurientes simpliciter beatos fore ait. Dicimus ergo magnum quid esse esurire et sitire iustitiam, id est ceu cibo quodam potuque uti velle pietatis operibus; id enim significat iustitiae vocabulum. Iam quia oportet nos prolatis nuper explanationibus consentaneam nunc etiam dicere sententiam, denuo affirmamus, beatos a Servatore appellatos illos qui voluntariam paupertatem sectantur, ut bene et sine ulla dissipatione apostolicum cursum absolvant. Nam quibus aurum argentumve in loculis non est, neque duae tunicae, his plane contingit plurimis vitae incommodis conflictari, et vix alimenta nancisci. Grave autem est in paupertate et persecutionibus versari; idcirco opportune admodum is qui corda novit, vetat animo concidere propter inopiae casus. Etenim qui nunc religionis causa famem patiuntur, satiabuntur ait; id est dandis postea bonis suaviter fruentur, intellectualibus inquam et spiritalibus.

v. 21. Μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν, ὅτι γελάσετε.

A. f. 98. b. Μακαρίζει τοὺς κλαίοντας, καὶ φησὶν ὅτι γελάσουσι· κλαίειν δὲ φαμὲν, οὐ τοὺς ἁπλῶς τὸ ἐξ ὀμμάτων καθιέντας δάκρυον, κοινὸν γὰρ τοῦτο καὶ πᾶσι συμβαῖνον πιστοῖς καὶ ἀπίστοις, εἴπερ τι γένοιτο τῶν εἰωθότων καταλυπεῖν, ἐκείνους δὲ μᾶλλον τοὺς τὴν ἱλα-

Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.

Beatos dicit qui flent, aitque postea risuros. Flere autem dicimus, non illos tantummodo qui oculis lacrymas demittunt; hoc enim communiter usuvenit tum fidelibus tum etiam infidelibus, si quid accidit eorum quae molesta esse solent; sed

(1) Huc pertinet fragmentum apud D. Thomam. « Cyrillus. Consequitur autem inopiam non solum » defectus rerum ad delectationes facientium, sed etiam depressus vultus propter maestitiam. Unde sequi» tur: *beati qui nunc fletis.* » Sunt tamen prope similia apud nos in fine sequentis fragmenti.

de illis potius verba fieri dicimus, qui laetam et vanam deliciisque carnalibus deditam vitam fugiunt. Hos inquam laetos fore et risuros dicimus. Qui nimirum deliciari et carnalibus indulgere recusant, ac propemodum flent propter mundi detestationem, hos beatos dicit Servator: propterea que paupertatem sectari iubet, et ea quae ex paupertate consequuntur praemiis coronat. Sunt autem haec: ad alendas delicias inopia, et ob angustias tristitia. Scriptum est enim multas esse tribulationes iustorum, quibus ex omnibus eripiet eos Dominus.

Beati eritis, cum vos oderint homines etc.

Iam nunc Dominus persecutionem nunciat, ante quam apostolos mittat. Evangelium eventum praeoccupat. Futurum quippe erat ut illi dum evangelicam spargerent praedicationem, dum Iudaeos a legali cultu avocarent ut viam evangelicae rectitudinis agnoscerent; dumque idolorum cultores in veritatis notitiam irretirent; futurum, inquam, erat ut in multorum Dei osorum impiorumque hominum offensionem incurrerent. Hi enim bella et persecutiones Iesu praeconibus suscitant, rectam pietatem insectantes. Ne igitur instante iam tempore, quo mala huiusmodi a nonnullis inferenda erant, in inconsideratum maerorem inciderent, praenuntiat utiliter, molestiarum quoque incursum, utilem ipsis nec absque mercede fore. Vituperabunt enim vos, inquit, ut fallaces ac deceptores: a se vos separabunt, id est amicitia sua et communione excludent. Verumtamen nullam, inquit, rerum huiusmodi rationem habeatis. Qui enim linguae illorum intemperantia firmae menti noceat? Certe iis qui religiose philosophari sciunt, haud infructuosam fore dicit patientiam suam, sed superni gaudii conciliatricem. Commode insuper demonstrat, nihil ipsis novi eventurum cum talia patientur; immo illorum fore imitatores, qui ante ipsos Israhelis filiis caelitus sibi creditos intulere sermones: nam persecutionem passi sunt, secti sunt,

ρὸν καὶ ἐξίτηλον, καὶ ἐν τρυφαῖς ὄντα τὸν σαρκικαῖς φεύγοντας βίον· ἐκείνους μὲν γὰρ ἐν τῷ τέρπεσθαι καὶ γελᾶν εἶναι φαμέν· τοὺς δέ γε τὸ τρυφᾶν καὶ ἀνίεσθαι σαρκικῶν παρῃτημένους, καὶ μονονουχὶ κλαίοντας διὰ τὸ μισεῖν τὰ ἐν κόσμῳ, μακαρίους εἶναι φησὶν ὁ σωτήρ· οὐκοῦν πτωχεῦσαι κελεύσας, καὶ τὰ ἑπόμενα τῇ πτωχείᾳ τιμαῖς στεφανοῖ· ταῦτα δέ ἐστι, τῶν εἰς τρυφὰς ἐπιτηδείων ἡ σπάνις, καὶ τὸ κατηφὲς διὰ τὴν θλίψιν· γέγραπται γὰρ * ὡς πολλαὶ αἱ θλίψεις τῶν δικαίων, καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ κύριος. * Ps. XXXIII. 20.

Μακάριοί ἐστε, ὅταν μισήσωσιν ὑμᾶς οἱ ἄνθρωποι κ. τ. λ. V. 22.

Ἤδη μέν τοι ὁ κύριος τὸν διωγμὸν ἀπήγγειλε, πρὶν ἀποσταλῆναι τοὺς ἀποστόλους· A. f. 90. b. B. f. 61. b.
θησιν ὅτι καὶ ἐν προσκεφαλαίῳ, δεικνὺς τε τὸ ἄτυφον, καὶ πολλὴν ἐντεῦθεν ἡμᾶς παιδεύων φιλοσοφίαν· οἰκονομικώτατα δέ μοι καὶ τοῦτο λίαν πεπράχθαι δοκεῖ, ἵνα μὴ εὐθὺς ἀρξαμένου τοῦ κλύδωνος ἐπιπηδᾶν τῷ σκάφει, τὴν παρ᾽ αὐτοῦ ζητῶσιν ἐπικουρίαν· ἀλλ᾽ οἷον ἀκμάσαντος ἤδη τοῦ κακοῦ, ἐμφανεστέρα γένηται τῆς θεοπρεποῦς ἐξουσίας ἡ δύναμις, μαινομένην καθιστῶσα θάλασσαν, καὶ μεθιστῶσα πρὸς γαλήνην μεγάλην, ὡς μηδὲ ἴχνος ἐπιμεῖναι τῆς ταραχῆς· εἰ γὰρ ἐγρηγορότος ἐγένετο, ἢ οὐκ ἂν ἐφοβήθησαν, ἢ οὐκ ἂν παρεκάλεσαν, ἢ οὐδ᾽ ἂν ἐνόμισαν αὐτὸν δύνασθαί τι τοιοῦτον εἰπεῖν· διὰ τοῦτο καθεύδει. διδοὺς καιρὸν τῇ δειλίᾳ, τρανοτέραν αὐτοῖς ποιῶν τῶν γινομένων τὴν αἴσθησιν· οὐ γὰρ ὁμοίως τίς ὁρᾷ τὰ ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις σώμασι γινόμενα, καὶ τὰ ἐν ἑαυτῷ· ἐπεὶ οὖν πάντας εὐεργετηθέντας εἶδον, ἑαυτοὺς δὲ οὐδενὸς ἀπολελαυκότας, ὕπτιοί τε ἦσαν, ἔδει δὲ αὐτοὺς διὰ τῆς οἰκείας αἰσθήσεως ἀπολαῦσαι τῶν εὐεργεσιῶν, συγχωρεῖ τὸν χειμῶνα γυμνασίας ἕνεκεν, καὶ τὸ

θορυβηθῆναι συμφερόντως ἐγίνετο, ὥστε
μεῖζον φανῆναι τὸ θαῦμα, καὶ διηνεκῆ
γενέσθαι τοῦ συμβάντος τὴν μνήμην· προσδοκή-
σαντων γὰρ ἀπόλλυσθαι πρότερον, τότε ἐσώ-
θησαν· ἵνα ὁμολογήσαντες τὸν κίνδυνον, μά-
θωσι τοῦ θαύματος τὸ μέγεθος· πλὴν ὡς
ἔφην διανιστῶσι λέγοντες, σῶσον, ἀπολλύ-
μεθα· ἐνταῦθα μοι βλέπε μετὰ πίστεως ὀλι-
γοπιστίαν· πιστεύουσι μὲν γὰρ ὅτι σῶσαι δύνα-
ται, ὡς δὲ ὀλιγόπιστοι λέγουσιν ὅτι ἀπολλύ-
μεθα· οὐ γὰρ ἦν ἐφικτὸν ἀπολέσθαί ποτε,
A. f. 126. συνόντος αὐτοῖς τοῦ πάντα ἰσχύοντος· ἀλλ'
ἐγέγερται παραχρῆμα Χριστὸς, ὁ πάντων
ἔχων τὴν ἐξουσίαν, καὶ καθίστησι μὲν εὐθὺς τὸν
κλύδωνα, συνέστειλε δὲ τὰς τῶν πνευμάτων
ὁρμὰς, καὶ τὸν θόρυβον ἔπαυσε, καὶ δι' αὐτῶν
ἔδειξε τῶν πραγμάτων ὅτι θεός ἐστι· λεγέσθω
Ps. LXXXVIII. 10. τοίνυν παρ' ἡμῶν τὸ ἐν βίβλῳ ψαλμῶν· *
σὺ δεσπόζεις τοῦ κράτους τῆς θαλάσσης, καὶ τὸν
σάλον τῶν κυμάτων αὐτῆς σὺ καταπραΰνεις.

Καταστήσας δὲ τὸν κλύδωνα τῆς θαλάσ-
σης, καὶ χειμαζομένην ἅμα τῷ σκάφει τῶν
ἁγίων μαθητῶν τὴν πίστιν μεθίστησι πρὸς τὸ
ἀραρὸς, καὶ οἱονεὶ γαλήνην αὐτοῖς ἐνεργάζε-
ται, τὰ τῆς ὀλιγοπιστίας περιστείλας κύματα·
καὶ μετὰ τοῦ χειμῶνος τῶν ὑδάτων, τὸν χειμῶνα τῆς
ψυχῆς αὐτῶν λύει, ἐπιτιμῶν καὶ παιδεύων
ὁμοῦ, ὡς τὸν φόβον οὐχ' ἡ τῶν πειρασμῶν ἐρ-
γάζεται ἐπαγωγὴ, ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας
ἀσθενές· ἔφη γοῦν, ποῦ ἡ πίστις ὑμῶν; ὅ
Matth. VIII. 26. γε μὴν ἕτερος τῶν εὐαγγελιστῶν *, εἰπεῖν αὐ-
τὸν διατείνεται· τί δειλοί ἐστε, ὀλιγόπιστοι;
θορυβεῖ γὰρ ἔσθ' ὅτι καὶ τὸν εὖ βεβηκότα νοῦν,
ἐπισκήψας ἀδοκήτως φόβος θανάτου· διὰ
τοῦτο προσῄεσάν ποτε λέγοντες τῷ Χρι-
Luc. XVII. 5. στῷ· * πρόσθες ἡμῖν πίστιν· λείπεται τοῦ τε-
λείου πρὸς πίστιν, ὁ τοῖς τῆς ὀλιγοπιστίας ἐγ-
κλήμασιν ὑπενηνεγμένος· ὥσπερ γὰρ ὁ χρυσὸς
ἐν πυρὶ δοκιμάζεται, οὕτως καὶ πίστις ἐν
πειρασμοῖς· πλὴν ἀσθενὴς ὁ ἀνθρώπου νοῦς·
δεῖται δὲ πάντως τῆς ἄνωθεν χειρὸς, εἰς τὸ
δύνασθαι διενεγκεῖν ἀνδρείως τὰ παρεμπί-
πτοντα· καὶ τοῦτο ἡμᾶς ὁ σωτὴρ ἐδίδασκεν
Ioh. XV. 5. εἰπών· * χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν
οὐδέν· ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο καὶ ὁ σοφώτατος
Philip. IV. 13. Παῦλος, γράφων· * πάντα ἰσχύω ἐν τῷ ἐν-

liter accidit, ut maius appareret miraculum, et perpetua fieret rei gestae memoria. Nam qui antea perituros se putaverant, postea servati sunt; ut fatentes periculum, miraculi magnitudinem agnoscerent. Verum, prout dixi, ipsum excitant dicentes: salva nos, perimus. Heic mecum animadverte fidem simul et eiusdem fidei infirmitatem. Credunt eum posse salvare, et tamen ut modica fide praediti dicunt: perimus. Profecto enim fieri non poterat ut tunc perirent, cum ille aderat qui omnia potest. Evigilat itaque statim Christus, qui rerum omnium potestatem habet, tempestatemque protinus sistit, ventorum impetum cohibet, perturbationem sedat, reque ipsa demonstrat se esse Deum. Dicatur itaque a nobis quod est in libro psalmorum: « tu dominaris potestati maris, motumque fluctuum eius tu mitigas. »

Sedata maris procella, fluctuantem simul cum navicula sanctorum discipulorum fidem ad firmitatem convertit, ac serenitatem ipsis quodammodo efficit, modicae fidei fluctus compescens. Atque ita cum undarum procella perturbationem animi illorum solvit, obiurgans simul et docens, causam esse timoris non tentationum incursum, sed mentis infirmitatem. Aiebat itaque: ubinam vestra fides? Alius autem evangelista ipsum dixisse narrat: cur timidi estis, modicae fidei? Namque interdum mentem quoque constantem turbat incumbens subito mortis timor. Idcirco accesserunt aliquando ad Christum dicentes: adauge nobis fidem. A fidei perfectione desciscit, qui diffidentiae culpa abripitur. Sicut enim aurum igne probatur, sic tentationibus fides. Verumtamen mens hominis infirma est, egetque prorsus superna manu, quò ingruentia mala perferre fortiter valeat. Idque nos Servator docebat cum diceret: « sine me nihil potestis facere. » Fatetur hoc sapientissimus quoque Paulus scribens: « omnia possum in eo qui me confortat. » Ergo repressa procella,

marique reddita quiete ac serenitate reducta, divinum mirantes prodigium discipuli, murmurabant inter se dicentes: quis est hic, qui ventis quoque sic imperat et aquis ut ei obediant? Num ergo quia ipsum non noverant, verba « quis est hic » inter se loquebantur? Atqui quid ni hoc prorsus sit incredibile? Sciebant enim et Deum esse et Dei filium Iesum, stupebant tamen haerentis ei potentiae summatum, et gloriam divinitatis: quumque adhuc inter homines versaretur, et in carne cerneretur, dicunt ea verba: quis est hic? nempe, quantus qualisque est hic, quantaque vi ac potestate pollet, quoniam ipsis imperat aquis ac vento, a quibus ei obtemperatur? Est enim hic imperativus nutus, dominicale praeceptum, non servilis precatio. Grande est hoc et audientibus utile miraculum: obedit scilicet creatura iubenti quodlibet Christo. Quin adeo ipsum increpationis modum cum digna Deo auctoritate peractum dicit Marcus. Ait enim dixisse mari Dominum: « tace, obmutesce: » quae verba comitatum est praeceptum; mare autem fluctibus spumans, incarnatum Verbum audiit, et a saeviendo destitit, agnovitque illum qui se a mundi principio nutibus suis congregaverat, qui arenosum littus posuerat ei terminum quem non transgredietur.

Haec omnia imago fuerunt rerum quae postea discipulis evenerunt. Stagnum quippe Iudaea fuit, in qua vehemens commota est tempestas Iudaeorum adversus Christum. Turbati autem adeo sunt discipuli, ut etiam diffugerint. Sed enim ceu ex somno surrexit Servator, rursusque discipulis tranquillitas adfuit. Etenim iis apparens dixit: pax vobis. Alio etiam modo, maris figuram habet hic apud nos visibilis mundus, navis ecclesia intelligetur, sanctos habens remiges, qui propterea quod fidem receperunt, praesentem semper habent Christum. At enim gravis interdum commovetur procella, ac plurimi calamitatum

δυναμοῦντί με Χριστῷ· παυσαμένου δὲ τοῦ χειμῶνος, καὶ εἰς γαλήνην καὶ εὐδίαν, νεύματι Χριστοῦ, τῆς θαλάσσης μεταβληθείσης, καταπεπληγμένοι τὴν θεοσημείαν οἱ μαθηταὶ, παρεψιθύριζον ἀλλήλοις λέγοντες· τίς ἄρα οὗτός ἐστιν, ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει, καὶ τῷ ὕδατι, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; ἆρ' οὖν ὡς οὐκ εἰδότες αὐτὸν, τὸ τίς οὗτός ἐστι παρηγόρουν ἀλλήλων; εἶτα, πῶς οὐκ ἀπίθανον παντελῶς τὸ χρῆμα ἐστίν; ᾔδεσαν γὰρ ὄντα θεὸν καὶ υἱὸν θεοῦ τὸν Ἰησοῦν, καταπληττόμενοι δὲ τῆς ἐνούσης αὐτῷ δυνάμεως τὴν ὑπερβολὴν, καὶ τὴν τῆς θεότητος δόξαν· καί τοι καθ' ἡμᾶς ὄντι τὲ καὶ ὁρωμένῳ κατὰ τὴν σάρκα, λέγουσι τὸ, τίς οὗτός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ πόσος καὶ οἷος, καὶ ἐν ὅσῃ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ, ὅτι καὶ αὐτοῖς ἐπιτάσσει τοῖς ὕδασι καὶ τῷ ἀνέμῳ, καὶ ὑπακούουσιν αὐτῷ; ἐπιτακτικὸν γάρ ἐστι τὸ ἔργον, δεσποτικὴ πρόσταξις, καὶ οὐκ ἀξίωσις οἰκετική· μέγα καὶ τοῦτο πρὸς θαῦμα καὶ ὄνησιν τοῖς ἀκροωμένοις· ὑπακούει γὰρ ἡ κτίσις οἷς ἂν ἐπιτάττειν βούληται Χριστός· ἀμέλει καὶ τὸν τῆς ἐπιτιμήσεως τρόπον ἐν ἐξουσίᾳ θεοπρεπεῖ γενέσθαι φησὶν ὁ Μάρκος· * ἔφη γὰρ εἰπεῖν τῇ θαλάσσῃ τὸν κύριον, σιώπα, πεφίμωσο· * καὶ ἅμα τῷ λόγῳ, ἠκολούθησε τὸ πρόσταγμα· καὶ ἡ θάλασσα ἐπαφρίζουσα τοῖς κύμασι, ἤκουσε τοῦ σαρκωθέντος λόγου, καὶ πέπαυται τοῦ χειμῶνος, καὶ γινώσκει τὸν ἀπ' ἀρχῆς αὐτὴν συναγαγόντα προστάγματι, τὸν θεμένον ἄμμον ὅριον αὐτῇ, ὃ οὐχ ὑπερβήσεται. *

* cod. Ματθαῖος.
* Marc. IV. 39.
* Ps. CIII. 9.

Καὶ τύπος τοῦ περὶ τοὺς μαθητὰς συμβάντος ὕστερον· λίμνη γὰρ ἡ Ἰουδαία, περὶ ἣν κατέβη λαῖλαψ πολλὴ τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ μανίας τῶν Ἰουδαίων· ἐταράχθησαν δὲ οἱ μαθηταὶ, ὥστε καὶ φυγεῖν· ἀλλ' ὥσπερ ἐξ ὕπνου ἀνέστη ὁ σωτὴρ, καὶ πάλιν οἱ μαθηταὶ ἐν γαλήνῃ· ἐπιστὰς γὰρ αὐτοῖς, εἶπεν· * εἰρήνη ὑμῖν· ἑτέρως δὲ, ἐν σχήματι θαλάσσης τοῦδε τοῦ καθ' ἡμᾶς νοουμένου κόσμου, σκάφος ἡ ἐκκλησία νοηθήσεται, πλωτῆρας ἔχουσα τοὺς ἡγιασμένους, οἳ καὶ διὰ τὸ καταδέξασθαι τὴν πίστιν, συνόντα διὰ παντὸς ἔχουσι τὸν Χριστόν· ἀλλὰ καὶ δεινὸς ἔσθ' ὅτε χειμὼν καταῤῥήγνυται, καὶ μυρία περιστάσεων τοῦ ἁγίου σκάφους κατεξανίσταται κύματα, ἀναρίθμητοι

A. f. 126.
* Luc. XXIV. 36.

δὲ ὥσπερ παφλάζουσι πειρασμοὶ, καὶ μὴν καὶ πνευμάτων πονηρῶν ἀγριότης ἐγκατασκήψασα, πρὸς αὐτὸ καταφέρει τοῦ θανάτου τὸ δεῖμα· καὶ σύνεστι μὲν τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις Χριστός· διὰ δὲ τὸ πολλάκις ἐφεῖναι παθεῖν οἰκονομικῶς, ἀπομιμεῖσθαί πως δοκεῖ τὸν νυστάζοντα· ὅταν τοίνυν ὑπέρμετρος ἀληθῶς, καὶ οὐκέτι τοῖς πλωτῆρσι φορητὸς ὁ θόρυβος ᾖ, καὶ πρὸς ἄκρον ἤδη τοῦ κακοῦ τὰ πρόβατα (1) βλέπῃ, τότε προσήκει βοᾶν μονονουχὶ λέγοντας, ἐξεγέρθητι, ἵνα τί ὑπνοῖς κύριε; ἀμελητὶ γὰρ διαναστήσεται, καὶ πάντα μὲν ἐκποδὼν ποιήσει φόβον· ἐπιτιμήσει δὲ τοῖς πειράζουσι, καὶ μεταστήσει τὸ πένθος εἰς εὐθυμίαν, εὐδίαν ἁπλώσας τὴν ἁπαλὴν καὶ ἀκύμονα· περιόψεται γὰρ οὐδαμῶς τοὺς ἐπ᾽ αὐτῷ πεποιθότας.

sanctam navim circumstant fluctus, innumerae aestuant tentationes, et impurorum spirituum saevitia incumbens, ad usque mortis terrorem compellit. Attamen familiaribus suis adest Christus; et dum saepe illos prudente consilio pati sinit, imitari videtur dormitantem. Quum itaque vere summa fuerit remigibusque intoleranda procella, et quum in extremum plane discrimen (Christi) oves venerint; tunc nos oportet clamare sic fere dicentes: expergiscere, quare obdormis, Domine? Sine mora enim exsurget, omnemque depellet timorem; tentatores obiurgabit, et luctum convertet in gaudium, serenitatem explicans nitidam et imperturbatam. Neque enim confidentes ei prorsus despiciet.

v. 26. Κατέπλευσαν εἰς τὴν χώραν τῶν Γεργεσηνῶν κ. τ. λ.

A. f. 127. B. f. 80. b. C. f. 124. Προσωρμίσθη ὁ σωτὴρ τῇ Γεργεσηνῶν, ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις μαθηταῖς· εἶτά τις ὑπήντησεν ἀνὴρ, ὃς ἦν ἐνδιαίτημα πολλῶν καὶ ἀκαθάρτων πνευμάτων, ἔξω καὶ νοῦ καὶ φρενὸς ὑπάρχων, καὶ οὐδὲν ἀπεοικὼς τῶν τεθνεώτων ἤδη καὶ ἐν γῇ κειμένων· μᾶλλον δὲ τάχα που καὶ ἐν τοῖς ἔτι χείροσι· γυμνὸς γὰρ τὰ τῶν τεθνεώτων μνήματα περιφοιτῶν, τῆς τῶν δαιμονίων ἀπανθρωπίας ἀπόδειξις ἦν· ἐφίησι γάρ τινας οἰκονομικῶς ὁ τῶν ὅλων θεὸς ὑπ᾽ αὐτοῖς γίνεσθαι, οὐχ᾽ ἵνα πάθωσι μᾶλλον, ἀλλ᾽ ἵν᾽ ἡμεῖς δι᾽ αὐτῶν μάθωμεν ὁποῖοί τινες εἰσὶν ἐκεῖνοι περὶ ἡμᾶς, οὕτω τε παραιτώμεθα τὸ ὑποκεῖσθαι θέλειν αὐτοῖς· ἑνὸς γοῦν πεπονθότος, οἰκοδομοῦνται πολλοί. v. 28. — Ὁ Γεργεσηνὸς, ἤγουν ἡ ἐν αὐτῷ λανθάνουσα τῶν δαιμονίων ἀγέλη, προσέπιπτε τῷ Χριστῷ, καὶ ταῦτα ἐβόα· τί ἐμοὶ καί σοι, Ἰησοῦ υἱὲ τοῦ θεοῦ; κ. τ. λ. Καί μοι ἐνταῦθα βλέπε, θράσει πολλῷ καὶ ἀπονοίᾳ συμπεπλεγμένην δειλίαν· δεῖγμα μὲν γὰρ ἀπονοίας διαβολικῆς, τὸ τολμῆσαι λέγειν τί ἐμοὶ καὶ σοὶ υἱὲ τοῦ θεοῦ; δειλίας δὲ, τὸ δέεσθαι ἵνα μὴ βασανισθῇ· ἀλλὰ γὰρ εἰ οἶδας ὅλως αὐτὸν υἱὸν ὄντα τοῦ ὑψίστου θεοῦ, ὁμολογεῖς ὅτι θεός ἐστιν οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς· εἶτα πῶς

Navigaverunt ad regionem Gergesenorum etc.

Navim appulit Servator cum sanctis discipulis ad regionem Gergesenorum. Mox ibi occurrit vir, qui multorum spirituum impurorum domicilium erat, mente quoque et intellectu captus, nihil a mortuis et sub terra conditis differens; immo et peiore conditione utens; nudus enim mortuorum monumenta circumiens, daemonum crudelitatis spectaculum erat. Nam aliquos sub horum potestatem decidere sinit universalis Deus, non tam ut hi patiantur, quam ut nos discamus quo ingenio sint daemones adversus nos, atque ita nolimus iis subesse: namque uno patiente, erudiuntur multi. – Gergesenus, seu latens in ipso daemonum grex, ante Christum procidit atque ita exclamabat: quid mihi et tibi, Iesu fili Dei? etc. Heic mecum animadverte, multae audaciae ac vesaniae mixtum timorem. Quippe indicium diabolicae vesaniae est, quod dicere audet: quid mihi et tibi est, fili Dei? Timoris autem, quod obsecrat ne torqueatur. Atqui si omnino scis hunc esse altissimi Dei filium, confiteris Deum esse caeli ac terrae et omnium quae in his sunt. Cur ergo quae tua non sunt,

(1) Ita cod. Sed num erat scribendum πράγματα, *res?*

immo aliena, diripis? Deinde ais, quid mihi et tibi? Nemo certe terrenorum regum homines sceptro suo suppositos barbaris in perpetuum permittit. Verba tibi congrua fare. Sunt autem haec: rogo te, ne me torqueas. – Et videsis incomparabilem dignitatem eius qui supra omnes est, id est Christi invictam potentiam. Satanam conterit, ut id tantum patiatur volens. Ignis loco flammaeque diabolo sunt Christi verba. Vere itaque dixit psalmista: « montes extabuerunt a facie Dei. » Nam montibus comparat excelsas superbasque potentias, improbas illas videlicet. Verum hae, tamquam igni admotae, Servatoris nostri virtuti atque potentiae, cerae instar liquefiunt.

Sciscitatus est Iesus iussitque edicere nomen suum. Num quia ignoraret interrogavit, atque ut unus de nobis volebat id cognoscere? Quid ni vero prorsus sit fatuum quicquam huiusmodi dicere vel cogitare? Cuncta enim scit utpote Deus, et cor scrutatur ac renes. Prudente consilio interrogavit, ut cognoscamus magnam daemonum multitudinem unam hominis animam possedisse. Nam quia Dominus noverat magnum esse daemonum illic habitantium numerum; spectatores autem unum cernebant hominem, unamque vocem emissam audiebant, ait Christus: dic, quod est tibi nomen; ne si forte ipsemet dixisset multos illic esse, haud ei crederetur. Ipsos itaque fateri vult multitudinem suam.

Et rogabat eum, ne iuberet etc.

Nam quia alii iam in abyssum praemissi fuerant, reliqui idem sibi timebant (1).

Rogabant eum ut permitterent sibi in illos (porcos) ingredi.

Impurorum spirituum grex postulavit sibi parem porcorum gregem. Annuit vero dispensativo consilio Christus, quamquam quid ab ipsis eventurum foret non ignorabat. Rei copiam ipsis concessit, ut hoc

τὰ μὴ σὰ, μᾶλλον δὲ τὰ αὐτοῦ, διαρπάζεις; εἶτα λέγεις τί ἐμοὶ καὶ σοί; καὶ τίς ἀνέξεται τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων μέχρι παντὸς ἀνεῖναι βαρβάροις τοὺς ὑπὸ σκῆπτρα κειμένους; τὰς σαυτῷ πρεπούσας ἐρεύγου φωνάς· αὗται δέ εἰσιν αἱ τῶν, δέομαί σου μή με βασανίσῃς. – Καὶ ἄθρει δή μοι πάλιν τὴν ἀπαράβλητον δόξαν τοῦ πάντων ἐπέκεινα, φημὶ δὴ Χριστοῦ τὴν ἀκαταγώνιστον ἰσχύν· συντρίβει τὸν σατανᾶν, ἐθελήσας μόνον τοῦτο παθεῖν αὐτόν· πῦρ αὐτῷ καὶ φλόγες εἰσὶ τὰ Χριστοῦ ῥήματα· ἀληθὲς οὖν ὅτι καθά φησιν ὁ μακάριος ψαλμῳδὸς *, * Ps. XCVI. 5
τὰ ὄρη ἐτάκησαν ἀπὸ προσώπου τοῦ θεοῦ· ὄρεσι γὰρ τὰς ὑψηλὰς καὶ ὑπερηφάνους παρεικάζει δυνάμεις πονηρὰς δηλονότι· πλὴν ὡς πυρὶ προσβαλοῦσαι τῇ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν δυνάμει τε καὶ ἐξουσίᾳ κατατήκονται κηροῦ δίκην.

Ἠρώτα Χριστὸς, καὶ προστέταχεν εἰπεῖν τί τὸ ὄνομα αὐτῷ· ἆρ' οὖν οὐκ εἰδὼς ἤρετο; καὶ ὡς εἷς τῶν καθ' ἡμᾶς ἐζήτει μαθεῖν; καί τοι πῶς οὐκ ἀσύνετον παντελῶς τὸ φράσαι τι τοιοῦτον ἢ νοεῖν; πάντα γὰρ οἶδεν ὡς θεὸς, καὶ καρδίαν ἐξετάζει καὶ νεφρούς· ἤρετο οἰκονομικῶς, ἵνα μάθωμεν ὅτι πολλὴ δαιμονίων πληθὺς μίαν ἀνθρώπου ψυχὴν κατενείματο· ἐπειδὴ γὰρ ὁ κύριος ᾔδει τὸ πλῆθος τῶν ἐνοικούντων δαιμόνων, οἱ δὲ ὁρῶντες, ἕνα μὲν ἄνδρα ἔβλεπον, μιᾶς δὲ προφερομένης φωνῆς ἤκουον, λέγει· εἰπὲ, τί ὄνομά σοι· ἵνα μὴ αὐτὸς εἰπὼν ὅτι πολλοί εἰσιν, ἀπιστηθῇ, ἀλλ' αὐτοὶ ὁμολογήσωσιν ὅτι πολλοὶ τυγχάνουσι. v. 30. A. f. 127.

Καὶ παρεκάλει αὐτὸν ἵνα μὴ ἐπιτάξῃ κ. τ. λ. v. 31.

Ὡς γὰρ ἑτέρων ἤδη προαπεσταλμένων, B f. 82. b.
οἱ καταλειφθέντες τὸ χρῆμα ἐπεφρίκεσαν.

Παρεκάλουν αὐτὸν ἵνα ἐπιτρέψῃ αὐτοῖς εἰς ἐκείνους εἰσελθεῖν. v. 32.

Ἤτησέ γε μὴν ἡ τῶν ἀκαθάρτων πνευμάτων ἀγέλη τὴν ἴσην τε καὶ ὁμοίαν ἑαυτῇ τὴν χοίρων ἀγέλην· κατένευσε δὲ Χριστὸς οἰκονομικῶς, καί τοι τὸ παρ' αὐτῶν ἐσόμενον οὐκ ἠγνοηκώς· δέδωκε γὰρ τὴν ἐξουσίαν αὐτοῖς, ἵνα A. f. 127. b

(1) Addit vel praeponit D. Thomas in catena. « Cyrillus. Hinc autem palam est, quod aemulae catervae a maiestatis divinae ineffabili potentia Salvatoris detrudebantur ad inferna. »

ἡμῖν γένηται καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, ὠφελείας πρόφασις καὶ ἀσφαλείας ἐλπίς· αἰτοῦσι γὰρ χοίρων τὴν ἐξουσίαν, ὡς οὐκ ἔχοντες δηλονότι· οἱ δὲ τῶν οὕτω μικρῶν καὶ εὐτελεστάτων οὐκ ἔχοντες ἐξουσίαν, πῶς ἂν ἀδικήσειάν τινα τῶν ἐσφραγισμένων παρὰ Χριστοῦ, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος ἀνηρτημένων; καὶ μὴν καὶ τοῦτο πρὸς τούτοις ἔξεστι μαθεῖν, ὡς ἀπό γε τοῦ συμβεβηκότος τῇ τῶν χοίρων ἀγέλῃ, ὅτι εἰσὶν οἱ ἀλιτήριοι δαίμονες κακοὶ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῖς γινομένων ἐπίβουλοι· τοῦτο γὰρ ἐνδείξειεν ἂν καὶ μάλα σαφῶς τὸ κατακρημνίσαι τοὺς χοίρους, ἐναποπνίξαι τε τοῖς ὕδασι· καὶ διὰ τοῦτο κατένευσεν αἰτοῦσιν αὐτοῖς ὁ Χριστὸς, ἵνα ἐκ τοῦ συμβεβηκότος μάθωμεν ἡμεῖς, ὁποῖοι τινές εἰσιν, ὡς ἀπηνεῖς τε καὶ θηριώδεις.

etiam cum ceteris nobis fieret utilitatis argumentum et tutelae spes. Petunt in porcos potestatem, nempe quia non habebant. Iam vero qui adeo parvae vilisque rei dominio non potiebantur, quomodo cuiquam nocebunt qui Christi sigillum receperit, in eoque spem suam collocaverit? Illud insuper praeter cetera discere licet, nempe ex iis quae porcorum gregi acciderunt, scelestos daemones esse noxios, et suis subditis mala moliri. Res patet evidentissime ex porcorum praecipitio et in aquis suffocatione. Propterea petentibus illis indulsit Christus, ut ex rei eventu nos discamus cuiusmodi sint daemones, crudeles scilicet atque ferini (1).

v. 45. Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς· τίς ὁ ἁψάμενός μου;

Ait Iesus: quis me tetigit?

A. f. 130. Οὐκ ἠγνοήθη δὲ τὸ παράδοξον. καίτοι γὰρ πάντα εἰδὼς ὁ σωτὴρ, ὡς μὴ εἰδὼς ἐρωτᾷ. καὶ φησί· τίς ὁ ἁψάμενός μου; οὐκ ἀπιθάνως δὲ τῶν ἁγίων ἀποστόλων εἰπόντων, ὅτι οἱ ὄχλοι συνέχουσί σε καὶ ἀποθλίβουσιν, ὃ μέγιστον ἦν σημεῖον τοῦ καὶ σάρκα αὐτὸν ἀληθῆ περικεῖσθαι, καὶ πάντα τῦφον καταπατεῖν, οὐδὲ γὰρ πόῤῥωθεν εἵποντο, ἀλλὰ συνεῖχον αὐτὸν πάντοθεν· αὐτὸς τὸ πραχθὲν εἰς μέσον συνάγει, καὶ ἐπέμεινε λέγων, ὅτι ἥψατό μου τίς· ἐγὼ γὰρ ἔγνων δύναμιν ἐξελθοῦσαν ἀπ' ἐμοῦ, πρὸς τὴν ὑπόνοιαν τῶν ἀκουόντων παχύτερον ἀποκρινόμενος· ἆρ' οὖν φιλοδόξως ὁ κύριος οὐκ ἀφῆκε λαθεῖν τῆς θεοπρεποῦς ἐνεργείας τὴν ἔνδειξιν, ἤτοι τὸ συμβαῖνον ἐπὶ τῷ γυναίῳ παράδοξον; οὐ τοῦτό φαμεν· πῶς γάρ; ὁ κελεύων σιγᾷν πολλαχοῦ; ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον· βλέπει γὰρ εἰς ὄνησιν πανταχοῦ τῶν καλουμένων εἰς τὴν διὰ πίστεως χάριν· οὐκοῦν πολλοὺς μὲν ἠδίκησεν ἀγνοηθὲν τὸ σημεῖον· γεγονὸς δὲ γνώριμον, ὠφέλησεν οὐ μετρίως, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τὸν ἄρχοντα τῆς συναγωγῆς· ἀσφαλεστέραν γὰρ ἐτίθει τὴν τοῦ προσδοκηθέντος ἐλπίδα· καὶ ἀραρότως ἐδίδου θαῤῥεῖν, ὅτι καὶ τῶν τοῦ θανάτου βρόχων ἐξαρπάσει Χριστὸς τὸ θυγάτριον

Mira ac subita res ab eo non ignorabatur, etsi qui omnia novit Servator, tamquam ignarus interrogat, aitque: quis me tetigit? Sanctis autem apostolis non inepte respondentibus, en turbae te comprimunt et affligunt; quod maximum erat indicium eum veram gerere carnem, et omni fastu abhorrere; non enim eum procul sequebantur, sed undique circumsistebant; ipse inquam rem actam in medium profert, substititque dicens: vere aliquis me tetigit; etenim ego novi virtutem de me exiisse. Quod quidem pro ruditate audientium ita locutus est. Num ergo ob gloriae cupiditatem noluit Dominus latere divinae suae efficaciae demonstrationem? Minime hoc dicimus. Cur enim id ageret, qui multoties tacere iussit? Illud potius censendum est, nempe ubique propositam fuisse ei utilitatem illorum qui per fidem ad gratiam vocati erant. Multis reapse nocumento fuisset miraculi eius ignoratio; quod contra palam factum non parum profuit, atque in primis principi synagogae. Id enim spem tutiorem expectanti iniecit, firmamque fiduciam contulit, fore ut eius filiolam de mortis laqueis expediret. – Non enim li-

(1) Apud D. Thomam pergit « Cyrillus. Erat enim necessarium ostendere, filium Dei providentiam » rerum habere non minus quam pater, ut aequalitatis decor in utroque appareat. »

cebat immundis vel rem sanctam tangere, vel ad sacrum quemvis virum accedere. Persuasum ergo fuit nobis, Deum verum esse Emmanuhelem, tum insperato prodigii effectu, tum etiam eius verbis Deo dignis. Ego enim, inquit, novi virtutem de me exiisse. Est autem supra nostram conditionem, et fortasse angelorum etiam vim excedit, ut virtutem aliquis de se possit emittere, tamquam ex propria natura, id est se ipso. Id autem uni congruit supremae naturae atque altissimae: neque ulla creatura medicam vim in se gerit, aut aliam quamlibet propriam, sed a Deo tantum concessam.

Et reversus est spiritus eius, et surrexit continuo.

Talis utique est miraculi historia. Sed enim fortasse oportet aliquanto subtilius et sublimius hanc ipsam considerare. Itaque simpliciores quidem Dei magnalia mirentur secundum praedicta; quae etiam materialiter intellecta aedificant. Verum nos qui transcendere possumus ad contemplandum, quod haec in figura illis contingebant, et nostri gratia scripta fuerunt, Deum invocantes petamus ut nobis sermo suppetat qui et hanc partem illustrare queat; quomodo scilicet Iesus ad archisynagogi filiam recto itinere abierit, non autem ad haemorrhoissam, quae ei in via occurrit; et tamen quamvis recta ad illam pergeret, nihilominus prior haec sanata fuerit. Venit enim Dei filius principaliter ad Iudaeorum synagogam, invenitque eam languentem immo mortuam. Namque Israhelitarum peccata illam extinxerant. At vero haemrorhoissa quae in via erat, immunditia scatens, fluxum praeter tempus patiens in naturalibus, ipsa ante illam credit filio Dei. Et Iesus quidem illuc abibat, ipsa autem vestimenti eius fimbriam vult attingere. Porro

αὐτοῦ. — Οὐ γὰρ ἐξῆν τοῖς μὴ καθαροῖς, A. f. 130. b
ἢ ἅψασθαί τινος τῶν ἁγίων, ἢ ἐγγὺς γίνεσθαι ἀνδρὸς ἱεροῦ· πεπληροφορήμεθα τοίνυν ὡς θεὸς ἀληθινός ἐστιν ὁ Ἐμμανουὴλ, καὶ ἀπό γε τῶν παραδόξως ἐνηργημένων, καὶ ἐξ ὧν ἔφη θεοπρεπῶς· ἐγὼ γὰρ καὶ ἔγνων, φησὶ, δύναμιν ἐξεληλυθυῖαν ἀπ᾽ ἐμοῦ· ἔστι δὲ μείζων ἐπέκεινα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, ἢ τάχα που καὶ ἀγγελικῶν, τὸ δύνασθαι δύναμιν ἐκπέμψαί τινα, καὶ ὡς ἀπό γε τῆς ἰδίας φύσεως, τουτέστιν ἀφ᾽ ἑαυτῶν· πρέπει δὲ μόνῃ τὸ χρῆμα τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει· οὐδὲν γὰρ τῶν ἐν τοῖς κτίσμασι φέρει τινὰ δύναμιν ἰατρικὴν, ἢ γοῦν ἑτέραν τινὰ ἰδίαν, ἀλλὰ θεόσδοτον.

Καὶ ἐπεστρέψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς, καὶ ἀνέστη παραχρῆμα. v. 55.

Πλὴν (1) ἀλλὰ τοιαύτη μὲν ἡ τοῦ θαύ- H. f. 30
ματος ἱστορία· χρὴ δὲ ἴσως καὶ ἰσχνότερον αὐτὴν θεωρῆσαι καὶ ὑψηλότερον· οἱ μὲν οὖν ἁπλούστεροι θαυμαζέτωσαν τὰ μεγαλεῖα τοῦ θεοῦ κατὰ ταῦτα· οἰκοδομεῖ γὰρ καὶ σωματικῶς νοούμενα· οἱ δὲ δυνάμενοι διαβαίνειν ἐπὶ τὸ βλέπειν ὅτι καὶ ταῦτα τυπικῶς συνέβαινεν ἐκείνοις, ἐγράφη δὲ δι᾽
ἡμᾶς *, εὐξάμενοι τῷ θεῷ, αἰτήσωμεν λό- * I. Cor. X. 11.
γον ἐλθεῖν τὸν σαφηνίζοντα καὶ ταῦτα· πῶς ὁ Ἰησοῦς πρὸς ἀρχισυναγώγου θυγατέρα προηγουμένως ἀπῄει, οὐ πρὸς τὴν αἱμορροοῦσαν, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτῷ ἀπαντῶσαν· καὶ ὅτι προηγουμένως ἀπιόντος αὐτοῦ πρὸς ἐκείνην, πρώτη αὕτη θεραπεύεται· ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ προηγουμένως εἰς τὴν Ἰουδαίων συναγωγὴν, καὶ εὗρεν αὐτὴν νοσοῦσαν καὶ ἀποθανοῦσαν· τὰ γὰρ παραπτώματα τοῦ Ἰσραὴλ πεποίηκεν αὐτὴν ἀποθανεῖν· ἡ δὲ αἱμορροοῦσα ἡ ἐν τῇ ὁδῷ, ἡ ἀκαθαρσίας πεπληρωμένη, ἡ ῥέουσα οὐκ ἐν καιρῷ ἀφέδρου, ἀλλ᾽ ἀεὶ αἱμορροοῦσα, αὐτὴ πρὸ ἐκείνης πιστεύει τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ· καὶ ἐκεῖ μὲν ἐπ᾽ αὐτὴν ἀπέρχεται, αὐτὴ δὲ κἂν τοῦ κρασπέδου τοῦ ἱματίου ἅψασθαι θέλει· ὁ δὲ Λουκᾶς, ὃ

(1) Totum hoc fragmentum mihi occurrit tantummodo in codice H. f. 30. sub utroque nomine Cyrilli atque Origenis, qui mos interdum catenarum est. Et quidem ex codice veneto iam dederat auctor appendicis Galland. Bibl. T. XIV. p. 95. Corderius quoque in sua lat. cat. habet sub Cyrilli et Geometrae nominibus.

μὴ εἶπε Ματθαῖος, προσέθηκεν ὅτι δωδεκαετὴς ἦν ἡ τοῦ ἀρχισυναγώγου θυγάτηρ· καὶ ἡ αἱμοῤῥοοῦσα δώδεκα ἔτη εἶχεν αἱμοῤῥοοῦσα· οὐκοῦν ἅμα τῇ γενέσει ἐκείνης, αὕτη αἱμοῤῥοεῖ· ἐν ἀπαθείᾳ γάρ ἐστιν ἐκείνη ὅσον χρόνον ζῇ ἡ συναγωγή, καὶ ὁ αὐτὸς ὅρος τοῦ χρόνου τοῦ τέλους ἐκείνης, καὶ τῆς ἀρχῆς τῆς σωτηρίας ταύτης ἐστί· δώδεκα ἐτῶν ἐκείνη ἀποθνήσκει, καὶ δώδεκα ἐτῶν τοῦ πάθους αὕτη πιστεύσασα θεραπεύεται, ἥτις οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἰατρῶν θεραπευθῆναι· πολλοὶ γὰρ ἰατροὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ὑπέσχοντο θεραπεῦσαι· ἐὰν ἴδῃς τοὺς φιλοσοφοῦντας ἐπαγγελλομένους ἀλήθειαν, ἰατροί εἰσι θεραπεῦσαι πειρώμενοι· ἀλλ' αὐτὴ δαπανήσασα τὰ παρ' ἑαυτῆς πάντα, οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς τῶν ἰατρῶν θεραπευθῆναι· ἥψατο δὲ τοῦ κρασπέδου τοῦ Ἰησοῦ διὰ πίστεως, καὶ ἰάθη· ἐὰν ἴδωμεν τὴν πίστιν ἡμῶν τὴν εἰς Χριστὸν Ἰησοῦν, καὶ νοήσωμεν πηλίκος ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, καὶ τίνος ἡψάμεθα αὐτοῦ, ὀψόμεθα ὅτι πρὸς σύγκρισιν τῶν ἐν αὐτῷ κρασπέδων, κρασπέδου ἡψάμεθα· ἀλλ' ὅμως τὸ κράσπεδον θεραπεύει ἡμᾶς, καὶ ποιεῖ ἀκούειν ἀπὸ τοῦ Ἰησοῦ· θύγατερ, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· καὶ ἐὰν θεραπευθῶμεν, καὶ ἡ θυγάτηρ ἀναστήσεται τοῦ ἀρχισυναγώγου· ὅταν γὰρ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε πᾶς
* Rom. XI. 25. Ἰσραὴλ σωθήσεται. *

Lucas, quod non dixerat Matthaeus, addidit duodennem fuisse archisynagogi filiam. Et haemorrhoissa pariter iam a duodecim annis fluxum patiebatur. Ergo inde a tempore quo illa nata, haec sanguine fluebat. Namque illa nihil passa est, quamdiu synagoga vixit, idemque terminus temporis interitûs illius, et initii salutis istius. Duodennis illa moritur, et duodecimo morbi anno haec propter fidem suam sanatur, quae a nullo medico impetrare salutem potuerat. Nam multi medici ethnicos a se sanatum iri promiserant. Si quidem philosophos observaveris veritatem profitentes, hi medici sunt, qui sanare nituntur. Sed enim ipsa omni re sua consumpta, a nemine medicorum sanari potuit; donec Iesu fimbriam cum fide tangens valetudinem recuperavit. Si consideremus nostram in Christum Iesum fidem, et reputemus qualis quantusque sit filius Dei, et quidnam eius tetigerimus, videbimus quod prae tot quae sunt in eo fimbriis, unam fimbriam contigimus: et tamen vel una haec fimbria nos sanat, facitque ut a Iesu audiamus: filia, fides tua salvam te fecit. Et postquam nos sanati fuerimus, filia quoque archisynagogi resurget. Quando enim plenitudo gentium intraverit, tunc et universus Israhel salvabitur.

ΚΕΦ. Θ'.

v. 1. Ἔδωκεν αὐτοῖς δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια. καὶ νόσους θεραπεύειν.

A. I. 132. B. f. 88. C. f. 125. b. D. f. 34. b. Ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι πόνων ἀγαθῶν ὁ καρπὸς εὐκλεής· τοὺς γάρ τοι τὸν πάναγνον καὶ ἀβέβηλον, κατά γε τὸ ἀνθρώποις ἐγχωροῦν κατορθοῦν ἐθέλοντας ζωὴν, τοῖς παρ' ἑαυτοῦ χαρίσμασι καταφαιδρύνει Χριστὸς, καὶ πλουσίαν αὐτοῖς τῶν κατορθωμένων ἁγιοπρεπῶς χαρίζεται τὴν ἀντέκτισιν, καὶ δόξης αὐτοὺς τῆς ἰδίας καθίστησι κοινωνούς· δέχου τοῦ πράγματος ἀπόδειξιν σαφῆ τε καὶ ἐναργῆ, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους· ὅρα γεγονότας ἐκπρεπεστάτους, καὶ τῇ ὑπὲρ ἄνθρωπον δόξῃ κατεστεμμένους, νέμοντος αὐτοῖς μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο Χριστοῦ· δέδωκε γὰρ αὐτοῖς, φησι,

Cap. IX.

Dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemonia, et ut languores curarent.

Vere dicitur, bonorum laborum fructus gloriosus. Namque eos, qui sanctam et immaculatam, quoad hominibus datum est, degere volunt vitam, donis suis Christus illustrat, uberemque illis bonorum operum, prout Deo dignum est, retributionem largitur, gloriaeque suae participes facit. Accipe rei huius perspicuam evidentemque demonstrationem, sanctos apostolos. Cerne illos illustrissimos factos, et plus quam humana gloria exornatos, hanc eis largiente praeter alia dona Christo. Dedit enim illis, inquit evangelista, virtutem ac

potestatem super omnia daemonia, et ut languores curarent. Et rursus animadverte, humanatum Dei Verbum, humanitatis mensuram excedere, et deitatis dignitate fulgere. Superat enim humanae naturae fines ut aliquis, quibus vult, adversus impuros spiritus det potestatem. Morbis item liberandi implicitos, solius Dei potentia est. Nam supremae naturae excelsitas et maiestas nemini existenti naturaliter inest, nisi ipsi uni. Digna itaque admiratione est quae sanctis apostolis gratia data fuit. Excedit autem laudem quamlibet atque admirationem, dantis liberalitas; suam quippe ipsis, ut dixi, gloriam largitur. Homo potestatem adversus malos spiritus accipit, elatamque adeo superbiam, diaboli inquam, prosternit. Quamquam hic aliquando dixerat: universum orbem manu mea nidi instar capiam, et ut ova derelicta sumam, nec me quisquam effugiet aut mihi resistet. Verumtamen a veritate longe aberravit, et spe sua falsus est superbus ille et audax, et qui omnium debilitate gaudebat. Opposuit enim illi sacrae praedicationis ministros, virtutum Dominus. Atque hoc scilicet per unum de sanctis prophetis praedictum fuerat, de Satana videlicet et de sanctis doctoribus, quod subito exsurgent qui illum mordeant, et evigilabunt adversarii tui, fiesque illis in praedam. Paene enim Satanam consumpserunt, gloriationi eius adversantes, vasa diripientes, et ad Christum per fidem in ipsum transferentes.

Deinde undenam ad homines splendida haec et famosa gratia delata fuerit, si placet, inquiramus. Coronavit itaque tali honore hominis naturam unigenitum Dei Verbum, postquam homo factum est; et quin de suprema sua dignitate quicquam amitteret, Deo congrua operabatur; Satanam potentissimo effato contrivit, malos spiritus increpuit. Sic via debellandis in terra malis spiritibus munita fuit. – Cur vero, dicet aliquis, tales tantosque frustra osten-

δύναμιν καὶ ἐξουσίαν ἐπὶ πάντα τὰ δαιμόνια, καὶ νόσους θεραπεύειν· ἀλλ' ὅρα πάλιν τὸν ἐνανθρωπήσαντα τοῦ θεοῦ λόγον, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ὑπερτρέχοντα μέτρον, καὶ τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασι διαπρέποντα· ἐπέκεινα γὰρ τῶν τῆς ἀνθρωπότητος μέτρων, τὸ διδόναι κατὰ πνευμάτων ἀκαθάρτων οἷς ἂν βούληται τὴν ἐξουσίαν· καὶ μὴν καὶ τὸ δύνασθαι νοσημάτων ἐλευθεροῦν τοὺς ἐνειλημμένους, καὶ μόνου θεοῦ· ἡ γὰρ τῆς ἀνωτάτω φύσεως ὑπεροχή τε καὶ δόξα οὐδενὶ τῶν ὄντων ἔνεστι φυσικῶς, πλὴν ὅτι αὐτῷ τε καὶ μόνῳ· ἀξία τοίνυν θαύματος ἡ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐκνεμηθεῖσα χάρις· ἐπέκεινα δὲ παντὸς ἐπαίνου καὶ θαύματος, ἡ τοῦ νέμοντος ἀφθονία· τὴν ἑαυτοῦ γὰρ αὐτοῖς, ὡς ἔφην, χαρίζεται δόξαν· ἄνθρωπος ἐξουσίαν κατὰ πνευμάτων δέχεται πονηρῶν, καὶ τὴν οὕτως ὑπέροπτον ὀφρῦν, τὴν τοῦ διαβόλου φημὶ, καταστρέφει· καίτοι λέγοντός ποτε, τὴν οἰκουμένην ὅλην καταλήψομαι τῇ χειρὶ ὡς νοσσίαν, καὶ ὡς καταλελειμμένα ὠὰ ἀρῶ, καὶ οὐκ ἔστιν ὃς διαφεύξεται ἢ ἀντείπῃ μοι· * ἐσφάλλετο δὲ (* Is. X. 14.) τῆς ἀληθείας, καὶ διημάρτηκε τῆς ἐλπίδος, ὁ σοβαρὸς καὶ θρασὺς, καὶ τῆς ἁπάντων ἀσθενείας κατακαυχώμενος· ἀντέταξε γὰρ αὐτῷ τοὺς τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων ἱερουργοὺς, ὁ τῶν δυνάμεων κύριος· καὶ τοῦτο ἦν ἄρα τὸ δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων προφητῶν προκεκηρυγμένον, περί τε τοῦ σατανᾶ καὶ τῶν ἁγίων μυσταγωγῶν *, ὡς ἐξαίφνης (* Habac. II. 7.) ἀναστήσονται οἱ δάκνονται αὐτὸν, καὶ ἐκνήψουσιν οἱ ἐπίβουλοί σου, καὶ ἔσῃ εἰς διαρπαγὴν αὐτοῖς· μόνον γὰρ οὐχὶ κατεδηδόκασι τὸν σατανᾶν, ἐπιβουλεύοντες αὐτοῦ τῇ δόξῃ, καὶ διαρπάζοντες αὐτοῦ τὰ σκεύη, καὶ προσκομίζοντες Χριστῷ διὰ πίστεως τῆς εἰς αὐτόν.

Εἶτα πόθεν εἰς ἀνθρώπους ἡ λαμπρὰ καὶ διαβόητος οὕτω κατενήνεκται χάρις, πολυπραγμονῶμεν εἰ δοκεῖ· οὐκοῦν ἐστεφάνωσε τῇ τοιᾷδε τιμῇ τὴν ἀνθρώπου φύσιν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, γενόμενος ἄνθρωπος, καὶ τῆς ἰδίας ὑπεροχῆς κατ' οὐδένα τρόπον ἐκβεβηκὼς, ἐνήργηκε τὰ θεοπρεπῆ, συνέτριψε τὸν σατανᾶν ῥήματι τῷ πανσθενεστάτῳ, ἐπετίμησε πνεύμασι πονηροῖς· αὕτη γέγονεν ὁδὸς τοῦ δύνασθαι πονηροῖς ἐπιπλήττειν πνεύμασι, τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. — Τί δὲ ἆρά γε (A. f. 132. b.)

εἰκῆ τοιούτους ἀπέφηνε τοὺς ἀποστόλους, καὶ ἐπ' οὐδενὶ τῶν ἀναγκαίων ἐκπρεπεστάτους; καί τοι πῶς τοῦτο ἐστὶν ἀληθές; ἔδει γὰρ ἔδει τοὺς ἱερῶν κηρυγμάτων διακόνους ἐπιδεδειγμένους κατορθοῦν δύνασθαι τὰ παράδοξα, καὶ δι' αὐτῶν πιστεύεσθαι τῶν ἐκτελεσμάτων ὅτι τέ εἰσι θεοῦ διάκονοι, καὶ μεσῖται τῶν ὑπ' οὐρανὸν, καλοῦντες ἅπαντας εἰς διαλλαγὴν καὶ εἰς τὴν ἐν πίστει δικαίωσιν· τοῖς μὲν γὰρ νουνεχεστέροις, ἀπόχρη καὶ λόγος ἔσθ' ὅτε πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας ἐπίγνωσιν· τοῖς γε μὴν οὐχ' ἑτοίμως ἔχουσιν εἰς παραδοχὴν ὧν ἂν τις λέγοι, δεῖ δὴ θαυμάτων καὶ τερατουργίας· καλοῦνται γὰρ οὕτω μόλις πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

dit Christus apostolos, et sine ulla necessitate illustrissimos? Quid tu, inquam ego, adversus veritatem ais? Necesse prorsus erat ut delecti sacrae praedicationis ministri patrandi prodigia copiam haberent, et ipsis factis fidem facerent se Dei esse ministros et orbis terrarum mediatores, mortales cunctos ad reconciliationem vocantes atque ad eam quae fide fit iustificationem. Et sapientioribus quidem vel solus interdum satis erat sermo ad veritatis cognitionem: verum iis qui minime parati erant ad alienae doctrinae receptionem, opus erat miraculis portentisque. Vix enim ita ad veritatem invitantur.

v. 3. Εἶπε πρὸς αὐτούς· μηδὲν αἴρετε εἰς τὴν ὁδόν.

A. f. 133. D. f. 34. b. Οὕτω δὴ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους κατακοσμήσας, ἰέναι προσέταξεν ἐπὶ τὸ χρῆναι λαλεῖν τοῖς ἁπανταχόσε γῆς τὸ αὐτοῦ μυστήριον· ταύτῃ τοι καὶ εὐζωνοτάτους εἶναι κελεύει, καὶ μερίμνης ἁπάσης κοσμικῆς ἀπαλλάττεσθαι βούλεται, ὡς μηδὲ αὐτῆς τῆς ἀναγκαίας τροφῆς καὶ ἀπαραιτήτου ποιεῖσθαί τινα λόγον· κόσμον γὰρ αὐτοῖς, καὶ οἷόν τινα στέφανον ἔσεσθαι φησὶ, τὸ κεκτῆσθαι μηδέν· μήτε μὴν ἐπικομίζεσθαί τι παράπαν, μὴ ῥάβδον, μὴ πήραν, μὴ ἄρτον, μὴ ἀργύριον, μὴ χιτῶνας δύο· μονονουχὶ τὸ ἐν ψαλμοῖς
* Ps. LIV. 23. ἐκεῖνο λέγων· * ἐπίῤῥιψον ἐπὶ κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει· καὶ γάρ
* Matth. VI. 24. et Luc. XVI. 13. ἐστιν ἀληθὲς ὅπερ αὐτὸς ἔφη Χριστός· * οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ· ἵνα τοίνυν μονοειδῆ καὶ μονότροπον ἔχωσι τὴν ζωὴν, εἰς μόνον ὁρῶντες τὸ χρῆναι μυσταγωγεῖν, μηδένα προσέταξε ποιεῖσθαι λόγον ἢ ἀμφίων ἢ τροφῆς· ἀλλὰ φαίη τίς ἄν· καὶ πόθεν αὐτοῖς προσγένοιτο τῶν ἀπαραιτήτως ζητουμένων ὁ πόρος; διαδείκνυσι καὶ τοῦτο εὐθὺς λέγων·

Ait ad illos: nihil tuleritis in via.

Sic honorabiliter instructos sanctos apostolos, pergere iussit ad ubique nunciandum mysterium suum. Propterea expeditissimos etiam ire praecipit, atque omni mundana cura vult carere, ita ut ne cibi quidem necessarii et inevitabilis rationem haberent. Namque ipsis fore ornamentum, et quandam veluti coronam, rerum omnium abdicationem; neque omnino quicquam deferre, non baculum, non peram, non panem, non argentum, aut tunicas duas. Ac prope illud psalmi dicit: iacta in Dominum curam tuam, et ipse te enutriet. Nam vere Christus dixit: non potestis Deo servire et mammonae. Ut ergo minime variam curisque distractam vitam degerent, et ad doctrinae officium unice incumberent, nullam gerere iussit vestitus aut victus curam. Sed dicet aliquis: undenam ipsis necessariae res suppetebant? Hoc etiam demonstrat statim subiiciens:

v. 4. Καὶ εἰς ἣν οἰκίαν εἰσέλθητε κ. τ. λ.

A. f. 133. B. f. 88. b. D. f. 34. b. Ἀρκέσει φησὶν ὁ παρὰ τῶν μυσταγουμένων καρπός· ἐκεῖνοι παρ' ὑμῶν τὰ πνευματικὰ λαμβάνοντες, τῶν σωματικῶν ποιήσονται πρόνοιαν ἐν οἰκίᾳ δὲ μιᾷ μένειν τε αὐτοὺς προσέταξε καὶ [μὴ] ἀπ' αὐτῆς ἐξέρχεσθαι· ὥστε μήτε τὸν δεχόμενον λυπεῖν, μήτε αὐτοὺς δόξαν λαβεῖν γαστριμαργίας καὶ εὐ-

Et in quamcumque domum intraveritis etc.

Sufficiet, inquit, quem dabunt neophyti fructum: hi enim spiritalibus a vobis acceptis, vestrae rei corporalis curam gerent. In una autem domo manere iussit, neque inde discedere, ne et hospitem contristarent, et ipsi gulositatem et commoda sectari viderentur. Oportebat enim neque eos

qui semel suscepissent dono privare, neque ipsos sanctos apostolos impedimentum ullum studio ac sedulitati divinae praedicationis interponere; dum a multis ad se vocarentur, non ut aliquid utile discerent, sed ut delicatas ipsis et praeter necessitatem dapes apponerent. – Quod autem mercede non careat honor sanctis exhibitus, de Servatoris cognoscemus sermonibus. Aiebat enim discipulis: qui vos recipit, me recipit et eum qui me misit. Sollerte enim consilio sibi proprios facit, atque in suam recipit personam qui sanctis deferuntur honores, ut iis undique munimenta conciliet. Quod si optima conditione est, et in splendida spe versatur qui sanctos recipit; quid ni contrarium quoque meritum eodem gradu habeatur? Extrema enim laborabit miseria si quis honoris sanctis viris exhibendi negligens fuerit. Ideo ait: « et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, pedum quoque pulverem super illos excutite. Quippe oportet ab illis qui ministros non receperint, neque sacram praedicationem admiserint, nihil omnino accipere. Est enim plane incredibile, eos qui Servatoris doctrinam, patremque familias contempserint, erga famulos videri benivolos, eorumque benedictionem expetere.

Quod cum cognovissent turbae, secutae sunt illum

Partim quidem liberari se daemonibus partim morbis exquirentes, partim etiam doctrinae eius studentes, constanter admodum illi adhaerebant.

Dies autem coeperat declinare etc.

Die declinante, vel potius vespertino iam tempore, cura discipulos subiit turbarum, ideoque accedentes pro iis rogabant. Iam quid heic significet dictio « dimitte » accurate vestigemus. Alii, ut dixi, eorum qui Iesum assectabantur, liberari malorum spirituum obsessione volebant, alii aliis infirmitatibus levari expetebant. Discipuli ergo ceu probe gnari posse Iesum vel uno nutu laborantium votis satis facere, dimitte eos, aiunt: neque id fasti-

κολίας· ἔδει γὰρ μήτε τοὺς ἅπαξ λαβόντας
ἀποστερεῖσθαι τῆς δωρεᾶς, μήτε μὴν αὐτοὺς
τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, ἐγκοπήν τινα δοῦναι
τῆς εἰς τὸ θεῖον κήρυγμα σπουδαῖς τε καὶ προ-
θυμίαις, ἑλκομένους παρὰ πολλῶν, οὐχ ἵνα
τι τῶν ἀναγκαίων ἔσθ᾽ ὅτε μανθάνωσιν, ἀλλ᾽
ἵνα τράπεζαν αὐτοῖς παραθεῖεν ἁβρὰν, καὶ
πέρα τῆς χρείας. — Ὅτι δὲ οὐκ ἄμισθον τὸ
τιμᾷν ἁγίους, ἐκ τῶν τοῦ σωτῆρος εἰσόμεθα
λόγων· ἔφη γὰρ πρὸς τοὺς μαθητάς· ὁ δε-
χόμενος ὑμᾶς, ἐμὲ δέχεται καὶ τὸν ὑποστεί-
λαντά με· * οἰκονομικῶς, καὶ εἰς ἴδιον πρόσ- * Matth. X. 40
ωπον τὰς εἰς τοὺς ἁγίους ἀναφέρει τιμὰς, ἵνα
πανταχόθεν αὐτοῖς ὑπάρχῃ τὸ ἀσφαλές· καὶ
εἴπερ ἐστὶν ἐν παντὶ καλῷ καὶ ἐν ἐλπίσι λαμ-
πραῖς ὁ δεχόμενος αὐτοὺς, πῶς οὐ πάντη
τε καὶ πάντως, καὶ ἔμπαλιν, ἀληθές; ἀθλιό-
τητος γὰρ τῆς ἐσχάτης ἐπίμεστος ἂν γένοιτό
τις, τὸ χρῆναι τιμᾷν τοὺς ἁγίους, οὐδενὸς
ἀξιώσας λόγου· διὰ τοῦτό φησιν· καὶ ὅσοι ἐὰν
μὴ δέξωνται ὑμᾶς, ἐξερχόμενοι ἀπὸ τῆς πό-
λεως ἐκείνης καὶ τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ἐκ-
τινάξαι ἐπ᾽ αὐτοῖς. Δεῖ γὰρ παρὰ τῶν μὴ v. 5.
δεξαμένων αὐτοὺς, μήτε μὴν ἀνασχομένων
τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων, μηδὲν τὸ παράπαν
ἐθελῆσαι λαβεῖν· ἀπίθανον γὰρ κομιδῇ
τοὺς ἀτιμάζοντας τὸ σωτήριον κήρυγμα καὶ
τὸν οἰκοδεσπότην, περὶ τοὺς οἰκέτας ὁρᾶσθαι
χρηστοὺς, ἢ τὰς παρ᾽ αὐτῶν εὐλογίας ζητεῖν.

Οἱ δὲ ὄχλοι γνόντες, ἠκολούθησαν αὐτῷ. v. 11.

Οἱ μὲν δαιμονίων ζητοῦντες ἀπαλλα- A. f. 134. b.
γὴν, οἱ δὲ καὶ ἀῤῥωστημάτων ἀπόθεσιν ἦσαν,
οἱ καὶ τῆς παρ᾽ αὐτοῦ μυσταγωγίας γλιχό-
μενοι, προσεδρεύοντές τε καὶ μάλα εὐτόνως.

Ἡ δὲ ἡμέρα ἤρξατο κλίνειν κ. τ. λ. v. 12.

Κλινούσης τῆς ἡμέρας, καὶ ὅσον οὐδέπω A. f. 134. b C. f. 126.
προσδοκωμένης ἔσεσθαι τῆς ἑσπέρας, προενόουν
τῶν ὄχλων οἱ μαθηταὶ, καὶ δὴ καὶ προσήεσαν,
τὰς ὑπὲρ αὐτῶν παρακλήσεις προσάγοντες·
καὶ τί τὸ ἀπόλυσόν ἐστιν, ἐξετάσωμεν ἀκρι-
βῶς· οἱ μὲν ὡς ἔφην τῶν ἑπομένων αὐτῷ, πονη-
ρῶν πνεύματων συνεχόντων αὐτοὺς, ἀπαλ-
λάττεσθαι παρεκάλουν· οἱ δὲ καὶ ἑτέρων ἀῤῥωστη-
μάτων ἐζήτουν ἔκθεσιν· ὡς οὖν εἰδότες μα-
θηταὶ ὅτι κατανεύσας μόνον, ἀποπεραίνει
τοῖς κάμνουσι τὸ ποθούμενον, τὸ ἀπόλυσον

αὐτῶν φασί· καὶ ἐκ αὐτοὶ μᾶλλον ἀκηδιῶντες ὡς παρακμάσαντος τοῦ καιροῦ, ἀλλὰ τῆς εἰς τοὺς ὄχλους ἀγάπης ἐχόμενοι, καὶ οἷον μελετῶντες ἤδη τὴν ποιμενικὴν ἐπιστήμην, καὶ τὴν κήδεσθαι λαῶν ἀρχόμενοι· πλὴν ὅρα τὴν ἀπαράβλητον ἡμερότητα τοῦ παρακαλουμένου· οὐ γὰρ μόνον ἐκεῖνα δίδωσιν, ἅπερ ἂν αἰτῶσιν ὑπάρξαι παρ᾽ αὐτοῦ τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτῷ, ἀλλὰ γὰρ προςτίθησιν αὐτοῖς τὰ ἐκ τῆς φιλοτίμου δεξιᾶς, τοὺς ἀγαπῶντας αὐτὸν διὰ τρόπου παντὸς ἀνακτώμενος καὶ τρέφων εἰς εὐανδρίαν δηλονότι πνευματικήν· ἐκέλευε γὰρ καὶ διανέμειν αὐτοῖς τροφάς· ἀλλ᾽ ἦν ἄπορον τὸ χρῆμα τοῖς μαθηταῖς· ἐπεκομίζοντο γὰρ οὐδὲν, πλὴν ἄρτων πέντε καὶ ἰχθύων δύο·
B. f. 90. καὶ ἀπήγγελλον τοῦτο προσιόντες αὐτῷ· ἵνα δὲ καὶ ἔτι μεῖζον εἰς ὕψος τὸ θαῦμα τρέχῃ, καὶ θεὸς ὢν φύσει, διὰ τρόπου παντὸς ἐπιγινώσκηται, πολυπλασιάζει τὸ βραχύ· βλέπει τε εἰς οὐρανὸν, οἷον τὴν ἄνωθεν εὐλογίαν αἰτῶν· ἔδρα δὲ καὶ τοῦτο δι᾽ ἡμᾶς, οἰκονομικῶς· ἔστι μὲν γὰρ αὐτὸς ὁ πάντα πληρῶν, ἡ ἄνωθεν καὶ παρὰ πατρὸς εὐδοκία· ἵνα δὲ μάθωμεν ὅτι τραπέζης ἀρχόμενοι, καὶ μέλλοντες ἄρτον διακλᾶν, θεῷ προσάγειν ὀφείλομεν, ὑπτίαις ὥσπερ ἐνθέντες χερσὶ, καὶ τὴν ἄνωθεν εὐλογίαν ἐπ᾽ αὐτὸν καταφέρειν, ἀρχὴ καὶ τύπος καὶ ὁδὸς τοῦ πράγματος γέγο-
B. f. 90. b. νεν ἡμῖν οἰκονομικῶς· εἶτα ὅποι ποτὲ προέβη τὸ θαῦμα; κατεκορέσθη πληθὺς ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγων, εἰς πέντε γὰρ ἐξετείνετο χιλιάδας, χωρὶς γυναικῶν καὶ παιδίων· τοῦτο γὰρ ἕτερός τις τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν τοῖς ἑαυτοῦ
* Matth. XV. 38. προσεπήνεγκε λόγοις· * καὶ οὐ μέχρι τούτου τὸ παράδοξον· ἀλλὰ γὰρ καὶ κόφινοι συνελέγησαν κλασμάτων, δώδεκα· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; πληροφορία σαφὴς, ὅτι τῆς φιλοξενίας τὸ χρῆμα, πλουσίαν ἔχει παρὰ θεοῦ τὴν ἀντέκτισιν· ἔξεστι δὲ καὶ ἰδεῖν τοῖς ἀρχαιοτέροις θαύμασι τὰ νέα συμβαίνοντα, καὶ μιᾶς ὄντα καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως ἐνεργήματα· ἔβρεξεν ἐν ἐρήμῳ τὸ μάννα τοῖς ἐξ Ἰσραήλ· ἄρτον οὐρανοῦ ἔδωκεν αὐτοῖς, ἄρτον ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος, κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς
* Ps. LXXVII. 25 ὑμνούμενον· * ἀλλ᾽ ἰδοὺ πάλιν ἐν ἐρήμῳ τοῖς ἐν ἐνδείᾳ τροφῆς, κεχορήγηκεν ἀφθό-

dio quodam faciunt tempore iam elapso, sed benivolo erga turbas studio, quasi iam pastorali officio vacantes, et populorum curam gerere incipientes. Age vero specta incomparabilem exorati Iesu bonitatem. Non enim ea solum concedit, quae discipuli sequacibus turbis ab eo fieri volebant, verum etiam liberali manu beneficium adiicit, amatores suos omnimode sibi demerens, atque ad spiritalem alacritatem educans. Iussit enim victum quoque illis distribui. Verumtamen inextricabile hoc erat negotium discipulis; nihil enim secum attulerant praeter quinque panes duosque pisciculos, quam rem Iesu accedentes renuntiarunt. Iam vero ut miraculi sublimitas magis constaret, et ipse suapte natura Deus omnimode appareret, quod tenue fuit multiplicat. Tum caelum suspicit, ceu inde benedictionem postulans; verumtamen hoc sapienter nostri causa faciebat; quum alioquin ipse omnia impleat, et sit superna ac patris bona voluntas. Sed ut nos discamus, mensae initio, quem panem fracturi sumus, Deo offerri a nobis debere, supinis veluti impositum manibus, ut benedictionem super eum desursum impetremus; typus ipse et rei gerendae trames nobis dispensativa ratione factus est. Deinde quô evasit demum miraculum? Satiata fuit non paucorum hominum multitudo; nam quinque millium numerum exaequabant, praeter mulieres ac parvulos. Hoc enim sanctorum evangelistarum alius narrationi suae adiicit. Neque heic substitit miraculum; sed et fragmentis repleti fuere cophini duodecim. Quid inde? manifestum hoc argumentum est, liberalitatis virtutem a Deo uberem referre remunerationem. Licet autem animadvertere, quomodo cum antiquis prodigiis nova conspirent, et unius eiusdemque potentiae opera sint. Pluit in deserto manna Israhelis filiis: panem caeli dedit eis, panem angelorum manducavit homo, prout in psalmis canitur. Sed ecce rursus in deserto indigentibus cibo, large

subvenit, tamquam caelo illum demittens. Namque exiguum multiplicare, et veluti ex nihilo tantam alere multitudinem, non est priori illi prodigio absimile.

Interrogavit illos dicens: quem me dicunt esse turbae?

Primo ac prae ceteris cognosci dignum est, quid dominum nostrum Iesum Christum ad hoc permoverit, ut ita sanctos apostolos interrogaret. Nihil enim intempestivum aut sine idonea ratione loquitur aut agit. Quid ergo dicimus? Paverat in deserto innumerabilem turbam quinque panibus, duos admiscens pisciculos. Quae autem nihil prope erant adeo creverant, ut reliquiarum cophini duodecim reportarentur. Obstupuerant itaque una cum turbis beati discipuli, illumque Deum esse vereque Dei filium factis ipsis perviderant. Deinde a populo secedens, solitarius orationi instabat, se ipsum nobis exemplar hac quoque re exhibens, immo vero excellentem magisterii artem discipulos docens. Existimo enim praesules populorum, et qui Christi gregi ductando electi sunt, necessariis semper negotiis occupari debere, atque id constanter agere quod Deo gratum est. Quod probe sciens divus Paulus aiebat: semper orate. Ergo omnium Servator ac dominus semet typum, ut dixi, vitae sancto homine dignae agendae discipulis praebebat, solitarius orans cum ipsis solis. Verum ea res discipulorum animis perturbandis par erat: videbant enim humano more orantem, quem heri prodigia Deo digna edentem spectaverant. Non est ergo incredibile dixisse eos fortasse intra se: quem hunc esse existimabimus? Num Deum? an hominem, ac velut unum de sanctis apud nos prophetis? Sane miracula edit tamquam Deus, attamen indignum naturali Deo est orare. Quonam aut quanam re indiget Deus? Ut ergo cogitationum huiusmodi tumultum compesceret, quaestionem hanc commovet; non quod aliquid eorum ignoraret, quae de se ab exteris diceban-

νως, οἷον ἐξ οὐρανοῦ καθιεὶς αὐτήν· τὸ γὰρ πολυπλασιάσαι τὸ βραχὺ, καὶ οἷον ἐκ τοῦ μηδενὸς τὸν οὕτω πολλὴν ἀποθρέψαι πληθὺν, οὐκ ἀπεοικὸς ἂν εἴη τῷ πρώτῳ σημείῳ.

Ἐπηρώτησεν αὐτοὺς λέγων· τίνα με λέγουσιν οἱ ὄχλοι εἶναι; v. 18.

Πρῶτον ἐκεῖνο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἄξιον A. f. 13r. b.
ἰδεῖν, τί τὸ κεκληκὸς τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐπὶ τοῦτο δραμεῖν, καὶ προτεῖναι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις τὴν πεῦσιν, ἤγουν τὴν ἐρώτησιν· οὐδὲν γὰρ ἔξω τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ καθήκοντος λόγου, καὶ λαλεῖ καὶ ἐργάζεται· τί οὖν ἆρα φαμέν; ἔθρεψεν ἐν ἐρήμῳ τοὺς ὄχλους οὐκ εὐαριθμήτους ὄντας ἄρτοις πέντε, συνδιαθρύψας ἰχθύδια δύο· πεπλεόνακε δὲ οὕτως τὰ ἐκ μηδενὸς, ὥστε καὶ κλασμάτων ληφθῆναι κοφίνους δώδεκα· κατεπλήττοντο τοίνυν ὁμοῦ τοῖς ὄχλοις οἱ μακάριοι μαθηταὶ καὶ θεὸν ὄντα καὶ θεοῦ υἱὸν κατὰ ἀλήθειαν, δι᾽ αὐτῶν τεθέανται τῶν κατωρθωμένων· εἶτα τῶν ὄχλων ἀποφοιτήσας, καὶ γεγονὼς καταμόνας, εἰς προσευχὰς συνετείνετο, τύπον ἡμῖν ἑαυτὸν καὶ κατὰ τοῦτο τιθεὶς, μᾶλλον δὲ διδασκαλικῶν μαθημάτων εὐτεχνίαν διδάσκων τοὺς μαθητάς· δεῖ γὰρ οἶμαι τοὺς λαῶν προεστηκότας, καὶ καθηγεῖσθαι λαχόντας τῶν αὐτοῦ θρεμμάτων, ἐν πράγμασιν ἀναγκαίοις εἶναι διὰ παντὸς, κἀκεῖνα δρῶντας ὁρᾶσθαι, τὰ ἐφ᾽ οἷς ἥδηται θεός· καὶ τοῦτο εἰδὼς ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθε φησίν· * οὐκοῦν ὁ μὲν τῶν ὅλων * I. Thess. V. 17.
σωτὴρ καὶ κύριος, τύπον ἑαυτὸν ὡς ἔφην πολιτείας ἁγιοπρεποῦς ἐποιεῖτο τοῖς μαθηταῖς, καταμόνας προσευχόμενος μετὰ μόνων αὐτῶν· ἀλλ᾽ ἦν εἰκὸς θορυβεῖν τὸ πρᾶγμα τοὺς μαθητάς· ἑώρων γὰρ ἀνθρωπίνως εὐχόμενον, ὃν χθὲς τεθέανται θαυματουργοῦντα θεοπρεπῶς· οὐδὲν οὖν ἄρα τὸ ἀπεικὸς, ἐκεῖνό που τάχα πρὸς ἑαυτοὺς εἰπεῖν, τίνα τοῦτον εἶναι νομίσομεν: ἆρα θεόν; ἢ ἄνθρωπον, καὶ ὡς ἕνα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἤγουν τῶν ἁγίων προφητῶν; θαυματουργεῖ μὲν γὰρ, ὡς θεὸς, ἔστι δὲ ἀνάρμοστον αὐτῷ κατὰ φύσιν θεῷ τὸ προσεύχεσθαι· τίνος γὰρ ὅλως δεῖται θεός; ἵνα τοίνυν τὸν τῶν τοιούτων ἐννοιῶν ἀποσοβήσῃ θόρυβον, ποιεῖται τὴν πεῦσιν· οὐδὲν

μὲν ἠγνοηκὼς τῶν περὶ αὐτοῦ θρυλλουμένων παρά γε τοῖς ἔξω· ἀποφέρων δὲ μᾶλλον τῆς τῶν πολλῶν ὑπονοίας, καὶ ὀρθὴν αὐτοῖς τὴν πίστιν ἐμφυτεῦσαι θέλων· τίνα δὴ οὖν, φησιν,
B. f. 91. C. f. 126. b. οἱ ὄχλοι λέγουσιν εἶναι; ὁρᾷς τὸ τῆς πεύσεως εὐτεχνές; οὐκ εὐθὺς εἶπεν, ὑμεῖς τίνα με λέγετε εἶναι; ἀποφέρει δὲ μᾶλλον, ἐπὶ τὸν τῶν ἔξω θρύλλον ἵν' ἐκβαλὼν αὐτὸν καὶ ἀδόκιμον ἀποφήνας, μετασοβέσῃ λοιπὸν εἰς δόξαν ἀληθινήν, ὃ δὴ καὶ πέπρακται· εἰπόντων γὰρ τῶν μαθητῶν τὴν τῶν ὄχλων δόξαν, ἔφη αὐτοῖς· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ὢ πῶς ἐξαίρετον τὸ, ὑμεῖς; ἔξω τίθησιν αὐτοὺς τῶν ἄλλων, ἵνα καὶ τὰς ἐκείνων φύγωσιν ὑπονοίας, καὶ μὴ μικρὰν ἔχωσι περὶ αὐτοῦ τὴν δόξαν· ὑμεῖς φησιν οἱ ἐξειλεγμένοι, οἱ ψήφῳ τῇ παρ' ἐμοῦ κεκλημένοι πρὸς ἀποστολὴν, οἱ τῶν ἐμῶν τερατουργημάτων μάρτυρες, τίνα με εἶναι φατέ;

Προπηδᾷ δὲ πάλιν τῶν ἄλλων ὁ Πέτρος, καὶ παντὸς τοῦ χοροῦ γίνεται στόμα, καὶ τὰς φιλοθέους ἐρεύγεται φωνὰς, ἀκριβῆ δὲ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ὁμολογίαν ἐκφέρει, λέγων, τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ· ἀσφαλὴς ὁ μαθητής· οὐ γάρ τοι φησὶ ἁπλῶς Χριστὸν αὐτὸν εἶναι, τοῦ θεοῦ τὸν Χριστὸν δὲ μᾶλλον· πλεῖστοι μὲν γὰρ, οἱ ὡς ἀπό γε τοῦ κεχρῖσθαι παρὰ θεοῦ, κατὰ διαφόρους τρόπους ὠνομασμένοι χριστοί· οἱ μὲν γὰρ ἐχρίσθησαν εἰς βασιλέας οἱ δὲ εἰς προφήτας, οἱ δὲ καὶ τὴν δι' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ λαβόντες λύτρωσιν, τουτέστιν ἡμεῖς, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι κατακεχρισμένοι, τὴν τοῦ χριστοῦ κλῆσιν ἐσχήκαμεν· εἴρηται γοῦν διὰ τῆς τοῦ ψάλλον-
* Ps. CIV. 15. τος φωνῆς περὶ τῶν ἀρχαιοτέρων· * μὴ ἅπτεσθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε· ἡμῶν δὲ πέρι διὰ φωνῆς
* Habac. III. 13. Ἀββακοὺμ *, ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τοὺς χριστούς σου· οὐκοῦν πλεῖστοι μὲν οἱ χριστοὶ, κέκληνται δὲ οὕτως ἐπὶ τοῦ πράγματος· εἷς δὲ καὶ μόνος ὁ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός· οὐχ' ὡς ἡμῶν μὲν ὄντων χριστῶν, καὶ οὐ θεοῦ μᾶλλον, ἀλλ' ἑτέρου τινός· ἀλλ' ὡς αὐτοῦ καὶ μόνου, ἴδιον ἔχοντος πατέρα, τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς· δῆλον οὖν ἐστιν ὅτι τῆς ἑτέρων πληθύος ὑπεξαίρων αὐτὸν, προσνενέμηκε τῷ πατρὶ, ὡς ὄντα μόνον αὐτοῦ· θεὸς

tur, sed ut potius suos a multorum opinione retraheret, et rectam ipsis fidem imprimeret. Quemnam itaque, ait, turbae me esse dicunt? Viden interrogationis sollertiam? Non ilico dixit, quem vos me esse dicitis? sed magis eos ad externam famam refert, ut hanc mox refutans, et improbabilem convincens, eos deinde in veram sententiam deduceret, quod et reapse factum est. Nam referentibus populi opinionem discipulis, ait Iesus: vos autem quem me esse dicitis? Quam sollerter dictum est « vos! » Ita nimirum discipulos ab aliis secernit, quominus illorum opinionem sectentur, nec humilem de eo sententiam gerant. Vos, inquit, selecti, decreto meo ad apostolatum vocati, prodigiorum meorum testes, quem me esse dicitis?

ipsius cognitionem deducunt sanctorum prophetarum piae praedicationes. Verumtamen haud hoc faciebant sic dicti legisperiti, sed e contrario scientiae clavem abstulerant; quibus in verbis intelligere debes legis disciplinam, sive fidem, eam scilicet quae erga Christum est. Namque a fide, veritatis cognitio provenit. Quapropter Isaias propheta dicit: nisi credideritis, non intelligetis. Nam sine fide, impossibile est placere umquam (Deo.) Abstulerant itaque legisperiti scientiae clavem, quia non sinebant quemquam communi servatori Christo credere. Is multimodis prodigia edidit; illi vero, quum idcirco eum admirari debuissent, miraculis maledicebant, populoque sibi subiecto scandalum creantes, dicebant: hic daemonia non eiicit, nisi in Beelzebul principe daemoniorum. Viden quomodo scientiae clavem auferebant? Docebat in synagogis, patefaciebat audientibus bonam et perfectam beneque placentem patris voluntatem: illi vero ne has quidem doctrinas eius sine vituperio esse sinebant. Inclamabant enim turbis: daemonium habet, et insanit: cur eum auditis? Vere itaque abstulerant scientiae clavem; ipsi non sunt ingressi, et alios item ingressu prohibuerunt.

v. 53. Ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν περὶ πλειόνων.

Coeperunt scribae ac pharisaei graviter insistere, et os eius circa multa provocare.

A. f. 165. b. Ἀσχάλλοντες πρὸς τοὺς ἐλέγχους, ἤρξαντο φησὶ δεινῶς ἐνέχειν αὐτῷ· τὸ δὲ ἐνέχειν, ἀντὶ τοῦ ἐγκεῖσθαι καὶ ἐγκοτεῖν ἤτοι δυσμαίνειν ἐστίν· ἐπεχείρουν δὲ αὐτόν φησι καὶ ἀποστοματίζειν περὶ πολλῶν· καὶ τί πάλιν τὸ ἀποστοματίζειν ἐστίν; ἀπῄτουν ἐκ τοῦ παραχρῆμα καὶ οἱονεὶ ἀσκεπτὶ πρὸς τὰς πανούργους αὐτῶν ἀποκρίνεσθαι πεύσεις, οἰηθέντες ὅτι διαπεσεῖται πάντως, καὶ λαλήσει τί τῶν ὅσα ἐστὶν οὐκ ἔξω διαβολῆς· ἀλλ' οὐκ ᾔδεσαν ὄντα θεὸν, μᾶλλον δὲ καταφρονηταὶ γεγόνασιν, ἀλαζόνες καὶ ὑβρισταί· ταύτῃ τοι Χριστὸς τοῖς ἑαυτοῦ γνωρίμοις, ἤγουν μαθηταῖς, φυλάττεσθαι ἀπ' αὐτῶν παρηγγύα· ἄκουε γοῦν·

Aegre ferentes se coargui, coeperunt, inquit, vehementer ei insistere. Porro insistere heic valet urgere, irasci, stomachari. Nitebantur etiam, inquit, eius os provocare. Quid vero rursus est heic os provocare? Exigebant scilicet, ut subito ac propemodum inconsiderate callidis ipsorum quaestionibus responderet, existimantes eum sine dubio succubiturum, atque aliquid tumultuarie dicturum quod calumniam non effugeret. Sed enim Deum esse nesciebant, immo eum superbe contumelioseque spernebant. Propterea Christus familiares suos, id est discipulos, ut ab illis caverent admonebat. Audi igitur:

CAP. XII.

In primis cavete a pharisaeorum fermento.

Ab hoc nimirum cavere discipulos suos Dominus vult; fermentum hoc loco dicens hypocrisim. Est enim Deo invisa res: et ea quidem ad breve quandoque tempus latitat, verumtamen foras excidit, et quidem haud longo tempore post. Nam quod Dei oculum nullus actus noster vel dictum latere queat, demonstravit dicens: nihil est opertum, quod non revelabitur. Omnis enim sermo noster, et omnis actus, die iudicii manifestus erit. Vana est ergo hypocrisis; sed oportet nos veros adoratores videri. – Fortasse etiam, secundum superiorem sententiam docet, omnia nostra clam dicta et facta, patere omnituenti Deo, et aliis quoque revelatum iri (3).

Dico autem vobis amicis meis: ne terreamini ab his qui occidunt corpus.

Ad spiritalem fortitudinem instruit amatores suos. Dico enim, inquit, vobis amicis meis. Haud cunctis itaque congruere videtur sermo huiusmodi; sed iis, a quibus illum toto corde diligi exploratum erat. Quos etiam decet dicere: quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio? an angustiae? an persecutio? an nuditas? an gladius? Nam qui ita non sunt comparati, valde sunt volubiles, atque ad apostasiam promptiores. At illi qui suam cum illo voluntatem conformarunt, eiusque vestigiis insistere studuerunt, utique dicent cum divo Petro: Christo passo in carne pro nobis, et vos pro ipso eadem cogitatione armemini. Sponte enim pro nobis necem pertulit, propter suam incomparabilem erga nos caritatem. Quare audivimus dicentem

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Πρῶτον (1) προσέχετε ἑαυτοῖς ἀπὸ τῆς ζύμης τῶν φαρισαίων. v. 1.

Ἀφ' ἧς καὶ προσέχειν τοὺς μαθητὰς ὁ κύριος βούλεται· ζύμην ἐν τούτοις, τὴν ὑπόκρισιν λέγων (2)· θεοστυγὲς γὰρ τὸ χρῆμα· καὶ λανθάνει μὲν ἔσθ' ὅτε βραχὺ. πλὴν διαπίπτει καὶ οὐκ εἰς μακράν· ὡς γὰρ οὐκ ἔνεστι λαθεῖν τὸν τῆς θεότητος ὀφθαλμὸν τὰ παρ' ἡμῶν δρώμενα, διέδειξεν εἰπών· * οὐδὲν δὲ συγκεκαλυμμένον ἐστὶν, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται. Ἅπας γὰρ ἡμῶν λόγος, καὶ πᾶν ἔργον, ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἔσται φανερόν· περιττὴ τοιγαροῦν ἡ ὑπόκρισις· δεῖ δὲ ἡμᾶς ἀληθινοὺς ὁρᾶσθαι προσκυνητάς. – Ἴσως δὲ καὶ κατὰ τὴν προτέραν ἐπιβολὴν διδάσκει, ὅτι τὰ κρυφῇ παρ' ἡμῶν καὶ λεγόμενα καὶ πραττόμενα, δῆλα ἔσται τῷ πάντα ὁρῶντι ὀφθαλμῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐκκαλυφθήσεται. A. f. 165. b. * v. 2. A. f. 165. b. C. f. 133. b. v. 3. A. f. 165. b.

Λέγω δὲ ὑμῖν τοῖς φίλοις μου· μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα. v. 4.

Εἰς πνευματικὴν εὐανδρίαν ἀλείφει τοὺς ἀγαπῶντας αὐτόν· λέγω γὰρ ὑμῖν φησὶ τοῖς φίλοις μου· οὐχ' ἅπασιν οὖν ἁπλῶς πρέποι ἂν ὡς ἔοικεν ὁ περὶ τούτων λόγος· ἐκείνοις δὲ μᾶλλον, οἷς ἂν ἐνυπάρχον ὁρῷτο τὸ ἐξ ὅλης καρδίας ἀγαπᾷν αὐτόν· οἷς καὶ ἁρμόζει λέγειν· * τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; θλίψις, ἢ στενοχωρία, ἢ διωγμός; ἢ γυμνότης; ἢ μάχαιρα; οἱ γὰρ μὴ τοιοῦτοι, εὐπαρακόμιστοι λίαν εἰσὶν, καὶ πρὸς ἀποστασίαν ἑτοιμότεροι· οἱ δὲ τὰ αὐτὰ φρονοῦντες αὐτῷ, καὶ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ κατακολουθεῖν σπουδάζοντες, φαῖεν ἂν μετὰ τοῦ θεσπεσίου Πέτρου· * Χριστοῦ παθόντος ὑπὲρ ἡμῶν σαρκὶ, καὶ ὑμεῖς ὑπὲρ αὐτοῦ τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ὁπλίσασθε· ἐθελοντὴς γὰρ ὑπὲρ ὑμῶν ὑπέμεινε θάνατον, ὡς ἀπαράβλητον ἔχων τὴν εἰς ἡμᾶς ἀγάπην· ἀκηκόα- A. f. 165. b. B. f. 120. b. C. f. 134. * Rom. VIII. 35 * I. Petr. IV. 1.

(1) Vocabulum πρῶτον reapse in codice A, et aliis, inter verba sacri textus rubris litteris scribitur, non autem nigris in Cyrilli contextu.

(2) Ex hac glossa videtur Cyrillus non legisse in sacro textu ἥτις ἐστὶν ὑπόκρισις, quae verba reapse desunt in parallelis Matth. XVI. 6, et Marc. VIII. 15. Sed tamen, quicquid sit de Cyrilli lectione, verba haec constanter occurrunt in Lucae codicibus graecis atque latinis.

(3) Hoc loco apud catenam D. Thomae sequuntur haec. « Cyrillus. Quoniam gemina est causa perfidiae, quae aut ex inolita malitia, aut ex accidenti metu nascitur; ne quis metu territus Deum, quem corde cognoscit, negare cogatur, pulchre addit: *dico autem vobis amicis* etc. »

* Ioh. XV. 13. μὲν γοῦν λέγοντος αὐτοῦ ἐναργῶς· * μεί-
ζονα ταύτης τῆς ἀγάπης, οὐδεὶς ἔχει, ἵνά
τις θῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν φίλων αὐ-
τοῦ· εἶτα πῶς οὐκ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων,
μὴ ὥσπέρ τι τῶν ἀναγκαιοτάτων ὀφλημάτων
ἐκτίσαι Χριστῷ ὅπερ ἐλάβομεν παρ᾽ αὐτοῦ;
χρὴ δὲ καὶ ἑτέρως ζωῆς ἡμᾶς ὄντας ὑπασπι-
στὰς, μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον, ἀπομιμεῖσθαι
δὲ μᾶλλον τῶν ἁγίων πατέρων τὴν πίστιν· προσ-
κεκόμικεν ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ τὸν μονο-
γενῆ πειραζόμενος, φημὶ δὲ τὸν Ἰσαὰκ, λο-
γισάμενος ὅτι καὶ ἐκ νεκρῶν ἐγείρειν δύναται
ὁ θεός· ποῖον οὖν ἔσται καθ᾽ ἡμῶν τοῦ θανάτου
τὸ δεῖμα, καταργούσης αὐτὸν τῆς ζωῆς (1);

Προσενθυμεῖσθαι δὲ τούτοις κἀκεῖνο
προσήκει· εὑρίσκονται γὰρ διὰ πόνων οἱ στέ-
φανοι· καὶ ἄνθρωποι μὲν μέχρι σώματος ἐκ-
τείνουσι τὰς ὀργὰς, καὶ πέρας αὐτοῖς τῆς καθ᾽
ἡμῶν ἐπιβουλῆς, ὁ τῆς σαρκὸς θάνατος· θεοῦ
δὲ κολάζοντος, οὐ μέχρι μόνης σαρκὸς ἡ
ζημία. στήσεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ συνυποφέ-
* al. codd. ἀθλία. ρεται ταῖς αἰκίαις ἡ ἀθάνατος * ψυχή· οὐκοῦν
εἰσίτω μᾶλλον ὁ μετ᾽ εὐκλείας θάνατος,
εἰς ἀρχὰς ἡμᾶς ἀναφέρων ἀτελευτήτου ζωῆς,
ἡτοιμασμένων πάντως που καὶ τῶν ἐκ θείας
A. f. 165. b. A. f. 166. φιλοτιμίας ἀγαθῶν. — Ἵνα δέ τι καὶ ἕτερον
ἐπικούρημα ταῖς ἡμετέραις χαρίσηται δια-
νοίαις, προσέθεικεν ἀναγκαίως· οὐχὶ πέντε
στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίων δύο, καὶ ἓν δ᾽
ἐξ αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἐπιλελησμένον ἐνώπιον
v. 7. A. f. 166. B. f. 121. C. I 131. τοῦ θεοῦ; Προσεπήγαγε δὲ ὅτι καὶ αἱ τρίχες τῆς
κεφαλῆς ὑμῶν πᾶσαι ἠρίθμηνται· ὁρᾷς ὅσην
ποιεῖται πρόνοιαν τῶν ἀγαπώντων αὐτόν; εἰ
γὰρ μέχρι τῶν οὕτως εὐτελεστάτων ἐκτείνεται,
καὶ οἷον κάτεισιν ἐπὶ τὰ πάντων σμικρότατα
τῶν ζώων, πῶς ἂν ἐπιλάθοιτο τῶν ἀγαπώντων
αὐτὸν, ἢ ἀγνοήσειέ τι τῶν συμβαινόντων αὐ-
τοῖς; ὅς γε τοσαύτην αὐτῶν ποιεῖται πρό-
νοιαν, ὡς ἕκαστα τῶν κατ᾽ αὐτοὺς εἰδέναι
λεπτῶς, καὶ οἷον ἠριθμημένας ἔχειν αὐτῶν
τὰς τρίχας· ἢ γὰρ οὐκ ἐάσει πεσεῖν εἰς πει-
ρασμὸν, ἢ γοῦν οἰκονομικῶς, ἵνα παθόν-

ipsum: maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quid ni ergo sit absurdissimum, Christo non reddere, tamquam debitam apprime gratiam, id quod ab eo prius accepimus? Alioquin etiam curandum est, ne dum vitae tutelam gerimus, mortem expavescamus, sed imitemur potius sanctorum patrum fidem. Obtulit patriarcha Abrahamus unigenitum tentatus, Isaacum dico, secum reputans posse Deum a mortuis quoque suscitare. Quinam ergo iam nobis supersit mortis timor, postquam eam vita extinxit?

Simul et illud cogitare par est, inveniri labore coronas. Et homines quidem, usque dum manet corpus, iras suas intendere; finemque illis nos persequendi, carnis interitu fieri; verumtamen Deo puniente, haud usque ad carnem tantummodo tendi poenam, sed et immortalem ipsam suppliciis animam irretiri. Ergo obveniat potius bona cum fama interitus, qui nos ad sempiternae vitae initium transferat, ubi omnino parata est a divina liberalitate felicitas. – Ut autem aliud quoque suppeditaret mentibus nostris solamen, necessario addidit: nonne quinque passeres veneunt dipondio, et unus ex illis non est in oblivione coram Deo (2)? Subdidit etiam: capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Viden quantam gerat curam diligentium se? Nam si ad haec usque vilissima extenditur, seque ad minutissimos animantes inclinat, qui fieri potest ut eum amatorum suorum capiat oblivio, vel rem ullam ad eos pertinentem ignoret? qui sane tantam circa illos providentiam gerit, ut singula ipsorum negotia accurate sciat, et eorumdem ut ita dicam capillos numeratos habeat. Vel igitur in tentationem non sinet incidere, vel sapiente consilio id sinet ut

(1) Male profecto se habet hic locus in latina Corderii catena. « Nam primo is mendose legit δεῖγμα » pro δεῖμα; deinde et reliqua pervertit sic: *quale igitur erit nobis mortis indicium, vitâ ipsâ contemptâ.* »

(2) Paulo heic plura apud Corderium in catena latina. « Destituuntur siquidem iure meritoque peccatores Dei memoria et cura. Contra vero Deo cordi est, accurate nosse sanctorum vitam. »

patientia inclarescamus. Nam qui in laqueum incurrere permittet, idem sine dubio vim quoque evadendi suggeret (1).

Quicumque confessus fuerit me coram hominibus etc.

Age iam, quisnam sit Christum confitens, vel quomodo hunc quispiam recte confitebitur, ante omnia cognoscere par est. Scribit itaque nobis sapientissimus Paulus: « ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in caelum? id est Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est Christum a mortuis revocare. Sed quid dicit scriptura? Prope te est verbum in ore tuo, et in corde tuo; hoc est verbum fidei, quod praedicamus. Quia si confitearis ore tuo dominum Iesum, et corde tuo credideris, quod Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. » Totum his verbis Christi sacramentum egregie explicat. Oportet enim primo eum qui apparuit ex Deo patre filium, unigenitum ex eiusdem substantia Deum Verbum, dominum omnium confiteri; non quasi exterius et adtributam obtinuerit dominationem, sed quia ita suapte natura vereque se habet, haud secus quam pater. Deinde credendum est, quod Deus illum a mortuis suscitaverit, humanatum scilicet, et in carne propter nos passum: sic enim a mortuis resurrexit. Dominus est ergo, ut dixi, filius; idemque non comparandus cum aliis, quibus dominationis appellatio donatica fuit et adtributa. Solus quippe dominus naturalis est, qui est super omnia creata Deus Verbum. Unus enim dominus Iesus Christus, per quem omnia. At ne pater quidem dominatu excludetur, quandoquidem naturalis est Deus: neque item filius a deitate excidet, quoniam naturaliter dominus est. Uni autem divinae ac supra omnia substantiae inest, ut sit plane libera, et omni servitutis iugo expers; habeat au-

τες εὐδοκιμήσωμεν· ὁ γὰρ εἰς παγίδα πεσεῖν ἐπιτρέψας, χορηγήσει πάντως τὸ δύνασθαι διενεγκεῖν.

Πᾶς ὃς ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων κ. τ. λ. v. 8.

Ἀλλὰ τίς ἂν εἴη λοιπὸν ὁ Χριστὸν ὁμολογῶν, ἢ καὶ ὅπως ἄν τις αὐτὸν ὁμολογήσειεν ὀρθῶς, πρό γε τῶν ἄλλων ἄξιον ἰδεῖν· A. f. 166. B. f. 121 γράφει τοίνυν ἡμῖν ὁ πάνσοφος Παῦλος· * « μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τίς ἐπιβήσεται εἰς τὸν οὐρανόν; τοῦτ᾽ ἔστι Χριστὸν καταγαγεῖν· ἢ τίς καταβήσεται εἰς τὴν ἄβυσσον; τοῦτ᾽ ἔστι Χριστὸν ἐκ νεκρῶν ἐπαγαγεῖν· ἀλλὰ τί λέγει; ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα ἐστὶν ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, τοῦτ᾽ ἔστι τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως ὃ κηρύσσομεν· ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ· καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν· » ὅλον ἐν τούτοις τὸ Χριστοῦ μυστήριον εὖ μάλα διερμηνεύεται· χρὴ γὰρ πρότερον τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς πεφηνότα υἱὸν, τὸν ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ μονογενῆ θεὸν λόγον, κύριον τῶν ὅλων ὁμολογεῖν· οὐχ᾽ ὡς ἔξωθεν καὶ εἰσκεκριμένην λαχόντα τὴν κυριότητα, ἀλλ᾽ ὄντα τοῦτο κατὰ φύσιν καὶ ἀληθῶς, καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ πατήρ· εἶτ᾽ οὕτω πιστεύειν, ὅτι ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, ἐνανθρωπήσαντα δηλονότι καὶ σαρκὶ παθόντα δι᾽ ἡμᾶς· ἐγήγερται γὰρ οὕτως ἐκ νεκρῶν· κύριος οὖν, ὡς ἔφην, ὁ υἱὸς, ἀσύντακτος τοῖς ἄλλοις, οἷς τὸ τῆς κυριότητος ὄνομα δοτὸν καὶ εἰσκεκριμένον· μόνος γὰρ κύριος κατὰ φύσιν, ὁ παντὸς ἐπέκεινα γενητοῦ θεὸς λόγος· εἷς γὰρ κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα· * ἀλλ᾽ οὔτε τοῦ εἶναι κύριος ὁ πατὴρ ἔξω κείσεται, θεὸς ὢν φύσει· οὔτε μὴν ὁ υἱὸς ἀπολισθήσειεν ἂν τοῦ εἶναι θεὸς, κύριος γάρ ἐστι κατὰ φύσιν· ἔνεστι δὲ μόνῃ τῇ θείᾳ τε καὶ ἀνωτάτω πασῶν οὐσίᾳ, τὸ εἰσάπαν ἐλεύθερον, καὶ τὸ ἔξω κεῖσθαι ζυγοῦ καὶ δουλείας, ἔχειν δὲ μᾶλλον ὑπὸ πόδας δουλοπρεπῶς τὴν κτίσιν ὑποκειμένην·

* Rom. X. 6. seq.

* I. Cor. VIII 6.

(1) In latinis catenis D. Thomae et Corderii additur fragmentum, hoc loco ponendum. « Cyrillus. » Mystice autem caput quidem hominis est intellectus, capilli vero cogitationes quae patent Deo. »

διὰ τοῦτο, καί τοι γενόμενος καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ τό γε ἧκον εἰς ἀνθρωπότητος μέτρον, ὑπὸ ζυγὰ καὶ δουλείαν ἐνηνεγμένος, συνετέλεσε μὲν τοῖς Ἰουδαίων δασμολόγοις κατὰ τὸν Μωϋσέως νόμον τὸ δίδραχμον οἰκονομικῶς, οὐκ ἔκρυψε δὲ τὸ τῆς ἐνούσης δόξης αὐτῷ τὸ περιφανές· ἤρετο γὰρ τὸν μακάριον Πέτρον *, οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς ἀπὸ τίνος λαμβάνουσι κῆνσον ἢ τέλη; ἀπὸ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων; εἰπόντος δὲ ὅτι ἐκ τῶν ἀλλοτρίων· ἄρά γε, φησὶν, ἐλεύθεροί εἰσιν οἱ υἱοί· κύριος οὖν κατὰ φύσιν ὁ υἱὸς, ὡς ἐλεύθερος· καὶ τοῦτο πάλιν ὁ σοφὸς ἡμᾶς ἐδίδαξε Παῦλος ὧδί γεγραφώς· * ἡμεῖς δὲ πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος· καὶ μικρὸν ἄνωθεν· * ὁ δὲ κύριος, τὸ πνεῦμα ἐστίν· οὗ δὲ πνεῦμα κυρίου, ἐκεῖ ἐλευθερία· ἄθρει δὴ ὅπως τὸ κύριον τὸ πνεῦμα εἶναι φησίν· οὐχ ὡς ἐν υἱότητι, πνεῦμα γάρ ἐστι καὶ οὐχ υἱὸς, ἀλλ' ὡς ὁμοούσιον τῷ υἱῷ, κυρίῳ τε ὄντι καὶ ἐλευθέρῳ, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν ταυτότητι φυσικῇ πρὸς ἐλευθερίαν τὴν θεοπρεπῆ μαρτυρούμενον· ὃς ἂν οὖν ὁμολογήσῃ Χριστὸν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὡς θεὸν δηλονότι καὶ κύριον, ὁμολογηθήσεται παρ' αὐτοῦ ἔμπροσθεν τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ· ποῦ δὲ καὶ ὅπως; ἢ πάντως κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, καθ' ὃν ἐξ οὐρανοῦ καταβήσεται μετὰ τῶν ἀγγέλων ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ παρόντος αἰῶνος· ἐκεῖ στεφανοῖ τὸν γνήσιον ὁμολογητήν· οἵ γε μὴν ἕτεροι, τουτέστιν οἱ ἀρνησάμενοί τε καὶ ἀτιμάσαντες, ἀρνηθήσονται· μονονουχὶ λέγοντος τοῦ κριτοῦ αὐτοῖς τὸ διὰ προφητῶν ἁγίων ἐπί τισιν εἰρημένον· * καθὼς ἐποίησας, οὕτως ἔσται σοι· τὸ ἀνταπόδομά σου, ἀνταποδοθήσεται εἰς κεφαλήν σου· ἀρνήσεται δὲ αὐτοὺς ἐκεῖνο λέγων· * ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ ἐργάται τῆς ἀνομίας· οὐκ οἶδα ὑμᾶς· καὶ τίνες ἂν εἶεν οὗτοι; πρῶτον μὲν οἱ διωγμοῦ καταλαβόντος, τὴν πίστιν ἀποβαλόντες· ἀρνοῦνται δὲ αὐτὸν ὁμοίως αἱρετικῶν παῖδες καὶ διδάσκαλοι, Ἀρειανοί τε καὶ τῆς Νεστορίου κενοφωνίας οἱ μαθηταί.

* Matth. XVII. 24.
* II. Cor. III. 18.
* II. Cor. III. 17.
* Abd. v. 15.
* Luc. XIII. 27.

tem potius creaturam omnem pedibus serviliter suppositam. Propterea etiamsi factum homo aeque ac nos unigenitum Dei Verbum, quantum adtinet ad humanam conditionem, sub iugum servitutemque redactum, solvit quidem iudaeis publicanis secundum legem Moysis didrachma pro suae humanationis ratione, non tamen haerentis sibi maiestatis splendorem celavit. Interrogavit enim beatum Petrum: reges terrae, a quonam censum sumunt vel tributa? a filiis ne suis, an ab alienis? Dicente illo: ab alienis; ergo, inquit, liberi filii sunt. Dominus est igitur propria natura filius, utpote liber. Hoc idem rursus nos docuit sapiens Paulus ita scribens: nos autem omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur, de gloria in gloriam, sicut a Domini Spiritu. Et paulo ante: Dominus autem, Spiritus inquit est. Observa autem, quomodo Dominum, Spiritum esse dicit; non quasi ex genitura, Spiritus enim est non filius, sed quia consubstantialis est filio domino ac libero, et ob eandem naturam libertate frui Deo digna comprobatur. Quicumque igitur confessus fuerit Christum coram hominibus, ut Deum ac dominum, hunc vicissim Christus coram angelis Dei confitebitur. Ubinam vero et quomodo? Sine dubio eo tempore quo de caelo stipantibus sanctis angelis cum patris maiestate descendet, in huius saeculi fine. Tunc sincerum suum confessorem corona donabit: ceteri autem, id est qui negarunt et dehonestarunt, negabuntur. Dicente illis propemodum iudice illas a sanctis prophetis de quibusdam dicta verba: sicut egisti, ita fiet tibi: retributio tua in caput tuum revertetur. Negabit illos ita dicens: discedite a me operatores iniquitatis; nescio vos. Quinam vero erunt hi? Primum quidem illi qui incumbente persecutione, fidem abiecerint. Sed negant Christum haereticorum quoque discipuli ac magistri, Ariani nimirum et vanae Nestorii doctrinae adseclae.

Omnis qui dicit verbum in filium hominis etc.

Quomodo hoc etiam intelligendum est? Nam si hoc significare vult Servator, quod si quis dicatur contumeliosus adversus communem hominem sermo, veniam quisque impetrabit paenitens; profecto omnis hinc tollitur difficultas. Bonus enim naturaliter Deus culpa quemlibet absolvit, qui paenitere voluerit. Quod si de ipso hic textus servatore omnium Christo loquitur, quomodo innoxius impunisque erit, qui verba adversus ipsum iactaverit? Dicimus ergo, quod quamdiu aliquis virtutem mysterii Christi non didicerit, neque adhuc cognoverit, illum qui Deus naturaliter erat, ad nostram se conditionem demisisse, hominemque exstitisse; is, inquam, si quid moderatum dixerit, atque eorum ex numero quae venialia sunt, haec Deus dimittit ignoranter peccantibus. Exempli causa, dixit aliquando Christus: ego sum panis vivus, qui de caelo descendi, et vitam mundo do: quidam vero gloriam eius nescientes, et communem hominem existimantes, aiebant: nonne hic est fabri filius, cuius nos patrem ac matrem novimus? Quomodo ergo dicit, se de caelo descendisse? Et rursus. Dum aliquando in synagoga docens perstaret, et omnibus admirationi esset, quidam, inquit scriptura, dixerunt: quomodo hic litteras scit, quum non didicerit? Nesciebant enim, cunctos in eo esse absconditos sapientiae scientiaeque thesauros. Haec veniam merebantur, tamquam inscienter incurioseque dicta. Verum enimvero his qui deitatem blasphemaverint, inevitabile iudicium erit, et perpetua poena, tum in hoc mundo tum etiam in futuro. Spiritum vero his verbis designat non illum sanctum tantummodo, sed totam deitatis naturam. Nam dixit alio loco Servator, Deum esse spiritum. Ergo quae fit in Spiritum blasphemia, ea in totam tendit supremam substantiam. Una enim deitatis natura in sancta et adorabili intelligitur Trinitate (1).

Πᾶς ὃς ἐρεῖ λόγον εἰς τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ. V. 10.

Πῶς δὴ ἄρα καὶ τοῦτο νοεῖσθαι προσήκει; εἰ μὲν γὰρ τοῦτο βούλεται δηλοῦν ὁ σωτὴρ, ὅτι εἰ λέγοιτό τις λόγος ὑβριστικὸς κατὰ ἀνθρώπου κοινοῦ πρὸς ἡμῶν, ἄφεσιν ἕξει μετανοήσας, δυσχερείας ἡμῖν ἁπάσης ὁ λόγος ἀπήλλακται· ἀγαθὸς γὰρ ὢν φύσει θεὸς, αἰτιαμάτων ἐλευθεροῖ τοὺς μετανοεῖν ἑλομένους· εἰ δὲ ἐπ᾽ αὐτὸν ὁ λόγος ἔρχεται τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν, πῶς ἀνεύθυνος ἢ καὶ ἔξω δίκης, ὁ λόγον εἰς ἑαυτὸν εἰπών; φαμὲν οὖν· ὅτι ὅταν τις ἔπω τὸ κατ᾽ αὐτὸν μυστηρίου τὴν δύναμιν ἐκμεμαθηκὼς, οὔτε μὴν ἐγνωκὼς, ὅτι θεὸς ὢν φύσει, καθῆκεν ἑαυτὸν ἐν τοῖς καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, εἴπῃ τί περὶ αὐτοῦ τῶν μετρίων, καὶ ὅσα συγγνώμης ἐστὶν ἄξια, ταῦτα ὁ θεὸς ἀφίησι τοῖς ἐξ ἀγνοίας ἡμαρτηκόσιν· οἷον τί φημι· ἔφη που Χριστός· * ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ ζῶν, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς, καὶ ζωὴν διδοὺς τῷ κόσμῳ· ἀγνοήσαντες δέ τινες τὴν δόξαν αὐτοῦ, καὶ ἄνθρωπον εἶναι κοινὸν οἰηθέντες αὐτὸν, ἔφασκον· * οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς, οὗ ἡμεῖς οἴδαμεν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα; πῶς οὖν λέγει ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα; καὶ πάλιν· εἱστήκει ποτὲ μυσταγωγῶν ἐν συναγωγῇ, καὶ τεθαύμασται μὲν παρὰ πάντων, τινὲς δέ φησιν ἔλεγον· * πῶς οὗτος γράμματα οἶδε, μὴ μεμαθηκώς; ἠγνόησαν γὰρ ὅτι πάντες ἔκειντο ἐν αὐτῷ οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι· * ταῦτα συγγνώμης ἄξια, ὡς ἐξ ἀγνοίας ἀτημελῶς εἰρημένα· τοῖς γε μὴν εἰς αὐτὸ τὸ θεῖον βλασφημήσασιν, ἀδιάφυκτος ἡ δίκη, καὶ διηνεκὴς ἡ κόλασις καὶ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· πνεῦμα δέ φησιν ἐν τούτοις, οὐχὶ μόνον τὸ ἅγιον, ἀλλὰ γὰρ τὴν ὅλην τῆς θεότητος φύσιν· ἔφη δέ που καὶ αὐτὸς ὁ σωτὴρ, ὅτι πνεῦμα ὁ θεός· * οὐκοῦν ἡ κατὰ τοῦ πνεύματος βλασφημία, καθ᾽ ὅλης ἂν γένοιτο τῆς ἀνωτάτω πασῶν οὐσίας· μία γὰρ ἡ τῆς θεότητος φύσις ἐν ἁγίᾳ καὶ προσκυνητῇ νοεῖται τριάδι.

A. f. 16. B. f. 121. b.

* Ioh. VI. 51.

* Ioh. VI. 42.

* Ioh. VII. 15.

* Coloss. II. 3.

* Ioh. IV. 24.

(1) In catena D. Thomae additur. « Cyrillus. Quod si creatura esset Spiritus sanctus, non autem de

v. 11. Μὴ μεριμνᾶτε πῶς ἢ τί ἀπολογήσεσθε.

A. I. 170. Τοσοῦτον ἐπαρτήσας τὸν φόβον ὁ κύριος, καὶ παρασκευάσας εἰς τὸ γεννικῶς ἀνθίστασθαι τοῖς ἀφιστᾶσι τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, περὶ τῶν ἄλλων κελεύει μὴ μεριμνᾶν, τουτέστι περὶ ἀπολογίας· διότι τοῖς πιστῶς καὶ ἀγαπητικῶς διακειμένοις ἐνεργεῖ τὸ πνεῦμα τοὺς προσήκοντας λόγους, ὡσπερεὶ διδάσκαλος ἔνδον ἐνοικῶς.

Nolite solliciti esse qualiter aut quid respondeatis.

Hoc iniecto timore Dominus, comparatisque auditoribus suis, ut strenue iis resistant qui a vera fidei confessione desciverint, de reliquo securos esse iubet, id est de defensionis ratione. Namque iis, qui fideliter amanterque se gerunt, idoneos suppeditat Spiritus sermones, magistri instar intus inhabitans.

v. 14. Τίς με κατέστησε δικαστὴν ἢ μεριστὴν ἐφ᾽ ὑμᾶς;

A. I. 171. L. I. 190. Κεχειροτόνηται μὲν παρὰ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς ὁ υἱὸς, ὅτε πέφηνε καθ᾽ ἡμᾶς, ἄρχων τε καὶ βασιλεὺς ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ, κατὰ τὴν τοῦ ψάλλοντος φωνήν· * καὶ τί κατορθώσων, διασαφανεῖ πάλιν αὐτός· ἀφῖγμαι γὰρ δή φησι διαγγέλλων τὸ πρόσταγμα κυρίου· καὶ ποῖον τοῦτό ἐστι; βούλεται γὰρ ἡμᾶς ὁ φίλαρετος ἡμῶν δεσπότης, παντὸς ἀποφοιτᾶν γηΐνου τε καὶ προσκαίρου πράγματος, μὴ φιλονεικοῦντας ἀδελφοῖς, εἴκοντας δὲ μᾶλλον αὐτοῖς, κἂν βούλωνται πλεονεκτεῖν· ἀπὸ γὰρ τοῦ αἴροντος φησὶ τὰ σὰ, μὴ ἀπαίτει· * ζητοῦντας δὲ μᾶλλον τὰ ὅσα πέρ ἐστι χρήσιμα καὶ ἀναγκαῖα πρὸς σωτηρίαν ψυχῆς· τοῖς οὕτω ζῆν εἰωθόσι, νόμους ὁρίζει Χριστὸς, καθ᾽ οὓς ἂν γένοιντο λαμπροὶ καὶ ἀπόβλεπτοι· ἔφη γοῦν· * μὴ κτήσησθε ἀργύριον, μήτε χρυσίον, μήτε δύο χιτῶνας, μήτε πήραν, μήτε χαλκὸν εἰς τὰς ζώνας ὑμῶν· καὶ πάλιν· * ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ αὖ, ἐπειδή τις προσελθὼν νεανίας ἤρετο· * τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; ὕπαγε, φησὶ, πώλησον τὰ ὑπάρχοντά σου, καὶ δὸς πτωχοῖς· οὐκοῦν τοῖς μὲν ὑποφέρουσιν εὐήνιον αὐτῷ τὸν τῆς διανοίας αὐχένα, καὶ διατάττει, καὶ νομοθετεῖ, καὶ μερίζει τὸν οὐράνιον κλῆρον, καὶ διανέμει τὰς πνευματικὰς εὐλογίας· τοῖς γε μὴν μόνα φρονοῦσι τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, εἰκότως ἐρεῖ, τίς με κατέστησεν ἄρχοντα ἢ μεριστὴν ἐφ᾽ ὑμᾶς; ἀποσείεται μὲν οὖν ἐκεῖνον, ὡς ὀχληρὸν, καὶ οὐδὲν ἐθέλοντα μαθεῖν ὧν εἰδέναι ἐχρῆν·

* Ps. II. 6. * Luc. VI. 29. * Matth. X. 9. * Luc. XII. 33. * Matth. XIX. 16.

Quis me constituit iudicem aut divisorem super vos?

Sane constitutus fuit a Deo patre filius, cum inter nos apparuit, princeps et rex super Sion monte sancto eius, iuxta psalmistae effatum. Quid autem egregium facturus, mox ipse explanat: adsum quippe, inquit, praedicans praeceptum Domini. Quodnam porro hoc est? Vult nos Dominus noster, utpote virtutis amans, a terreno omni ac temporali negotio secedere, neque cum fratribus contendere, sed ipsis potius cedere, etiamsi ii forte contra ius nostrum agere velint: namque ab eo qui tua, inquit, aufert, ne repetas. Sed illorum potius sollicitos esse iubet, quae animae saluti utilia ac necessaria sunt. His qui ita vivere consueverint, leges Christus statuit, quibus illustres spectabilesque fient. Ait ergo: ne possideatis argentum, neque aurum, neque duas tunicas, neque peram, neque in zonis vestris aes. Et rursus. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum indeficientem in caelis. Et adhuc; quum ad eum accedens adolescens quidam interrogasset, quid faciens vitam aeternam possidebo? vade, inquit, vende omnia quae habes, et da pauperibus. Iis itaque qui docilem mentis suae cervicem praebent, et impendit curam, et fert leges, et caelestem hereditatem dividit, et spiritales benedictiones distribuit. Verumtamen iis, qui terrena tantum sapiunt, merito dicet: quis me constituit principem aut divisorem super vos? Sic ergo hominem illum reiecit, uti molestum, nihilque eo-

« divina substantia patris et filii, qualiter acta in eum contumelia tantam fert poenam, quanta promul-
« gatur contra blasphemantes in Deum? »

rum, quae oportebat, discere volentem. Neque nos non monitos dimittit; sed idonea occasione capta, sermonem continuat, et tantum non protestatur:

Dixitque ad illos: videte, et cavete ab omni avaritia etc.

Foveam scilicet nobis diabolicam ostendit avaritiam, quam etiam idololatriam, ut diximus, Paulus sapiens appellat, fortasse quia solis congruit ignorantibus Deum, vel quia parem profanitatem habet ac si quis ligno lapidive cultum exhibeat. Propterea inquit videte et cavete ab omni avaritia, id est tam parva quam magna. Omnis enim qui oppressionem patitur, infirmus est, et in eum solum intendit oculos, qui indignari potest ob ea quae ipse patitur. At Deus iustus ac bonus, preces admittit, et iniuriam facientibus poenas infert. Atque hoc ab ipso disces, qui sanctorum prophetarum voce ait. « Propterea quia pugno pauperes in capite percutiebatis, donaque electa sumebatis ab eis; domos quidem expolitas aedificabitis, neque tamen eas habitabitis: vineas desiderabiles plantabitis, neque idcirco vinum earum bibetis. Etenim multas novi iniquitates vestras, et gravia sunt peccata vestra. Et denuo. Vae his qui domo domum coniungunt, et agrum agro admovent, ut proximo suo aliquid detrahant. Num vos soli terram incoletis? Certe haec auribus Domini exercituum insonuerunt. Etsi fuerint domus vestrae multae, solitudo fient: quantumvis eae magnae speciosaeque fuerint, non erit qui eas incolat. Namque ubi decem iuga boum operantur, ibi laguncolam unam faciet: et qui sex artabas serit, tres mensuras colliget. » Ergo omnimodis infructuosa avaritia est. Sed et aliunde inutilis est, quia non in affluentia consistit hominis vita, idest haud ad divitiarum mensuram extenditur vitae spatium. Atque hoc manifeste evidenterque demonstravit nobis Servator, superius dictis connexam apte admodum proponens parabolam. Eximiam

ἀφίησί γε μὴν οὐχ' ἀνουθετήτους ἡμᾶς, εὐκαίρου δὲ ὥσπερ λαβόμενος ἀφορμῆς, ἐξυφαίνει λόγον, μόνον δὲ οὐχὶ καὶ διαμαρτύρεται·

Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς· ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ πάσης πλεονεξίας κ. τ. λ. v. 15.

Βόθρον γὰρ ἡμῖν ὑπέδειξε διαβολικὸν, τὴν πλεονεξίαν, ἣν δὴ καὶ εἰδωλολατρείαν ὡς ἔφημεν ὁ σοφὸς ὀνομάζει Παῦλος *, ὡς μόνοις τάχα που πρέπουσαν τοῖς οὐκ εἰδόσι θεὸν, ἢ καὶ ἰσοστάθμως ἔχουσαν εἰς βεβήλωσιν τοῦ λατρεύειν τινὰς ξύλοις τε καὶ λίθοις· διὰ τοῦτο φησὶν, ὁρᾶτε καὶ φυλάξασθε ἀπὸ πάσης πλεονεξίας, τουτέστι μικρᾶς τε καὶ μεγάλης· ἀσθενὴς γὰρ πάντως που ὁ πλεονεκτούμενος, καὶ εἰς μόνον ἀνατείνων τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸν ἐφ' οἷς πέπονθεν ἀγανακτῆσαι δυνάμενον· ὁ δὲ, ἐπείπερ ἐστὶ δίκαιός τε καὶ ἀγαθὸς, προσίεται μὲν τὴν ἱκετηρίαν, ἐπάγει δὲ τοῖς ἠδικηκόσι τὰς δίκας· καὶ τοῦτο μαθήσῃ λέγοντος αὐτοῦ διὰ φωνῆς ἁγίων προφητῶν· * διὰ τοῦτο ἀνθ' ὧν κατεκονδύλιζετε εἰς κεφαλὰς πτωχῶν, καὶ δῶρα ἐκλεκτὰ ἐδέξασθε παρ' αὐτῶν, οἴκους ξυστοὺς οἰκοδομήσετε, καὶ οὐ μὴ κατοικίσετε ἐν αὐτοῖς· καὶ ἀμπελῶνας ἐπιθυμητοὺς φυτεύσετε, καὶ οὐ μὴ πίητε τὸν οἶνον αὐτῶν· ὅτι ἔγνων πολλὰς ἀσεβείας ὑμῶν, καὶ ἰσχυραὶ αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν· καὶ πάλιν· * οὐαὶ οἱ συνάπτοντες οἰκίαν πρὸς οἰκίαν, καὶ ἀγρὸν πρὸς ἀγρὸν ἐγγίζοντες, ἵνα τοῦ πλησίον ἀφέλωνταί τι· μὴ οἰκήσητε μόνοι ἐπὶ τῆς γῆς; ἠκούσθη γὰρ εἰς τὰ ὦτα κυρίου σαβαὼθ ταῦτα· ἐὰν γὰρ γένωνται αἱ οἰκίαι ὑμῶν πολλαὶ, εἰς ἔρημον ἔσονται· μεγάλαι καὶ καλαὶ, καὶ οὐκ ἔσονται οἱ ἐνοικοῦντες ἐν αὐταῖς· οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἕν· καὶ ὁ σπείρων ἀρτάβας ἕξ, ποιήσει μέτρα τρία· οὐκοῦν κατὰ πάντα τρόπον ἀνόνητος ἡ πλεονεξία· καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, ἀνωφελής· οὐ γὰρ ἐν τῷ περισσεύειν τινί φησιν ἐστὶν ἡ ζωὴ αὐτοῦ, τουτέστιν οὐ συνεκτείνεται τῷ πλούτῳ τὸ τῆς ζωῆς μέτρον· καὶ τοῦτο ἡμῖν σαφῶς τε καὶ ἐναργῶς ὑπέδειξεν ὁ σωτὴρ, τὴν τοῖς εἰρημένοις συνεζευγμένην παραβολὴν εὖ μάλα συντεθει-

A. I. 171. E. f. 190.

* Coloss. III. 5.

* Amos V. 11.

* Is. V. 8.

κώς (1)· διδάσκει μὲν οὖν τὰ πάντων ἐξαίρετα Χριστὸς, καὶ πρὸ πάντων τῶν ἀρετῶν ἁπασῶν τὸ κεφάλαιον τὴν ἀγάπην, ἧς τὸ κάλλιστον ἡ ἐλεημοσύνη καθέστηκεν· ἀλλ' ὁ μισόκαλος σατὰν, ὁ φαυλότητος ἁπάσης εὑρετὴς, ὁ τῶν ζιζανίων σπορεὺς, ὁ πάσης ἐχθρὸς ἀρετῆς, ὁ τοῖς εὐδοκιμοῦσι μαχόμενος, τοῖς εὖ ποιεῖν δυναμένοις ὄκνον ἔσθ' ὅτε τὸν ἐπιζήμιον ἐργάζεται· καὶ ὁ μὲν τοῦ θεοῦ
* Deut. XV. 8. νόμος ἐγείρει πρὸς ἔλεον λέγων· * ἀνοίγων ἀνοίξῃς τὰ σπλάγχνα σου τῷ ἐπιδεομένῳ ἐν σοί· ὁ δὲ, ἀντανίστασθαι καὶ συλλέγειν ἀναπείθει τὴν χεῖρα, καὶ σωρεύειν ἐν γῇ, καὶ τρυφὰς ὑποτίθεσθαι σαρκικάς· ἀποφέρει δὲ καὶ εἰς λήθην θανάτου, καὶ οὐκ ἐᾷ τὸ μέλλον ὁρᾶν, οὐδὲ ἀνθρώπινόν τι λογίζεσθαι· καὶ ὅρα ὡς ἐν εἰκόνι τὸ πρᾶγμα γραφόμενον.

itaque tradit Christus doctrinam, et praecipuam virtutum omnium statuit caritatem, cuius pulcherrimus fructus eleemosyna est. Sed boni osor Satanas, nequitiae omnis inventor, zizaniorum sator, cuiusvis virtutis hostis, bonae voluntatis hominibus adversans, iis etiam qui bene agere queunt noxiam quandoque ignaviam iniicit. Et quum lex divina ad misericordiam impellat dicens: aperiens aperi viscera homini qui te indiget; ille resistere et manum contrahere suadet, et divitias cumulare in mundo, ac delicias sectari carnales: mortis quoque oblivionem inducit, neque res futuras spectare sinit, neque humanum quid cogitare. Nunc age tamquam in tabula rem cerne depictam.

v. 16. 17. Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα. Καὶ διελογίζετο ἐν ἑαυτῷ λέγων· τί ποιήσω; ὅτι οὐκ ἔχω ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου.

Hominis cuiusdam divitis uberes fructus regio tulit. Et cogitabat intra se dicens: quid faciam? quia non habeo quò congregem fructus meos.

A. f. 172. B. f. 122. b. E. f. 192. Σὺ δέ μοι πρόσχες ἀκριβῶς, ἵνα θαυμάσῃς τοῦ λόγου τὸ εὐτεχνές· οὐ γὰρ ἓν ἡμῖν εὐφορῆσαν ἔδειξε χωρίον, ἀλλ' ὅλην ἔφη χώραν εὔκαρπον γενέσθαι τῷ κεκτημένῳ, ἵνα μάθῃς τοῦ πλούτου τὸ βάθος· τί οὖν; ὁ πλούσιος, ὁ τοῖς οὕτω πολλοῖς καὶ ἀμέτροις περιεχόμενος ἀγαθοῖς, στενοχωρεῖται πεφροντικῶς, τὰς τοῦ πένητος λέγει φωνάς· τί γὰρ ποιήσω, φησὶν ἐκεῖνος, ἐν σπάνει τῶν ἀναγκαίων ὑπάρχων; ἀεὶ δὲ οὕτως ἀθλίαν ἐπτύει φωνήν· ἀλλ' ἰδοὺ ταῖς αὐταῖς κέχρηται φωναῖς ὁ πλούσιος σφόδρα ὀδυνώμενος καὶ
v. 18. A. f. 172. E. f. 192. πάσχων. « Καὶ εἶπε· καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ συνάξω ἐκεῖ πάντα τὰ γεννήματά μου καὶ τὰ ἀγαθά μου. » Θησαυροὺς οἰκοδομεῖν πλατυτέρους ἐσκέπτετο, μόνος ἀπολαύειν ἤθελε τῶν προσόντων αὐτῷ· οὐκ ἐρᾷ φιλοπτωχίας, τῶν ἐντεῦθεν αὐχημάτων οὐκ ἐφίεται· ἀλλὰ φησί· καθελῶ
A. f. 172. b. E. f. 194. μου τὰς ἀποθήκας. Ἄθρει δὴ καὶ ἕτερον ἀνόητον αὐτοῦ λόγον· συνάξω γάρ φησι τὰ γεννήματά μου· οὐκ ἐνόμιζε ταῦτα ἐκ θεοῦ ἔχειν ὡς ὁ Ἰὼβ, ἢ γὰρ ἂν ὡς θεοῦ οἰκονόμος περὶ ταῦτα διέκειτο· ἀλλ' οἰκείων

Tu quidem mecum sedulo adtende, ut sermonis sollertiam admireris. Non enim nobis unum praedium ostendit uberem tulisse fructum, sed universam possessori suo regionem, ut divitiarum amplitudinem cognoscas. Quid ergo? Dives tam multis tamque immodicis stipatus bonis, pusillo animo fit, pauperis propria verba dicit. Quid faciam, dicere solet pauper, quia rei necessariae penuria laboro? semperque hanc miseram vocem effutit. Ecce iisdem utitur verbis etiam dives, magnopere dolens maerensque. « Et ait: destruam horrea mea, et maiora aedificabo, illucque congregabo omnes fructus meos ac bona. » Cellas aedificare ampliores cogitabat, solus frui volebat facultatibus suis. Benignitati erga pauperes non studet, neque gloriae inde redundantis cupidus est; sed ait: horrea mea destruam. Reliquam quoque stultam ipsius orationem specta. Coacervabo, inquit, fructus meos. Non reputabat, sicuti Iobus, haec a Deo se accepisse, neque ut Dei oeconomus erga ista se gerebat, sed laborum

(1) Cod. E. τοῖς τοιούτοις καὶ τὴν ἀνὰ χεῖρας παραβολὴν εὖ μάλα etc.

suorum fructum esse existimabat. Quod autem haud Deo prosperitatem suam acceptam referat, demonstrat dum ait: coacervabo fructus meos, bonaque mea nemini communicabo, sed mihi meoque ventri cuncta reponam. Quis de proprio officio ita cogitaret, si Deum opum suarum largitorem agnosceret? Nam qui a Deo aliquid habent, iidem iuxta Dei placitum uti debent eo quod habent.

Sed hic dives, haud duratura horrea aedificat, sed caduca. Et quod adhuc stultius est, spatium vitae sibi definit, quasi hoc etiam de terra messuerit. Ait enim: dicamque animae meae: anima, multa habes bona reposita in annos multos. – Atqui, o dives, dicet merito aliquis, fructus quidem in horreis habes, sed annos multos unde sumes? – Sic loqui solet etiam nunc dives, ventri suo deditus, ingluviem loco intellectûs habens, neque iuxta imaginem eius qui unice bonus est, vitam degens. Quamobrem animam suam carnalibus escis nutrit, et consequentem ex ipsis nefandam voluptatem sibi proponit: honeste enim Dominus vocabulo « gaude » hypogastricas passiones denotavit, quae saturitatem comitantur; subsequuntur enim crapulam res venereae. Atqui edendum est vitae causa; non vivendum, ut edamus; prout ventris adoratores, qui aiunt: manducemus et bibamus, cras enim moriemur; quum contra dicendum foret: quoniam cras morituri sumus, cibum potumque omittamus. – Quid profuit isti diviti multiplex cura? Totus in carnali cogitatione est. Sed videsne quam retulerit poenam is qui nemini alii bonus extitit, sibi autem uni dives? Curis se attrivit, ut dives fieret; vigilavit, ut multa congregaret; gratulatur ventri suo multa commoda habenti; totus ad terrena negotia incumbit; Deum non suspicit; futura non spectat; non cogitat de iudicante

πόνων γεννήματα ᾤετο· ὅτι δὲ οὐκ ἐκ θεοῦ
τὸ εὖ πράττειν ἑαυτῷ εἶναι νομίζει, δηλοῖ
σαφῶς ἐξ ὧν λέγει, συνάξω γάρ φησι τὰ
γεννήματά μου, καὶ τὰ ἀγαθά μου οὐδενὶ με-
ταδώσω, ἀλλ' ἐμαυτῷ καὶ τῇ ἐμῇ γαστρὶ
πάντα ταμιεύσομαι· τίς γὰρ ἂν οὕτω δια-
νοηθείη περὶ τῶν δεομένων, θεὸν εἰδὼς χο-
ρηγὸν ὧν κέκτηται; τῶν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἔχειν
τέ τι παρὰ θεοῦ, καὶ κεχρῆσθαι κατὰ θεὸν οἷς
περ ἔχουσιν.

Ἀλλ' ὁ πλούσιος οὗτος, οὐ τὰς μενού- v. 19. A. f. 173. b. E. f. 196.
σας ἀποθήκας οἰκοδομεῖ, ἀλλὰ τὰς κα-
ταλυομένας· καὶ τὸ ἔτι τούτου παραλογώτε-
ρον, ἑαυτῷ μῆκος ὁρίζει ζωῆς, ὥσπερ ἐκ
γῆς καὶ τοῦτο θερίσας· φησὶ γάρ· καὶ ἐρῶ τῇ
ψυχῇ μου· ψυχή, ἔχεις πολλὰ ἀγαθὰ κεί-
μενα εἰς ἔτη πολλά. – Ἀλλ' ὦ πλούσιε, A. f. 173. b.
φαίη τις ἄν, τοὺς μὲν καρποὺς ἔχεις ἐν ἀπο-
θήκαις, ἔτη δὲ πολλὰ (1) πόθεν ἂν λάβῃς;
– Τοιοῦτος (2) καὶ ὁ νῦν πλούσιος, τῇ γα- A. f. 174. b. E. f. 198.
στρὶ ἑαυτοῦ ἐπικεκυφώς, λαιμὸν ἀντὶ λο-
γισμοῦ κεκτημένος, ἀλλ' οὐ κατ' εἰκόνα τοῦ
μόνου ἀγαθοῦ ζῶν· διὸ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν
τοῖς τῆς σαρκὸς δεξιοῦται βρώμασι, καὶ τὴν
ἐπακολουθοῦσαν αὐτοῖς μυσαρὰν ἡδονὴν
ἐπιτάττει τῇ ψυχῇ· εὐφήμως γὰρ ὁ κύριος
διὰ τοῦ "εὐφραίνου", τὰ ὑπογάστρια πάθη
ἐδήλωσε, τὰ τῇ πλησμονῇ παρεπόμενα·
ἀκολουθεῖ γὰρ τῷ κόρῳ τὰ ἀφροδίσια· καὶ
μὴν ἔδει ἐσθίειν, ὥστε ζῆν· οὐ μὴν ζῆν, ὥστε
ἐσθίειν· κατὰ τοὺς θεοποιοῦντας τὴν γαστέρα καὶ
λέγοντας, φάγωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνή-
σκομεν· δέον τοὐναντίον λέγειν· ἐπεὶ αὔριον
ἀποθνήσκομεν, μὴ φάγωμεν μηδὲ πίωμεν.
– Τί ὠφέλησε τοῦτον τὸν πλούσιον ἡ πολλὴ v. 20. A. f. 174. b.
μέριμνα; ὅλος ἐστὶ τῆς σαρκός· ἀλλ' ὁρᾷς
ὅσην ὑπέμεινε ζημίαν, ὁ μηδενὶ μὲν τῶν ἄλ-
λων ἀγαθός, ἑαυτῷ δὲ μόνῳ πλούσιος· πε-
φρόντικεν, ἵνα πλουτήσῃ· ἠγρύπνησεν, ἵνα
συναγάγῃ πολλά· συγχαίρει τῇ ἑαυτοῦ γα-
στρὶ ὡς ἐχούσῃ πολλὰ τῶν ἐπιτηδείων· ὅλος
ἐστὶ τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων· οὐκ ἀναβλέπει
πρὸς θεόν· οὐχ ὁρᾷ τὰ ἐσόμενα· οὐ λο-

(1) Dilapsis apud Corderium tribus his verbis ἔτη δὲ πολλά, is perverse scribit: *fructus plurimos habes in apothecis, unde accipies?*

(2) Hic locus usque ad πίωμεν, dicitur in codice A. sumptus ex Cyrilli homilia.

γίζεται τὸν ἐπὶ τοῦ θείου βήματος δικάζοντα θεόν· οὐχ' ὁρᾷ τὸν γείτονα θάνατον· κατεδικάσθη γὰρ τελευτὴν ἀπροσδόκητον ὁ μισόπτωχος πλούσιος· ἐν τῇ ἑσπέρᾳ τὴν ἑωθινὴν τροφὴν βουλευόμενος, καὶ τὸν ὄρθρου μὴ καταλαβὼν τὴν ἀκτῖνα· ἄκουε γὰρ ὅτι κεκολόβωται αὐτῷ ἡ ζωὴ ψήφῳ θεοῦ.

super tremendo tribunali Deo; proximam mortem non animadvertit. En autem osori pauperum diviti insperatus finis decernitur; qui quum vespere de matutino alimento consilia agitaret, aurorae radium non aspexit. Audi enim decreto Dei vitam eius abruptam.

v. 20. Ἄφρον, ταύτῃ τῇ νυκτὶ τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσιν ἀπὸ σοῦ· ἃ δὲ ἡτοίμασας, τίνι ἔσται;

Stulte, hac nocte animam tuam repetunt a te; quae autem parasti, cuius erunt?

I. f. 191. b. (1) Τουτέστιν ἐν στιγμῇ καὶ ἐν ὀλίγῳ παντελῶς καὶ συνεσταλμένῳ καιρῷ τὴν ἀπόλαυσιν ἔχων· κονιορτοῦ γὰρ δίκην οἰχήσεται, πεμπόμενος εἰς ἑτέρους, καὶ εἰς οὓς οὐκ ἴσμεν ἔσθ' ὅτε ἢ καὶ τάχα που καὶ εἰς
A. f. 175. b. E. f. 200. b. ἐχθρούς. — Ἀληθὲς οὖν ἄρα ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ, ἔσται ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτῷ· τρισμακάριος δὲ καὶ ἐν ἐλπίσι λαμπραῖς, ὁ κατὰ θεὸν πλουτῶν· ὁ μὲν γὰρ τὰ κατὰ γῆν φροντίσι δαπανώμενος, ἐπιζήμιον ἔχει τὸ τέλος, καὶ πένης ἀπελεύσεται πρὸς θεόν· ὁ δὲ μεριμνῶν τὰ τοῦ κυρίου, πλουτήσει μὲν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, ἕξει δὲ θησαυρὸν ἄσυλον ἐν τοῖς οὐρανοῖς.

Hoc est, uno momento, brevi prorsus contractoque tempore his bonis fruitus, quae foeni instar dilabentur, ad alios transmissa, et quidem fortasse ad ignotos vel etiam inimicos. — Vere itaque dictum est, haud in bonorum abundantia vitam hominis consistere. Beatissimus contra est, splendidaque in spe versatur, qui secundum Deum dives est. Nam qui terrenis curis atteritur, is amarum finem nanciscitur, et pauper ad Deum ibit. Secus vero, qui quae Dei sunt curat, bonis operibus ditescet, tutumque in caelis thesaurum possidebit.

v. 22. Μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν τί φάγητε κ. τ. λ.

Nolite solliciti esse animae vestrae quid manducetis etc.

A. f. 176. B. f. 123. b. Τέθειται μὲν δὴ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος, ἀποφέρων εἰς ἕκαστα τῶν πρακτέων, καὶ τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν αὐτοῖς καθιστὰς ἐναργές· οἱ δὲ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτω πρόφασιν ἐποιοῦντο τὸ χρῆμα, λέ-
* Baruc. IV. 3. γοντες· * μακάριοι ἐσμὲν Ἰσραὴλ, ὅτῳ τὰ ἀρεστὰ κυρίῳ γνωστὰ ἡμῖν ἐστιν· ἐγὼ δὲ φαίην ἂν· τρισμακάριοι ἐσμὲν ἡμεῖς, παρ' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος διδασκόμενοι τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ τὸ σωτήριον θέλημα, ἵνα τὴν εὐαγγελικὴν ζωὴν πολιτευσάμενοι, συμβασιλεύσωμεν αὐτῷ· ὅρα γὰρ, ὅπως ἡμᾶς μερίμνης ἐξίστησι περιττῆς, οὐχ' ἁπλῶς μὴ μεριμνᾶτε λέγων, προσεπάγων δὲ ὅτι τῇ ψυχῇ ὑμῶν, ἀντὶ τοῦ μὴ ἐσπουδασμένην ἐν τούτοις δαπανᾶτε φροντίδα, ἀλλὰ τοῖς ὑπερκειμένοις χαρίζεσθε τὰς σπουδάς· ὑπέρκειται δὲ τροφῆς μὲν ψυχὴ, περιβλημάτων δὲ σῶμα· καὶ ἄθρει πῶς οὐχ ἁπλῶς τὸ μὴ

Data fuit Israhelitis lex mosaica, singula officia docens, et quid eis prodesset perspicuum exhibens. Hi autem summi instar gaudii eam rem habebant, dicentes: beati sumus Israhelitae, quibus placita Dei sunt explorata. Ego vero potius dicam: beatissimi sumus nos, qui ab universali nostro Servatore docti fuimus bonam ipsius salutaremque voluntatem, ut postquam evangelicam vitam vixerimus, cum eo pariter regnemus. Cerne enim, quomodo nos a supervacua cura avertit, non tantum dicens « ne solliciti sitis » sed addens « animae vestrae » pro eo ut dicat, ne nimiam in his insumite sollicitudinem, sed superioribus rebus studia impendite. Superstat autem alimoniae anima, vestimento corpus. Et vide quod non simpliciter posuit « ne solliciti sitis » verum heic etiam ra-

(1) Citatur hoc fragmentum, a τουτέστιν usque ad ἐχθρούς, ex Cyrillo nominatim in Lucam in vaticana nobili ms. catena ad XII. prophetas. Id ego hoc loco colloco, valde tamen ambigens utrum huic potius an alii sedi, puta versiculo 28, vel alii cuivis loco sit adsignandum.

tiocinia ex iis, quas iam possidemus, rebus commovet. Nam qui maius dedit, quomodo minus non concedet? qui carnem altilem formavit, cur alimoniam non suppeditabit? Ergo certamine proposito de animo et corpore, poenaque et ultione iis impendente qui recte vivere nolunt, abiiciatur cura vestimentorum atque alimoniae. Alioqui etiam, virtutis amatores quid ni sit turpe pueriliter ornatu vestium mensisque sumptuosis oblectari? Namque haec subsequetur statim aliarum quoque cupiditatum saeva multitudo. Sic autem a Deo excidimus. Oportet itaque magis iis delectari quae Deo placent: etenim quae satis sunt et necessaria, ipse largietur. Dignus autem fide est Dominus qui haec aperte promittit, et tamquam a minoribus maiora nobis persuadet.

Considerate volucres caeli etc.

Ad fortitudinem veluti nos extollens spiritalem, a nullius pretii volucribus alibi capiebat persuadendi argumenta, dicens: multis passeribus potiores estis vos; ita et nunc a volucribus et ab agrorum floribus, firmam immotamque efficit fidem. Neque ullatenus dubitare nos sinit, quominus ipse indulgentiam suam nobis sit largiturus, atque ad omnia sufficientem opem suppedidaturus. – Vere dicitur Salomon liliorum vestitu superatus. Nam colorum splendores varii ac multiformes in liliis quidem et nonnullis aliis agrorum germinibus, miram habent pulchritudinem. Quae vero a quopiam imitando artificialiter fiunt, ea prorsus deteriora sunt, vixque fere ad veritatem propinquant. Quod si haec ita se habent, quid ni verum sit, Salomonem quamvis adeo magnificum, in omni gloria sua tamquam unum ex his non fuisse vestitum? Sufficit ergo sapientibus solius necessitatis ususve causa habere decentem et facile parabilem vestem, aliquantum etiam alimentorum quae sufficientem modulum

μεριμνᾶτε τίθησιν, ἀλλὰ καὶ ἐνταῦθα λογισμοὺς ἀνακινεῖ ἐκ τῶν ὑπηργμένων ἡμῖν ἤδη· ὁ γὰρ τὸ μεῖζον φησὶ δοὺς, πῶς τὸ ἔλαττον οὐ δώσει; ὁ τὴν τρεφομένην σάρκα διαπλάσας, πῶς τὴν τροφὴν οὐ παρέξει; ἀγῶνος τοίνυν προκειμένου τοῦ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, κολάσεώς τε καὶ δίκης ἐπηρτημένης τοῖς οὐκ ἐθέλουσι ζῆν ὀρθῶς, ἐῤῥίφθω φροντὶς ἡ ἐπ' ἀμφίοις καὶ τροφῇ· ἄλλως τε τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐραστὰς, πῶς οὐκ αἰσχρὸν μειρακιωδῶς ἱματίοις ἐφήδεσθαι, καὶ τραπέζαις πολυτελέσιν; ἕψεται γὰρ τούτοις εὐθὺς καὶ ἡ τῶν ἑτέρων ἐπιθυμιῶν ἀγρία πληθύς· τοῦτο δέ ἐστιν ὄλισθος ἀπὸ Θεοῦ· χρὴ τοίνυν ἡμᾶς ἐφίεσθαι μᾶλλον τῶν ἀρεσκόντων Θεῷ· χορηγήσει γὰρ αὐτὸς τὰ δέοντα καὶ τὰ αὐτάρκη· ἀξιόχρεως δὲ ὁ δεσπότης, τοῦτό σοι σαφῶς ὑπισχνούμενος, καὶ ὡς ἀπό γε τῶν ἐλαττόνων, περὶ τῶν μειζόνων ἡμᾶς πληροφορῶν.

Κατανοήσατε τὰ πετεινὰ (1) τοῦ οὐρανοῦ κ. τ. λ. v. 24.

Ὥσπερ εἰς εὐανδρίαν ἡμᾶς ἀναβιβάζων πνευματικὴν, ὡς ἀπό γε τῶν ἐν οὐδενὶ λόγῳ κειμένων πτηνῶν ἐποιεῖτο τὴν πληροφορίαν, λέγων *, πολλῶν στρουθίων διαφέρετε ὑμεῖς, οὕτω καὶ νῦν, ὡς ἀπό γε τῶν πτηνῶν, ἢ τῶν ἐν ἀγροῖς ἀνθῶν, ἱδρυμένην καὶ ἀκατάσειστον ἐνεργάζεταί σοι τὴν πίστιν· ἐνδοιάζειν γὰρ ὅλως οὐκ ἐφίησιν ἡμᾶς, ὅτι πάντη τε καὶ πάντως τὴν παρ' αὐτοῦ χαρίζεται φειδὼ, τὸ ἀνενδεὲς ἐφ' ἅπασι διδούς. — Ἀληθὲς δὲ τὸ καὶ τὸν Σολομῶντα ἡττῆσθαι τῆς τῶν κρίνων περιβολῆς· τὰ γὰρ τῶν χρωμάτων ἄνθη, ποικίλα τε ὄντα καὶ πολυειδῆ, ἐν κρίνοις μὲν, καὶ ἐν ἑτέροις τισὶ τῶν φυομένων ἐν ἀγροῖς, ἀξιοθαύμαστον ἔχει τὴν ὥραν· τὸ δὲ πρὸς μίμησιν τῶν αὐτῶν ὑπό του τεχνουργούμενον, λείπεται πάντως ἐκείνων, καὶ μόλις ἔρχεταί πως τῆς ἀληθείας ἐγγύς· εἰ τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, πῶς οὐκ ἀληθὲς ὅτι οὐδὲ Σολομὼν, καί τοι φιλότιμος οὕτω γεγονὼς, ἐν ὅλῃ τῇ δόξῃ αὐτοῦ περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων; ἀπόχρη τοιγαροῦν τοῖς σοφοῖς τὸ χρείας ἕνεκα καὶ μόνης εὐσχήμονα καὶ εὔποριστον ἔχειν τὴν στολὴν, καὶ σιτίων λιτότητα

A. f. 176. b.
C. f. 134. b.

* sup. v. 7.

v. 27.
A. f. 178.
B. f. 124.
C. f. 134. b.

(1) Sic est in variis lectionibus graecis pro τοὺς κόρακας. Cyrillum secutum esse priorem lectionem τὰ πετεινὰ, constat ex hac eius explanatione.

μὴ ὑπεραίρουσαν τὸ ἀρκοῦν· ἀρκέσει γὰρ τοῖς ἁγίοις ἡ ἐν Χριστῷ τροφὴ, ἡ πνευματικὴ δηλονότι καὶ θεία καὶ νοητὴ, καὶ ἡ μετὰ ταῦτα δόξα· ἦν γὰρ καὶ ἑτέρως ἀνάρμοστον, τοὺς ἑτέροις μέλλοντας ἔσεσθαι πολιτείας εὐαγοῦς ὑποτύπωσιν καὶ ὑπογραμμὸν, εἰς ἐκεῖνα πίπτειν ἀτημελῶς, ὧν αὐτοὺς ἀποφοιτᾶν συμβουλεύειν ἔδει, παιδαγωγοὺς ὄντας οἰκουμενικούς· ἐπεβούλευσε δ' ἂν οὐ μετρίως καὶ τῇ τῶν ἱερῶν κηρυγμάτων σπουδῇ τε καὶ χρείᾳ, τὸ φροντίδος κοσμικῆς μεταποιεῖσθαι τοὺς μαθητάς.

non excedant. Sufficiet autem sanctis viris esca in Christo, spiritalis nimirum divina intellectualis, et posthinc gloria. Alioqui etiam incongruum fuisset, eos qui ceteris vitae sanctae exemplares futuri erant atque imagines, in illa per socordiam incidere a quibus alios deterrere debebant, quandoquidem oecumenici magistri erant. Curabat autem non mediocriter Christus sacrae suae praedicationis studio et officio, ut a mundanarum rerum cura discipulos abstraheret.

A. f. 178. b. Ἐπιῤῥίψωμεν τοίνυν ἐπὶ κύριον τὴν φροντίδα· μὴ μεριμνήσωμεν τί φάγωμεν ἢ τί πίωμεν, ἢ τί περιβαλώμεθα· μὴ ἐν μικροῖς καὶ εὐτελέσι πράγμασιν ὁ μέγας ἡμῶν δαπανάσθω λογισμὸς, μὴ δοῦλον ἱματίου καὶ τροφῆς ἀπεργασώμεθα τὸν ἐλεύθερον νοῦν· μεριμνάτω δὲ μᾶλλον ὅσα διασώζει ψυχὴν, ὅσα πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀναφέρει βασιλείαν, ὅσα τοὺς στεφάνους ἡμῖν προξενεῖ· ἔργον τοῦτο τῇ ἀνθρώπου διανοίᾳ πρεπωδέστατον· ἆρα γὰρ εἴ τις ἡμᾶς ἐρωτήσειε, τί μεῖζον ἐστὶν ἐν ἡμῖν, τί γὰρ εἶναι τὸ κάλλιον ὑπολήψαμεν, τροφὴν ἢ σῶμα, ἢ ψυχὴν, τίς οὕτως ἐστὶν ἠλίθιος, τίς δὲ οὕτως βραδὺς εἰς τὸ νοῆσαι τὰ χρήσιμα, ὡς μὴ εὐθὺς ἀποκρίνασθαι τὴν ψυχήν; ὅτε τοίνυν μείζων καὶ τροφῆς καὶ ἱματίου ψυχὴ, διὰ τί μὴ μᾶλλον ἐν τοῖς μείζοσιν ἀναλίσκομεν τὴν φροντίδα, τιμῶμεν γὰρ οὕτως τὸ ἔλαττον, καὶ πᾶσαν αὐτῷ χαριζόμεθα τὴν διάνοιαν; μεριμνᾷς ἱματίου καὶ τροφῆς; διὰ τί μὴ μᾶλλον μεριμνᾷς ὅπως διασωθῇς; μεριμνᾷς τοῦ σώματος; διὰ τί μὴ
v. 28. A. f. 178. b. B. f. 124. μεριμνᾷς τῆς ψυχῆς; — Ὁ οὕτως ἀγαθὸς κύριος, ὁ τὸ εὐτελέστατον ἀποτρέφων πετεινὸν, οὐ διαθρέψει τὸν κατ' εἰκόνα οἰκείαν γενόμενον; ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως τὴν περὶ τὰ προκείμενα φροντίδα κατακιβδηλεύει σοφῶς ὁ Χριστὸς, τὰ ἔθνη τοῦ κόσμου ταῦτα λέγων ἐπιζητεῖν· ἀναβιβάζει δὲ καὶ εἰς ἄμαχον πίστιν, τοῦ ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως ἕξουσι τὸ ἀνενδεὲς, εὖ εἰδότος ὧν εἰσὶν ἐν χρείᾳ τοῦ πατρὸς αὐτῶν, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ ἐν οὐρανοῖς, φησὶ

Iactemus itaque curam nostram in Dominum: ne solliciti simus quid manducabimus aut quid bibemus aut quo vestiemur. Caveamus, ne in pusillis vilibusque rebus magna nostra consumatur sollicitudo: ne servam vestitus et victus, liberam nostram mentem reddamus: haec potius unusquisque cogitet quae saluti animae conferunt, quae ad caelorum regnum ducunt, quae coronam nobis adquirunt. Hoc est demum humanae menti convenientissimum opus. Age vero si quis nos interroget, quid praeclarius existimemus cibumne et corpus, an vero animam; quis adeo sit hebes, quis ita ad utilia discernenda segnis, ut non statim respondeat praestantiorem esse animam? Quoniam itaque maius quid est anima quam victus atque vestitus, cur non in maioribus potius curas nostras consumimus; contraque tantopere res minoris momenti aestimamus, totamque iis mentem impendimus? Anxius es de victu atque vestitu? cur non potius de salute adipiscenda sollicitudinem geris? Sollicitaris de corpore? cur de anima non sollicitaris? — Tam bonus Dominus, qui vilissimum alit volatile, non alet illum qui ad imaginem suam factus fuit? Propterea convenientissime sapienterque Christus curam praesentium depretiat, dicens mundi gentes res huiusmodi exquirere. Animos item ad invictam spem erigit, fore ut nihil eis desit; quia pater apprime scit quibus egeant. Patrem autem caelestem intelligere, constat; ait enim: et

vos ne quaeratis quid manducetis etc. pater autem vester scit etc. Porro opportunissime patris nomine Deum appellat, ut cognoscant filiorum suorum non esse obliturum, sed se bonum, et filiorum amantem praebiturum. Ne igitur alimenta quaeramus supervacua praeterque rationem, sed quicquid potius ad animae salutem confert: nec pretiosam vestem, sed quomodo igni ac poenae corpus nostrum eripiamus, dum Dei regnum quaerimus.

γάρ· καὶ ὑμεῖς μὴ ζητεῖτε τί φάγετε κ. τ. λ.
ὑμῶν δὲ ὁ πατὴρ οἶδεν κ. τ. λ. Ἐπὶ και- v. 30. A. f. 180
ροῦ δὲ σφόδρα πατέρα φησὶ τὸν θεὸν, ἵνα
εἰδεῖεν, ὅτι τῶν ἰδίων οὐκ ἂν ἐπιλάθοιτο τέ-
κνων, ἀλλ᾽ ἔσται χρηστὸς καὶ φιλόπαις περὶ
αὐτούς· ζητῶμεν τοίνυν μὴ τροφὰς τὰς ἔξω
λόγου καὶ περιττὰς, ἀλλ᾽ ὅσα βλέπει πρὸς
σωτηρίαν ψυχῆς· μὴ πολυτελὲς ἄμφιον,
ἀλλ᾽ ὅπως ἂν ἐξελώμεθα καὶ πυρὸς καὶ δί-
κης τὸ ἴδιον σῶμα, ζητοῦντες αὐτοῦ τὴν
βασιλείαν.

Noli timere, pusille grex.

Pusillum gregem sanctos nominat, quia parvipenduntur in mundo spontanei pauperes bonisque carentes. Atqui hos donare caelesti regno patri placet. Unde statim admonitionem addit: vendite quae possidetis, et date eleemosynam, et reliqua. Vel pusillum gregem dicit prae infidelium multitudine: vel etiam propter voluntariam humilitatem gregis huius: quem vetat corporalium subsidiorum egestatem timere. Nam qui tam grande et eximium gaudium dat, id est caelorum regnum, dabit sine dubio etiam quae carni necessaria sunt, et sustentandae vitae sufficiunt. – Idest ne discredas, fore ut sine dubio suppeditet quae vitae sustentandae opus sunt caelestis pater. Non enim suos negliget, immo suam erga ipsos manum aperiet, quae universam rerum naturam beneficiis replet. Quaenam porro rerum huiusmodi fides? Placuit, inquit, patri vestro dare vobis regnum. Qui autem tam grandia et eximia dat, quomodo pigebit eum bonitatem suam erga nos expromere, copioseque terrena nobis bona praebere? Ut ergo, inquit, caelorum regnum possideatis, terrenas opes despicite. Pusillum vero gregem nominat terrestres incolas: vincimur enim ab angelorum multitudine quae innumerabilis est, et incomparabili excessu res nostras superat. Atque hoc rursus nos docuit Servator, cum illam in evangeliis egregiam propo-

Μὴ φοβοῦ τὸ μικρὸν ποίμνιον κ. τ. λ. v. 32.

Μικρὸν ποίμνιον τοὺς ἁγίους ὀνομάζει· A. f. 180. D. f. 51. b.
ἐπειδὴ παράκειται μικρότης ἐν κόσμῳ τοῖς
ἑκουσίως ἀκτήμοσι καὶ ἀχρημάτοις· τούτοις
γὰρ εὐδόκησεν ὁ πατὴρ δοῦναι τὴν βασιλείαν·
ὅθεν εὐθὺς ἐπειπὼν ἐδίδαξεν· πωλήσατε τὰ
ὑπάρχοντα, καὶ δότε ἐλεημοσύνην, καὶ τὰ
ἑξῆς· ἢ μικρὸν ποίμνιον πρὸς τὸ μέγεθος
τοῦ πλήθους τῶν ἀπίστων· ἢ καὶ διὰ τὴν ἑκούσιον
ταπείνωσιν τοῦ τοιούτου ποιμνίου· ὃ κελεύει μὴ
φοβεῖσθαι τὴν ἔνδειαν τῆς σωματικῆς χρείας·
εἰ γὰρ τὴν οὕτω μεγάλην καὶ ἐξαίρετον δίδω-
σιν ἀπόλαυσιν, ἤτοι τὴν βασιλείαν τῶν οὐρα-
νῶν, δώσει πάντως καὶ τὰ τῇ σαρκὶ ἀναγ-
καῖα καὶ ζωαρκῆ. — Ἀντὶ τοῦ μὴ ἀπιστήσῃς, A. f. 180. B. f. 124.
ὅτι πάντῃ τε καὶ πάντως χορηγήσει τὰ ζωαρ-
κῆ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ὁ ἐν οὐρανοῖς πα-
τήρ· οὐ γὰρ περιόψεται τοὺς ἰδίους· ἀνοίξει
δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὴν χεῖρα, τὴν ἀεὶ πληροῦ-
σαν τὰ πάντα χρηστότητος· * καὶ ποία τού- * Ps. CIII. 28.
των ἡ πίστις; εὐδόκησε, φησὶν, ὁ πατὴρ
ὑμῶν δοῦναι ὑμῖν τὴν βασιλείαν· ὁ δὲ τὰ οὕτω
μεγάλα καὶ ἐξαίρετα διδοὺς, πῶς ὀκνήσει
περὶ τὸ εἶναι χρηστὸς περὶ ἡμᾶς καὶ πλουσίως
τὰ ἐπὶ γῆς παρέχειν ἡμῖν ἀγαθά (1); ἵνα
οὖν, φησὶ, τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν κατα-
κτήσησθε, τῶν ἐπὶ γῆς χρημάτων καταφρο-
νήσατε· μικρὸν δὲ ποίμνιον ὀνομάζει τοὺς ἐπὶ
τῆς γῆς· ἡττώμεθα γὰρ τῆς τῶν ἀγγέλων πληθύος
ἀμετρήτου οὔσης, καὶ ἀσυγκρίτως πλεονεκτού-
σης τὰ καθ᾽ ἡμᾶς· καὶ τοῦτο πάλιν αὐτὸς
ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ σωτὴρ, τὴν ἐν τοῖς εὐαγγε-
λίοις παραβολὴν ἄριστα συντεθεικώς· ἔφη

(1) Vides nonnulla iisdem fere verbis repetita, quia diversis catenarum auctoribus ita excerpere placuit.

* Luc. XV. 4. γάρ· * ἔτι τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει ἑκατὸν πρόβατα, καὶ πλανηθῇ ἓν ἐξ αὐτῶν, οὐκ ἀφήσει τὰ ἐνενηκονταεννέα ἐπὶ τὰ ὄρη, καὶ πορευθεὶς ζητεῖ τὸ πλανώμενον; καὶ ἐὰν γένηται εὑρεῖν αὐτὸ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπ' αὐτῷ μᾶλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς ἐνενηκονταεννέα τοῖς μὴ πεπλανημένοις· ἄθρει δὴ οὖν ὅπως ὅταν εἰς δεκάδας δέκα τῶν λογικῶν κτισμάτων ὁ ἀριθμὸς ἐκτείνηται, ὡς ἓν ἐν τοῖς ἑκατὸν τὸ ἐπὶ γῆς ἐστι ποίμνιον· ἀλλ' εἰ καὶ μικρὸν τοῦτο, καὶ φύσει, καὶ ἀριθμῷ, καὶ δόξῃ πρὸς τὰς ἀμετρήτους τῶν ἄνω πνευμάτων ἀγέλας, ἀλλ' ἡ τοῦ πατρὸς ἀγαθότης, πάντα λόγον ὑπερεκτείνουσα, δέδωκε καὶ αὐτῷ τῶν ὑπερκειμένων πνευμάτων τὸν κλῆρον, τουτέστι τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

suit parabolam. Dixit enim: quis ex vobis homo, qui centum oves habeat, si una ex his erraverit, non relinquet nonaginta novem in montibus, pergensque errantem quaerat? quam si invenerit, profecto dico vobis gavisurum de ista magis, quam de novem ac nonaginta quae non exerraverint. Observa itaque, quod dum ad decem tantummodo decadas rationalium pecudum numerus extenditur, id est ad centum, terrenus utique grex intelligitur. Iam etsi hic pusillus est natura, numero, ac dignitate, prae innumerabilibus qui desuper sunt spirituum gregibus, patris tamen bonitas, quae omni laude maior est, exiguo nostro gregi contulit supernorum spirituum sortem, id est caelorum regnum.

v. 33. Πωλήσατε τὰ ὑπάρχοντα ὑμῶν, καὶ δότε ἐλεημοσύνην.

Vendite quae possidetis, et date eleemosynam.

A. I. 180. E. f. 201. b. * Luc. XVIII. 24. Φορτικὴ μὲν ἴσως τοῖς ἐν πλούτῳ ἡ ἐντολή· ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν φησὶ *, δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες, εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· πλὴν τοῖς ἀρτίφροσιν οὐκ ἀνόνητος ἡ ἐντολή· θησαυρίζουσιν ἑαυτοῖς τὴν εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδα· πρόσκαιρος γὰρ ὁ παρὼν βίος καὶ βραχὺς καὶ συνεσταλμένος, ἄπειρος δὲ καὶ μακρὸς ὁ μετὰ ταῦτα· ὁ ἐν οὐρανοῖς θησαυρίζων, ἕξει τὴν ἐν οὐρανῷ βασιλείαν, μὴ χερσὶ λῃστῶν ἁλισκομένην, μὴ ὑπὸ σητὸς διαφθειρομένην· ἐπεὶ ἄσυλος ὁ οὐράνιος πλοῦτος, καὶ ἀπαθὴς διαμένει· πρόσιθι τοίνυν μὴ ὀκνηρῶς· κτῆσαι τοῖς προσκαίροις τὰ αἰώνια· δὸς τὰ μὴ μένοντα, καὶ πλούτησον τὰ σωζόμενα· δὸς τὰ ἐπίγεια, καὶ κέρδανον τὰ ἐν οὐρανοῖς· παράθου θεῷ τὸν σεαυτοῦ πλοῦτον, καὶ εὑρήσεις πολύχουν ταμιευόμενον· αὐτός σε τοῦτο διδάξει καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ ψάλλων τε καὶ λέγων ἐν πνεύματι περὶ παντὸς ἀγαθοῦ καὶ φιλοικτίρμονος· * Ps. CXI. 9. * ἐσκόρπισεν, ἔδωκε τοῖς πένησιν· ἡ δικαιοσύνη αὐτοῦ μένει εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Grave fortasse hoc divitibus mandatum est. Ut enim alicubi ipse rursus ait, difficile qui pecuniam habent in caelorum regnum introibunt. Verumtamen sana mente praeditis non est inutile mandatum. Nimirum sibi spem de futuro conficiunt: quia caduca brevisque est atque contracta praesens vita, longa autem et immensa illa futura. Qui caelestia congerit, habebit in caelo regnum, latronum manu non diripiendum, neque tinea corrumpendum; quandoquidem tutae sunt caelestes opes et incorruptae perseverant. Agesis igitur, omitte ignaviam: temporalibus aeterna eme: da caduca, ut acquiras incolumia: da terrena, ut caelestia lucreris: praebe Deo opes tuas, et invenies multas cum usura repositas. Ipse hoc te docebit etiam beatus David psallens, propheticoque spiritu dicens de bono quolibet viro et misericorde: dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in saeculum saeculi.

v. 34. Ὅπου γάρ ἐστιν ὁ θησαυρὸς ὑμῶν, ἐκεῖ καὶ ἡ καρδία ὑμῶν ἔσται.

Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

A. f. 181. Ἀληθὲς καὶ τοῦτο· οἱ γὰρ φρονοῦντες τὰ πρόσκαιρα, ὅλην ἔχουσιν ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἐλπίδα· οἱ δὲ ζητοῦντες τὰ ἐν οὐρανοῖς, ἐκεῖ τὸν τῆς διανοίας πέμπουσιν ὀφθαλμόν.

Hoc item vere dicitur. Etenim qui temporalibus student, totam suam in his spem collocant. Qui vero caelestia quaerunt, illuc mentis suae oculum dirigunt.

Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris.

Loquitur cum spiritalibus; rursusque manifestis ac visibilibus rebus intellectuales denotat: neque enim dicet aliquis, velle Dominum nos habere praecinctos corporis lumbos, atque ardentes lucernas manibus tenere. Sed mentis ad laborem impigritatem, nempe ad laudabile quodvis opus, significat, ut reor, lumborum praecinctura: lucerna autem, mentis vigilantiam et intellectualem laetitiam videtur demonstrare, et quod paratos nos esse quotidie oportet ad migrandum ex hac vita, et Domini nutum intentis oculis expectare. Porro vigilare humanam mentem dicimus, cum dormitare segniter recusat, unde nimirum ad omne vitii genus impelli solet, lumine prope amisso. Vigilare itaque Christus nos iubet. Atque ad hoc ipsum exacuit nos eiusdem discipulus, dicens: sobrii estote, vigilate. Utique et sapientissimus Paulus: surge qui dormis. Oportet enim sobriam nos habere mentem ac vigilem, et veritatis notitia splendidam; ut ob id gaudentes dicere possimus: tu illuminas lucernam meam Domine. Deus meus, tu tenebras meas illuminas. Sciendum vero est, sapientissimum quoque Moysem, huiuscemodi aliquid Israhelitis praecepisse, cum Christi figuram immolari agnum iussit; quam rem testatur sacratissimus Paulus dicens: pascha enim nostrum immolatus est Christus. Ergo agni carnes comedentibus denuntiavit hierophanta Moyses, vel potius ore eius Deus: sint renes vestri praecincti, et calceamenta in pedibus vestris, et baculos manibus tenete. Profecto ego oportere iudico eos, qui Christi sunt participes, prompto animo esse ad ea opera explenda quae sanctos decent, atque alacriter ea via incedere, quam nos terere divina lex iubet. Propterea admodum apte viatorium nobis habitum circumposuit. Nam viatorius habitus iis convenientissimus est qui divinum praedicant evangelium. Sic per unum de

Ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες, περιεζωσμέναι καὶ οἱ λύχνοι καιόμενοι. v. 35.

Διαλέγεται μὲν ὡς πνευματικοῖς, γρά- A. f. 181. B. f. 125. D. f. 51.
φει δὲ πάλιν διὰ τῶν ἐμφανῶν τε καὶ ὁρατῶν
πραγμάτων τὰ νοητά· οὐ γάρ που φαίη τίς
ἄν, ὅτι τὴν τοῦ σώματος ὀσφῦν διεζωσμένην
ἡμᾶς ἔχειν βούλεται, καὶ καιομένους ἐν χερσὶ
τοὺς λύχνους· ἀλλὰ τὸ τῆς διανοίας ἕτοιμον
εἰς φιλεργίαν τὴν ἐφ᾽ ἅπασι δηλονότι τοῖς
ἐπαινουμένοις, ὑπεμφήνειεν ἂν τὸ διεζῶσθαι
τὴν ὀσφῦν· ὅ γε μὴν λύχνος, τὴν τοῦ νοῦ γρη-
γόρησιν καὶ φαιδρότητα νοητὴν ἔοικε παρα-
δηλοῦν, καὶ ὅτι δεῖ παρεσκευασμένους ἐφ᾽ ἡμέ-
ραν εἶναι πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἡμᾶς,
καὶ τὸ τοῦ δεσπότου νεῦμα περιμένειν ἑστῶσι τοῖς
ὀφθαλμοῖς· ἐγρηγορέναι δὲ φαμὲν τὸν ἀνθρώ-
πινον νοῦν, ὅταν ἀποσείηται τὸ νυστάζειν
ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον, δι᾽ οὗ πρὸς πᾶν εἶδος φαυ-
λότητος καθικνεῖσθαι φιλεῖ, μονονουχὶ σβεν-
νύμενος· ἐγρηγορέναι δὴ οὖν ἡμᾶς κελεύει Χρι-
στός· καὶ πρός γε τοῦτο ἡμᾶς καταθήγει λέγων
ὁ αὐτοῦ μαθητὴς *, νήφετε, γρηγορεῖτε· ναὶ * I. Petr. V. 8.
μὴν καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος· * ἔγειραι ὁ * Ephes. V. 14.
καθεύδων· νηφάλεον γὰρ ἔχειν χρὴ καὶ ἐγρηγο-
ρότα τὸν νοῦν καὶ τῇ τῆς ἀληθείας γνώσει κατα-
λαμπόμενον· ὡς ἐπ᾽ αὐτῷ δὴ τούτῳ χαί-
ροντα, λέγειν· ὅτι σὺ φωτιεῖς λύχνον μου
κύριε, ὁ θεός μου φωτιεῖς τὸ σκότος μου· * * Ps. XVII. 29.
ἰστέον δὲ ὅτι καὶ διὰ τοῦ πανσόφου Μωϋσέως, A. f. 181. b.
τοιοῦτόν τι προστεταχὼς εὑρίσκεται τοῖς ἐξ
Ἰσραὴλ, ὅτε εἰς τύπον Χριστοῦ διακελεύεται
σφάττεσθαι τὸν ἀμνὸν, καθὰ μεμαρτύρηκην ὁ
ἱερώτατος Παῦλος, λέγων· * τὸ γὰρ πάσχα * I. Cor. V. 7.
ἡμῶν ἐτύθη Χριστός· τοῖς γε μὴν ἐσθίουσι τῶν
κρεῶν αὐτοῦ, προαπεφώνηκε λέγων ὁ ἱερο-
φάντης Μωϋσῆς, μᾶλλον δὲ δι᾽ αὐτοῦ ὁ
θεός· * ἔστωσαν ὑμῶν αἱ ὀσφύες περιεζωσμέ- * Exod. XII. 11.
ναι, καὶ τὰ ὑποδήματα ἐν τοῖς ποσὶν ὑμῶν,
καὶ αἱ βακτηρίαι ἐν ταῖς χερσὶν ὑμῶν· χρῆναι
γὰρ ἔγωγέ φημι τοὺς ἐν μεθέξει γεγονότας
Χριστοῦ, ἑτοίμως ἔχειν εἰς ἔργα χωρεῖν ἅπερ
ἂν ἁγίοις πρέπῃ, καὶ ἐν προθυμίᾳ βαδίζειν
οἵπερ ἂν ἡμᾶς ὁ θεῖος βούληται νόμος· ταύτῃ
τοι μάλα εἰκότως ὁδοιπορικὸν αὐτοῖς περι-
τέθεικε σχῆμα· ὁδοιπορικὸν γὰρ σχῆμα B. f. 125. b.
ὅτι μάλιστα πρεπωδέστατον τοῖς τὸ θεῖον

κηρύττουσιν εὐαγγέλιον· οὕτω καὶ δι' ἑνὸς τῶν
* Nahum II. 1. προφητῶν * φησὶ πρὸς τοὺς ἐν Βαβυλῶνι
αἰχμαλώτους ὁ θεὸς τὴν ἐπάνοδον προαναφω-
νῶν, καὶ πρὸς ταύτην εὐτρεπίζεσθαι προτρέπων·
« σκόπευσον ὁδὸν, κράτησον ὀσφύος, ἄν-
δρισαι τῇ ἰσχύι σου σφόδρα· » ὡς γὰρ αὐ-
τίκα μάλα πρὸς Ἰουδαίαν βαδιουμένους, κρα-
τεῖν ὀσφύος κελεύει· τουτέστιν ἑτοίμως καὶ ἐπι-
τηδείως ἔχειν πρὸς τοὺς τῆς ὁδοιπορίας πό-
νους, καὶ παντὸς πόνου καταν δρίζεσθαι ἀμάχῳ
τῇ προθυμίᾳ χρωμένους.

v. 36. A. f. 181. b. Ὅτι δὲ χρὴ παλινδρομήσοντα Χριστὸν
ἐξ οὐρανοῦ προσδοκᾶν (καταβήσεται γὰρ
ἐν δόξῃ τοῦ πατρὸς μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων)
ἐδίδαξεν εἰπών· καὶ ὑμεῖς ὅμοιοι ἀνθρώποις
προσδεχομένοις τὸν κύριον ἑαυτῶν κ. τ. λ.
Καί μοι πάλιν ἐκεῖνο διανοοῦ· ἀναλύσει γὰρ
ὡς ἐκ πανηγύρεως ὁ Χριστός· δι' οὗ δια-
δείκνυται σαφῶς, ὡς ἔστιν ἀεὶ τὸ θεῖον ἐν
ταῖς αὐτῷ πρεπούσαις ἑορταῖς· ἐκεῖ γὰρ ὅλως
τὸ κατηφὲς οὐδαμοῦ· λυπεῖ γὰρ οὐδὲν τὴν
v. 37. A. f. 182. ἀκήρατον φύσιν. — Ὅταν, φησὶν, ἐλθὼν
εὐζώνους εὕρῃ καὶ ἐγρηγορότας, καὶ πεφωτι-
σμένην ἔχοντας τὴν καρδίαν, τότε δὴ τότε
μακαρίους ἀποφανεῖ· περιζώσεται γὰρ καὶ δια-
κονήσει αὐτοῖς· δι' οὗπερ ἔνεστι μαθεῖν, ὅτι
τοῖς ἴσοις ἡμᾶς ἀνταμείψεται, καὶ οἷον κα-
μόντας ἀνακτήσεται, τρυφὰς ἡμῖν παρα-
θεὶς τὰς πνευματικὰς, καὶ ἀμφιλαφῆ τὴν παρ'
ἑαυτοῦ χαρισμάτων ἁπλώσας τράπεζαν.

v. 38. Καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ δευτέρᾳ φυλακῇ κ. τ. λ.

A. f. 182. Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὸ τῆς θείας ἡμε-
ρότητος πλάτος, καὶ τῆς εἰς ἡμᾶς γαληνότη-
τος τὴν ὑπερβολήν· οἶδε γὰρ οἶδε τὸ πλάσμα
ἡμῶν, καὶ εὐόλισθον τῆς ἀνθρώπου διανοίας εἰς
ἁμαρτίαν· οἶδεν ὅτι τετυράννευκε καθ' ἡμῶν
τῆς φιλοσαρκίας ἡ δύναμις, καὶ ὁ τοῦ παρόντος
βίου περισπασμὸς μονονουχὶ καὶ οὐχ' ἑκόντας
καταβιάζεται, πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐκτόπων
ἀποφέρων τὸν νοῦν· ἐπειδὴ δέ ἐστιν ἀγαθὸς, ἀπο-
γινώσκειν οὐκ ἐᾷ, κατοικτείρει δὲ μᾶλλον,
καὶ σωτηρίας φάρμακον ἔδωκεν ἡμῖν τὴν μετά-
γνωσιν· διὰ τοῦτο φησί· κἂν ἐν τῇ δευτέρᾳ
κἂν ἐν τῇ τρίτῃ φυλακῇ ἔλθῃ, καὶ εὕρῃ οὕτως
ποιοῦντας, μακάριοι εἰσὶν ἐκεῖνοι· ἐθελήσεις
δὲ πάντως εἰδέναι σαφῶς, τί δὲ τοῦτο ἐστί·

prophetis ait captivis Babylone Deus, reditum praedicens, atque ad hunc illos comparare semel iubens: « contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde. » Tamquam enim in Iudaeam statim profecturos, confortare lumbos iubet; id est paratos esse et expeditos ad itineris exantlandas aerumnas, et ad quemlibet laborem invicta animi alacritate semet armare.

Quod autem expectare debeamus reversurum Christum de caelo (descendet enim ornatus patris gloria cum sanctis angelis) docuit nos dicens: « et vos similes hominibus expectantibus dominum suum etc. » Atque illud mecum rursus observa: revertetur enim tamquam ex festo die Christus; quibus verbis ostenditur manifeste, semper Deum versari in congruis sibi sollemnitatibus. Apud ipsum quippe nihil umquam triste; namque inviolabilem naturam nullus maeror adficit. — Quum veniens, inquit, invenerit vigilantes, et illuminatum cor gerentes, tunc enimvero beatos efficiet. Nam praecinctus illis ministrabit. Qua ex re cognoscere licet, fore ut nos pari cura remuneretur, ac veluti laborantes recreet, delicias nobis spiritales apponens, et copiosam donorum suorum exhibens mensam.

Et si venerit in secunda vigilia etc.

Hoc loco animadverte divinae bonitatis amplitudinem, et erga nos clementiae exsuperantiam. Novit enim novit plasma nostrum, et humanae mentis ad peccandum proclivitatem. Scit, carnalis affectùs contra nos tyrannidem, et quod huius mundi violentia nos nolentes propemodum cogit, ab absurdum quodvis mentem abripiens. Quia vero bonus est, desperare non sinit, miseretur potius, et salutis medelam concessit nobis paenitentiam. Idcirco ait: et si in secunda vigilia venerit, vel etiam in tertia, atque ita agentes invenerit, beati erunt illi. Profecto tu cognoscere perspicue voles, quid hoc rei sit. Dividunt

itaque noctem nonnulli in tres vigilias vel etiam in quatuor. Nam qui in urbium moenibus collocati, hostium incursiones observant, postquam tribus vel quatuor horis vigilaverint, tradunt vicissim aliis vigilem custodiam. Tres porro sunt nobis aetates: prima, qua sumus pueri impuberes; secunda, qua iuvenes; tertia, qua seniores. Sed a prima quidem (1), qua pueri sumus, poenas Deus non exquirit, sed eam venia dignatur. Secunda vero ac tertia debet Deo obedientiam, vitaeque sanctitatem, prout ei placitum est. Itaque si quis deprehensus fuerit in vigilia, ac veluti in promptu, iuvenili adhuc aetate, vel si etiam senili, beatus erit: promissa enim a Christo praemia consequetur. – Quod autem non vigilare, damnosum sit, demonstrat egregie praedicto exemplo. Namque ut ait illius discipulus, adveniet dies Domini ut fur; in quo caeli magno impetu transibunt, et calefacta elementa solventur, terra autem et quae in ipsa sunt opera, exurentur omnia: novos autem caelos novamque terram, secundum promissa ipsius, expectamus. His addit: quum igitur haec omnia dissolvenda sint, quantopere nos oportet deprehendi sanctos et immaculatos coram ipso? Prorsus enim nemo scit finiendi mundi tempus.

D. f. 51. μερίζουσι τοίνυν τὴν νύκτα τινὲς εἰς τρεῖς ἢ εἰς τέσσαρας φυλακάς· οἱ γὰρ τοῖς τείχεσι τῶν πόλεων ἐγκαθήμενοι, καὶ τὰς τῶν πολεμίων τηροῦντες ἐφόδους, τρεῖς ἢ τέσσαρας ὥρας διαγρηγορήσαντες, παραπέμπουσιν εἰς ἑτέρους τὴν φυλακὴν καὶ ἐγρήγορσιν· τρεῖς τοίνυν εἰσὶ καὶ παρ' ἡμῖν ἡλικίαι· πρώτη μὲν καθ' ἣν ἐσμὲν ἔτι παῖδες ἄνηβοι, δευτέρα δὲ καθ' ἣν νεανίαι, καὶ τρίτη καθ' ἣν πρεσβῦται· ἀλλ' ἡ μὲν πρώτη, καθ' ἣν ἔτι παῖδες ἐσμὲν, οὐκ εὐθύνεται παρὰ θεοῦ, ἀξιοῦται δὲ συγγνώμης· ἥ γε μὴν δευτέρα καὶ ἡ τρίτη ὀφείλει τῷ θεῷ τὴν ὑπακοὴν, καὶ τὸ διαζῆν ὁσίως, κατὰ τὸ αὐτῷ δοκοῦν· οὐκοῦν κἂν εἴ τις καταληφθείη τυχὼν ἐν ἐγρηγόρσει, καὶ οἷον ἐν εὐζωνότητι νέος ὢν ἔτι, κἂν εἴτουν τὴν πρεσβυτικὴν ἔχων ἡλικίαν, μακάριος ἔσται· τεύξεται γὰρ τῶν ἐπηγγελμένων παρὰ Χριστοῦ. — Ὅτι δὲ τὸ μὴ ἐγρηγορέναι ἐπιζήμιον, εὖ μάλα παραδείκνυσι διὰ τοῦδε τοῦ παραδείγματος· ὡς γὰρ ὁ αὐτοῦ φησὶ μαθητής *; ἥξει ἡ ἡμέρα κυρίου, ὡς κλέπτης· ἐν ᾗ οὐρανοὶ μὲν ῥοιζηδὸν παρελεύσονται· στοιχεῖα δὲ καυσούμενα λυθήσεται· γῆ δὲ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ κατακαήσεται πάντα· καινοὺς δὲ οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν, κατὰ τὰ ἐπαγγέλματα αὐτοῦ προσδοκῶμεν· προσεπάγει δὲ τούτοις· τούτων δὲ πάντων λυομένων, ποταποὺς δεῖ εὑρεθῆναι ἡμᾶς * ἁγίους καὶ ἀμώμους κατενώπιον αὐτοῦ; οἶδε γὰρ ὅλως οὐδεὶς τὸν τῆς συντελείας καιρόν.

A. f. 182. b.

* II. Petr. III. 10.

* ita cod. non ὑμᾶς.

Ait autem ei Petrus: Domine, ad nos dicis hanc parabolam, an etiam ad omnes?

v. 41. Κύριε, πρὸς ἡμᾶς τὴν παραβολὴν ταύτην λέγεις, ἢ καὶ πρὸς πάντας;

Interrogat Petrus num ad omnes dixerit lucernarum parabolam? Num, inquit, generalis est lex, parique mensura ad cunctos pertinet, an ad eos solos qui prae ceteris sunt electi? Iam vero quidnam sapientissimum perturbavit discipulum? vel quid eum impulit ut id vellet a Christo rescire? Ergo illud in primis dicemus. Praeceptorum alia quidem honore apostolatus praeditos spectant; alia vero illos qui in inferiore ordine sunt. Quod ita revera se habere, cognoscere ut dixi possumus scri-

A. f. 183. Ἐρωτᾷ Πέτρος εἰ πρὸς πάντας εἶπεν ὁ κύριος τὴν περὶ τῶν λύχνων παραβολήν· ἆρα, φησὶ, γενικὸς ὁ νόμος, καὶ ἐν ἴσῳ μέτρῳ κατὰ πάντων ἔρχεται, ἢ μόνοις ἂν πρέποι τοῖς τῶν ἄλλων ἐξῃρημένοις; εἶτα, τί τὸ θορυβῆσαν ἐστὶ τὸν σοφώτατον μαθητήν; ἢ τί παρεκίνησεν εἰς τὸ θελῆσαι μαθεῖν τὰ τοιάδε παρὰ Χριστοῦ; οὐκοῦν ἐκεῖνο καὶ πρό γε τῶν ἄλλων ἐροῦμεν· τῶν ἐντολῶν αἱ μὲν ἀποστολικοῖς πρέπουσιν ἀξιώμασιν· αἱ δὲ τοῖς τὴν μείω * τάξιν ἐπέχουσι· καὶ τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν ἀληθὲς ὂν καὶ οὕτως ἔχον, ὡς ἔφην, γεγρα-

* cod. μείζω.

(1) Paulo plenius ab initio est fragmentum apud D. Thomam in catena. « Cyrillus. De prima tamen » vigilia mentionem non facit, quia pueritia non punitur a Deo etc. »

* 1. Cor. III. 2. φόρτος τισὶ τοῦ μακαρίου Παύλου * „ γάλα
ὑμᾶς ἐπότισα οὐ βρῶμα, οὔπω γὰρ ἐδύ-
νασθε, ἀλλ' οὐδὲ νῦν ἔτι δύνασθε· „ τε-
λείων γάρ ἐστιν ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν
ἐχόντων τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένα πρὸς
διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ· τοῖς γὰρ τὴν
διάνοιαν ἔχουσιν εὐσθενῆ, πρέποι ἂν εἰκό-
τως τὰ μεγάλα καὶ ἐξαίρετα τῶν ἁγιοπρεπῶν
ἐνταλμάτων· τοῖς δὲ οὔπω πρὸς τοῦτο ἐλη-
λακόσιν ἰσχύος πνευματικῆς, τὰ δυσχε-
ρείας ἁπάσης ἀπηλλαγμένα· ἐννοήσας τοί-
νυν ὁ μακάριος Πέτρος τῶν εἰρημένων παρὰ
Χριστοῦ τὴν δύναμιν, εἰκότως διαπυνθάνεται.

bente apostolo: « lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed ne nunc quidem potestis. » Perfectorum quidem est solidus cibus, illorum scilicet qui sensus habent exercitos ad boni malique discretionem. Namque iis qui corroboratum habent animum, merito conveniunt magna et peculiaria de sublimibus rebus mandata: secus vero iis, qui nondum hoc spiritale robur sunt adepti, congruunt illa quae omni asperitate carent. Reputans itaque beatus Petrus dictorum a Christo vim, recte interrogat.

A. f. 183. D. f. 51 b. Τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός; σαφεῖ καὶ
ἐναργεστάτῳ παραδείγματι κέχρηται, πρέ-
πουσαν ἀποφαίνων τὴν ἐντολὴν τοῖς ὅτι μά-
λιστα διαφανεστέροις, καὶ μυσταγωγῶν ἐν τά-
v. 42. ξει παρειλημμένοις. — Ὑποκείσθω, φησὶν,
ἄνθρωπος οἰκοδεσπότης, ὃς στείλασθαι μέλ-
λων ἀποδημίαν, ἑνὶ τῶν γνησίων οἰκετῶν ἐνε-
χείρισε τὴν παντὸς οἴκου τὴν οἰκονομίαν, ὥστε
διδόναι τῇ θεραπείᾳ αὐτοῦ, τουτέστι τοῖς
θεράπουσιν, ἐν καιρῷ τὸ σιτομέτριον· ὅταν
τοίνυν, φησὶν, ὑπονοστήσας ἐκεῖνος, καὶ οἴ-
κοι πάλιν ἐλθὼν, οὕτως εὕροι ποιοῦντα,
καθὼς καὶ διέταξεν, ὁ δοῦλος ἐκεῖνος ἔσται
τρισμακάριος· καταστήσει γὰρ αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι
A. f. 183. D. f. 51. b. τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ. — Ὁ μὲν οὖν πιστὸς
δοῦλος καὶ φρόνιμος, ἐν καιρῷ καὶ χρείᾳ δια-
νέμων ἐπιστημόνως τοῖς δούλοις τὸ σιτομέ-
τριον, ἤτοι τὰς πνευματικὰς τροφὰς, μακά-
ριος ἔσται κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν· τεύξεται
γὰρ τῶν ἔτι μειζόνων, καὶ τὰς τοῖς γνησίοις
πρεπούσας ἀμοιβὰς ἀπολήψεται· εἰ δὲ δὴ
γένοιτό τις καταφρονητὴς καὶ ῥᾴθυμος, τῶν
κατὰ τῶν ὁμοδούλων πλεονεξίαις ἐντρυφῶν,
ἐσθίων τε καὶ πίνων, καὶ εἰς ἐκλύτους ἐξιτη-
λίας ἀπενηνεγμένος, διχοτομηθήσεται· τουτ-
έστι τὴν ἐσχάτην ὑποστήσεται δίκην, ἐπιφοι-
τήσαντος αὐτῷ τοῦ δεσπότου ἀδοκήτως.

Quid ergo ad haec Christus? Perspicuo evidentique exemplo utitur, ut demonstret mandatum id congruere potissimum dignioribus, et in magistrorum ordine constitutis. – Proponamus, inquit, hominem patremfamilias, qui peregre abiturus fideli uni famulo universae domus oeconomiam committat, ut familiae suae, id est famulis, tempore idoneo tritici demensum det. Quum itaque, ait, reversus ille et in domum suam denuo regressus, ita agentem repererit uti praeceperat, tunc servus ille fiet beatissimus; etenim ipsum super omnia bona sua constituet. – Ergo fidelis servus et prudens, qui pro tempore et usu scite conservis tritici mensuram, seu spiritales escas, distribuit, beatus erit iuxta Servatoris effatum; maiora enim consequetur, et digna fidelibus praemia recipiet. Secus vero, si quis fuerit ignavus et officii negligens, et adversus conservos iniurius ac praepotens, comedens bibensque, et luxuriosis dissipationibus deditus, hic inquam dividetur, id est extremas poenas dabit, quum insperato dominus ei supervenerit.

A. f. 183. b. Ἡ μὲν οὖν ἁπλῆ καὶ πρόχειρος τῶν εἰρη-
μένων δύναμις, τοιαύτη τίς ἐστι· μάθωμεν
δὲ ἀκριβῶς, τί τὸ ἐντεῦθεν ὑποδηλούμενόν
ἐστι· κεχειροτόνηκεν ὁ σωτὴρ οἰκονόμους,
ὥσπερ τῶν ἰδίων οἰκετῶν, τουτέστι τῶν διὰ πί-
στεως κεκλημένων εἰς ἐπίγνωσιν τῆς δόξης αὐ-

Igitur simplex et obvia dictorum sententia haec est. Sed iam accurate discamus quid inde significetur. Constituit Servator super servos suos, id est super eos, qui per fidem ad gloriae suae cognitionem sunt vocati, constituit inquam quosdam veluti

oeconomos, viros fideles et prudentissimos, sacrorum dogmatum peritos, ut ipsi conservis suis tritici demensum tribuant; neque vero id temere aut inconsiderate, sed idoneo potius tempore, id est sufficientem et congruam unicuique escam, spiritalem videlicet. Non enim cunctis indifferenter congruit in Christum credentibus sacra doctrina. Quare scriptum est: gregis tui animas scite scias. Aliter enim eum, qui adhuc est catechumenus, in veritatis via constituimus, simplici utentes nihilque reconditum habente sermone: aliter autem eos qui firmiore mente sunt, et theologiae sublimitatem comprehendere queunt. Qui ergo commisso munere prout oportet functus fuerit, super omnia domini bona constituetur. Idque nos docuit ipse Servator alio loco sedulum fidelemque famulum his verbis laudans: in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Secus vero si diligentia ac fidelitate neglecta, curis mundanis mentem suam inebriaverit, atque ad illicita eruperit, subditis suis violenter ac tyrannice abutens, neque iis demensum debitum tribuens, nihil mali non experietur; ponetur autem, inquit, portio eius cum infidelibus. Qui enim Christi gloriae prorsus nocuerit, et commissos sibi greges pessum ire negligenter siverit, nullatenus differet ab iis qui Christum ignorant. Quamobrem aiebat aliquando beato Petro Christus: Simon Ionae diligis me? pasce oves meas, pasce agnos meos. Iam si qui pascit, diligit; sequitur ut ille omnino oderit, qui id officium pensi non habet. Quod si odit, iam punietur et infidelium sententiam perferet; quod illi accidit, qui talento accepto ut sollerter negotiaretur, mox opere neglecto, pecuniam minime multiplicatam reportavit. Secus autem ii qui quinque talenta vel etiam plura acceperant, labore industriaque usi, maximis dignitatibus ac splendidissimis donati fuerunt. Dictum est enim uni: decem civitatibus praeeris; alii di-

του, πιστοὺς ἄνδρας καὶ συνετωτάτους, καὶ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἐπιστήμονας, ἐπὶ τῷ διδόναι τοῖς συνδούλοις αὐτῶν τὸ σιτομέτριον· καὶ οὐχ᾿ ἁπλῶς καὶ ἀκατασκέπτως, ἐν καιρῷ δὲ μᾶλλον τῷ δέοντι, τουτέστι τὴν ἀρκοῦσαν τε καὶ πρέπουσαν ἑκάστῳ τροφήν, δῆλον ὅτι πνευματικήν· ἁρμόσειε γὰρ ἂν οὐχ ἅπασιν ἁπλῶς τοῖς εἰς Χριστὸν πιστεύσασιν, ὁ περὶ τούτων λόγος· γέγραπται γοῦν· * γνωστῶς ἐπιγνώσῃ ψυχὰς ποιμνίου σου· ἑτέρως μὲν γὰρ τὸν ἔτι κατηχούμενον ταῖς τῆς ἀληθείας ἐμβιβάζομεν τρίβοις, ἁπλῷ καὶ οὐδὲν ἔχοντι βαθὺ χρώμενοι λόγῳ· ἑτέρως δὲ πάλιν τοὺς ἀδροτέρους τὸν νοῦν, καὶ συνιέναι δυναμένους τῆς θεολογίας τὸ ὕψος· ὁ τοίνυν εἰς δέον οἷς ἔλαβε χρησάμενος, ἐπὶ πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσι τοῦ δεσπότου καταστήσεται· καὶ τοῦτο ἡμᾶς αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἐδίδαξεν, ἑτέρωθί που τὸν σπουδαῖον καὶ γνήσιον οἰκέτην ἐπαινῶν τε καὶ λέγων· * ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστός, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου· ἐὰν δέ φησι τὸ σπουδαῖος καὶ γνήσιος εἶναι μεθεὶς, μερίμναις κοσμικαῖς τὸν οἰκεῖον μεθύσκηται νοῦν, καὶ ἀποφέρηται πρὸς ἃ μὴ θέμις, βιαζόμενος καὶ πλεονεκτῶν τοὺς ὑπεζευγμένους, καὶ μὴ διδοὺς αὐτοῖς τὸ σιτομέτριον, ἐν παντὶ γενήσεται κακῷ· ἔσται δέ φησι καὶ ὁ κλῆρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ἀπίστων· ὁ γὰρ ὅλως ἐπιβουλεύσας τῇ δόξῃ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἐγκεχειρισμένων αὐτῷ ποιμνίων ἀλογῆσαι τολμήσας, κατ᾿ οὐδένα τρόπον διοίσει τῶν οὐκ εἰδότων αὐτόν· καὶ γοῦν, ἔφη ποτὲ Χριστὸς πρὸς τὸν μακάριον Πέτρον *, Σίμων Ἰωνᾶ φιλεῖς με; ποίμαινε τὰ πρόβατά μου, βόσκε τὰ ἀρνία μου· εἰ δὲ ὁ ποιμαίνων φιλεῖ, μισεῖ που πάντως ὁ τούτου καταφρονῶν· εἰ δὲ μισεῖ, καὶ κολάζεται, καὶ τῇ τῶν ἀπίστων ὑποφέρεται δίκῃ· ὁποῖός τις ἦν ὁ τὸ τάλαντον λαβὼν, ἵνα ἐμπορεύσηται νοητῶς, εἶτα τοῦτο μὲν οὐ πεπραχὼς, προκομίσας δὲ μᾶλλον ἀπολυπλασίαστον τὸ δοθέν· ἀλλ᾿ οἵ γε τὰ πέντε λαβόντες, ἢ καὶ ἔτι πλείονα, καμόντες τε καὶ φιλεργήσαντες, ἀξιώμασι τετίμηνται τοῖς περιφανεστάτοις· * ἤκουσε γὰρ ὁ μέν τις· ἔσο ἐπάνω δέκα

* Prov. XXVII. 23.
* Matth. XXV. 21.
* Ioh. XXI. 15.
* Luc. XIX. 17.

πόλεων, ὁ δὲ πέντε· ὁ δὲ ὑβριστὴς (1) τε καὶ
ὀκνηρὸς οἰκέτης, τὴν ἐσχάτην ὑπέμεινε δί-
κην· ἐπισφαλὲς οὖν πανταχοῦ τὸ ῥᾴθυμον,
εἰς μυσταγωγίαν· ὅθεν γράφει μέν τισιν ὁ
* I. Petr. V. 2. μακάριος Πέτρος· * ὅτι ποιμαίνετε τὸ ἐν
ὑμῖν ποίμνιον τοῦ θεοῦ, ἵν' ὀφθέντος τοῦ
πάντων ἀρχιποίμενος, κομίσησθε τὸν μι-
σθόν· εἰδὼς δὲ τὸ ῥᾴθυμον ὀλέθρου πύ-
* I. Cor. IX. 16. λην, ἔφη Παῦλος· * οὐαί μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ
εὐαγγελίζωμαι.

A. f. 184. Ὅτι δὲ τοῖς ὀκνοῦσιν εἰς μυσταγωγίαν
πικρά τε καὶ ὀδυνηρὰ καὶ δυσδιάφευκτος ἐπι-
κρέμαται κόλασις, διαδείκνυσιν εὐθὺς ὁ σω-
τὴρ, τοῖς πρώτοις ἐπενεγκὼν δύο ἐφεξῆς
παραδείγματα· ἔφη γάρ· « ἐκεῖνος δὲ ὁ δοῦ-
λος, ὁ γνοὺς τὸ θέλημα τοῦ κυρίου ἑαυτοῦ,
καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ
θέλημα αὐτοῦ, δαρήσεται πολλάς· ὁ δὲ μὴ
γνοὺς, ποιήσας δὲ ἄξια πληγῶν, δαρήσε-
v. 48. A. f. 184. b. ται ὀλίγας. Διὰ ποίαν αἰτίαν, καί τοι φαίη
τίς ἄν; πῶς ὁ μὴ γνοὺς, ὑπέχει λόγον;
ὅτι μὴ ἠθέλησεν εἰδέναι, καί τοι μαθεῖν
ἐξόν (3)· εἰ δὲ ὁ μὴ γνοὺς, ὅλως οὐκ ἄμοι-
ρος ὀργῆς, ὅτι δέον εἰδέναι, κατημέλησε τοῦ
μαθεῖν, ποῖος ἀπαλλάξει λόγος, τὸν χρῆναι
πολλὰς ὑπομεῖναι πληγὰς τὸν εἰδότα καὶ ῥᾳ-
A. f. 185. θυμήσαντα; – Φορτικώτερον οὖν ἄρα τῶν δι-
δασκόντων τὸ κρίμα· καὶ τοῦτο διδάσκει λέ-
* Iac. III. 1. γων ὁ Χριστοῦ μαθητής· * « μὴ πολλοὶ διδά-
σκαλοι γίνεσθε ἀδελφοί μου, εἰδότες ὅτι μεῖ-
ζον κρίμα ληψόμεθα· » πλουσία γὰρ τῶν πνευ-
ματικῶν χαρισμάτων ἡ δόσις, παρά γε τοῖς
τῶν λαῶν ἡγουμένοις· οὕτω γάρ που καὶ ὁ σοφώ-
τατος Παῦλος Τιμοθέῳ γράφει· « δώσει σοι
* II. Tim. II. 7. ὁ κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι· * καὶ μὴ ἀμέλει τοῦ
ἐν σοὶ χαρίσματος, ὃ ἐδόθη σοι δι' ἐπιθέ-
* II. Tim. I. 6. σεως τῶν χειρῶν μου· * » τοῖς δὲ τοιούτοις ὡς
πολλὰ διδοὺς ὁ σωτὴρ, πολλὰ ζητεῖ παρ'
αὐτῶν· καὶ ποῖα ταῦτά ἐστι; τὸ ἀραρὸς ἐν
πίστει, τὸ ἀπλανὲς εἰς μυσταγωγίαν, τὸ βε-
βηκὸς ἐν ἐλπίδι, τὸ ἀκατάσειστον ἐν ὑπο-

ctum quinque. Verum ille contumeliosus otiosusque famulus extremas dedit poenas. Perniciosa igitur omnino in magisterii sacri negotio ignavia est. Unde scribebat quibusdam beatus Petrus: pascite qui in vobis est gregem Dei, ut quum apparuerit princeps pastorum, mercedem reportetis. Denique Paulus sciens ianuam perditionis esse socordiam, aiebat: vae mihi est, si non evangelizavero.

Age vero quod torpentibus in sacri magisterii officio amara et acerba et inevitabilis poena immineat, statim demonstrat Servator, prioribus deinceps duo subiungens exempla (2). Ait enim: « ille autem servus, qui cognovit voluntatem domini sui, et non praeparavit, nec fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognovit, et fecit digna plagis, vapulabit paucis. » Quam ob rem, dicet fortasse aliquis? Quomodo ab ignaro ratio exquiritur? Nempe, quia scire noluit, quum discere posset. Iam si qui ignoravit, haud omnino iram fugiet, quia quum deberet cognoscere, neglexit discere; quae causa est, cur non debeat multas perpeti plagas qui scivit, et neglexit? – Erit itaque gravius de magistris iudicium. Atque hoc docet his verbis discipulus Christi: « nolite plures magistri fieri, fratres mei; scientes quod maius iudicium sustinebimus. » Dives enim spiritalium munerum fit largitio rectoribus populorum. Nam sic sapientissimus quoque Paulus Timotheo scribit: « dabit tibi Dominus in omnibus intellectum. Et, noli negligere, quae in te est, gratiam datam tibi per impositionem manuum mearum. » Atqui his quum multa Servator dederit, multa exquirit ab ipsis. Quaenam vero haec sunt? in fide firmitas, in magisterio sinceritas, in spe constantia,

(1) Dicit contumeliosum servum propter dicta ab eo Luc. XIX. 21.

(2) Apud D. Thomam in catena. « Cyrillus. Homo enim perspicax, qui turpioribus suam voluntatem » inclinavit, impudenter misericordiam implorabit, quia inexcusabile peccatum commisit, quasi propter » malitiam recedens a Domini voluntate; sed homo rusticanus rationabilius implorabit veniam vindican- » tis; unde subditur: *qui autem non cognovit* etc. »

(3) Hanc appellant ignorantiam crassam theologi morales.

in patientia immobilitas, in spiritali vigore tenacitas, in omni egregio facinore alacritas et fortitudo, ut et ceteris angelicae vitae exemplar simus.

Ignem veni mittere in terram; et quid volo si iam accensus est?

Hoc igne incensus aiebat Cleopas: « nonne cor nostrum ardens erat intra nos in via, dum nobis aperiret scripturas? » Ignis hic salutaris est et utilis, per quem nos omnes qui in terra frigidi eramus ac emortui ob peccatum et ob veri naturalisque Dei ignorantiam, denuo suscitamur ad religiosam vitam; spirituque ferventes efficimur iuxta beati Pauli dictum: praetereaque sancti Spiritus participationem lucramur, ignis instar intra nos habitantis: namque igne baptizati fuimus, sancto Spiritu. Mos vero est divinae scripturae ignis nomine appellandi interdum divinam sacramque doctrinam, et sancti Spiritus vim atque operationem. Dixit enim sanctorum prophetarum unus, tamquam ex Dei persona, de universali nostro servatore Christo: « quod nempe subito veniet in templum suum Dominus quem vos quaeritis, et angelus testamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus; et quis sustinebit diem adventus eius? aut quis patietur aspectum eius? En ipse procedit ut ignis conflatorii, et ut herba fullonum; et sedebit conflans mundansque sicut argentum et sicut aurum. » Et templum quidem heic dicit immaculatum sanctumque corpus de sancta Virgine sumptum, sancto operante Spiritu in virtute patris. Dictum quippe fuit sanctae Virgini: « Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi. » Angelum vero testamenti ipsum nominat Unigenitum, quia nunciat, ministratque patris bonae erga nos voluntati. Itaque nobis dicebat: omnia, quaecumque audivi a patre meo, nota feci vobis. Scribit de ipso propheta quoque Isaias: « parvulus natus est nobis, et filius datus est nobis, cuius imperium su-

μονῇ, τὸ ἄθραυστον ἐν ἰσχύϊ τῇ πνευματι-
κῇ, τὸ εἰς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθη-
μάτων, πρόθυμόν τε καὶ εὐσθενὲς, ὡς καὶ ἑτέ-
ροις ὑποτύπωσιν εἶναι πολιτείας ἀγγελικῆς.

Πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν, καὶ τί θέλω εἰ ἤδη ἀνήφθη; v. 49.

Τοῦτο τὸ πῦρ ἔχοντες οἱ περὶ Κλεό- A. f. 185. b.
παν ἔλεγον * “ οὐχὶ ἡ καρδία ἡμῶν καιο- * Luc. XXIV. 32.
μένη ἦν ἐν ἡμῖν ἐν τῇ ὁδῷ ὡς διήνοιγεν ἡμῖν
τὰς γραφάς; ” πῦρ τοῦτο σωτήριον καὶ ἐπω-
φελὲς, δι᾽ οὗ πάντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς ἀπεψυγ-
μένοι τρόπον τινὰ καὶ νενεκρωμένοι διά τε τὴν
ἁμαρτίαν, καὶ τὸ μὴ εἰδέναι τὸν φύσει καὶ ἀλη-
θῶς ὄντα θεὸν, ἀναζωπυρούμεθα πρὸς τὴν
κατ᾽ εὐσέβειαν ζωήν· καὶ τῷ πνεύματι ζέον-
τες ἀποτελούμεθα κατὰ τὴν τοῦ μακαρίου Παύ-
λου φωνήν· * κερδαίνομεν δὲ πρὸς τούτῳ, καὶ * Rom. XII. 11.
τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος μέθεξιν, πυρὸς δίκην
ὄντος ἐν ἡμῖν· βεβαπτίσμεθα γὰρ ἐν πυρὶ
ἁγίῳ πνεύματι· ἔθος δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ
πῦρ ὀνομάζειν ἔσθ᾽ ὅτε τοὺς θείους τε καὶ
ἱεροὺς λόγους, καὶ τὴν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος
ἐνέργειάν τε καὶ δύναμιν· ἔφη μὲν γάρ τις τῶν
ἁγίων προφητῶν *, ὡς ἐκ προσώπου τοῦ θεοῦ * Malach. III. 1.
περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· “ ὅτι
ἐξαίφνης ἥξει εἰς τὸν ναὸν αὐτοῦ κύριος, ὃν
ὑμεῖς ζητεῖτε, καὶ ὁ ἄγγελος τῆς διαθήκης,
ὃν ὑμεῖς θέλετε· ἰδοὺ ἔρχεται, λέγει, κύ-
ριος, καὶ τίς ὑπομενεῖ ἡμέραν εἰσόδου αὐτοῦ;
ἢ τίς ὑποστήσεται ὀπτασίαν αὐτοῦ; ἰδοὺ
αὐτὸς ἐκπορεύεται, ὡς πῦρ χωνευτηρίου, καὶ
ὡς πόα πλυνόντων· καὶ καθεδεῖται χωνεύων
καὶ καθαρίζων ὡς τὸ ἀργύριον καὶ ὡς τὸ χρυ-
σίον· ” καὶ ναὸν μέν φησιν ἐνθάδε, τὸ ἄχραν-
τον ἀληθῶς καὶ ἅγιον σῶμα, τὸ διὰ τῆς ἁγίας
παρθένου ταχθὲν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν
δυνάμει τοῦ πατρός· εἴρηται γάρ που πρὸς τὴν
ἁγίαν παρθένον· * “ πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύ- * Luc. I. 35.
σεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει
σοι· ” ἄγγελον δὲ διαθήκης αὐτὸν ὀνομάζει
τὸν μονογενῆ, παρὰ τὸ ἀγγέλλειν καὶ διακο-
νεῖν τῇ πατρὸς εὐδοκίᾳ τῇ εἰς ἡμᾶς γενο-
μένῃ· καὶ γοῦν ἔφη πρὸς ἡμᾶς· * ὅτι πάντα * Ioh. XV. 15.
ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀπήγγειλα
ἡμῖν· γράφει δὲ περὶ αὐτοῦ, καὶ ὁ προφήτης
Ἡσαΐας *, “ ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, * Is. IX. 6.

*

υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος·„ ὥσπερ οὖν οἱ τὸν χρυσόν τε καὶ ἄργυρον ἐκκαθαίρειν εἰδότες, πυρὶ τὸν ἐν αὐτοῖς ἐκτήκουσι ῥύπον, οὕτω καὶ ὁ σωτὴρ διὰ τῶν εὐαγγελικῶν μαθημάτων, ἐν δυνάμει πνεύματος, τὸν ἑκάστου σμήχει νοῦν τῶν πιστευσάντων εἰς αὐτόν· ἔφη δέ που καὶ ὁ τῶν ὅλων
Hier. V. 14. Θεός, πρὸς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν· * ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου πῦρ,
Hier. XXIII. 29. καὶ τὸν λαὸν τοῦτον, ξύλα· καὶ πάλιν· * οὐχ᾽ οἱ λόγοι μου ὥσπερ πῦρ, λέγει κύριος; τίς δ᾽ ἂν νοηθείη πρὸς ἡμῶν καὶ ὁ ἄνθραξ ὁ τοῦ τοῦ
Is. VI. 6. προφήτου Ἡσαΐου χειλέων ἀψάμενος *, καὶ
Rom. X. 9. καθαρίσας αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας *; τὸ σωτήριον δηλονότι κήρυγμα, καὶ ἡ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ὁμολογία, ἣν εἴπέρ τις ἐν στόματι λάβοι, πάντη τε καὶ πάντως διακαθαίρεται· καὶ πιστώσεται λέγων ὁ Παῦλος *, ὅτι ἐὰν εἴπῃς ἐν τῷ στόματί σου κύριος Ἰησοῦς, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὡς ὁ θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ· πλὴν ἄνθρακι καὶ πυρὶ τὴν τοῦ θείου κηρύγματος δύναμιν, ἐοικέναι φαμέν, οὗ τὴν ἄναψιν ἐπισπεύδει ὁ κύριος· ἐπίστευον γὰρ ἤδη τινὲς τῶν ἐξ Ἰσραήλ, ὧν ἀπαρχὴ γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταί· ἐξαφθὲν γὰρ ἅπαξ τὸ πῦρ, ἁπάσης ἔμελλε καταδράττεσθαι τῆς ὑπ᾽ οὐρανόν, ἐξενεχθείσης εἰς πέρας τῆς πάσης οἰκονομίας· καὶ τοῦτο
v. 50. διδάσκει λέγων· βάπτισμα γὰρ ἔχω βαπτισθῆναι, καὶ πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ;

v. 51. Δοκεῖτε ὅτι εἰρήνην παραγενόμην δοῦναι ἐν τῇ γῇ;

A. f. 186. B. f. 129. C. f. 136. Ephes. II. 14. Καί τοι Χριστός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν κατὰ τὰς γραφάς· * αὐτὸς συνῆψε τοὺς δύο λαούς, εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρωπον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάξας ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν πατέρα· αὐτὸς συνῆψε τοῖς ἄνω τὰ κάτω· πῶς οὖν ἔφη οὐκ ἦλθον εἰρήνην δοῦναι: τί φῂς ὦ δέσποτα; οὐκ ἦλθες βαλεῖν εἰρήνην; καί τοι γέγονας ἡμῖν εἰρήνη, κατέλυσας τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, ἠφάνισας τὴν διϊστῶσαν ἡμᾶς ἁμαρτίαν· εὐηγγελίσω τοῖς μα-

humerum eius: vocaturque nomen eius magni consilii angelus. » Sicut ergo ii qui aurum argentumque purgare sciunt, sordes eius igne consumunt, ita etiam Servator per doctrinas evangelicas, virtute Spiritus, singulorum ipsi credentium mentem abstergit. Dixit vero aliquando universalis Deus ad Hieremiam: ecce dedi sermones meos in os tuum tamquam ignem; et hunc populum, instar lignorum. Et rursus: nonne sermones mei ut ignis, dicit Dominus? Quidnam porro aliud a nobis existimabitur carbo ille qui prophetae Isaiae labia contigit, omnique ipsum peccato mundavit? Nempe salutaris praedicatio, et fidei in Christum confessio; quam si quis ore receperit, prorsus omnimodisque purgatur. Rei fidem faciet Paulus dicens: quod si dixeris ore tuo, dominus Iesus, crediderisque corde tuo, a Deo illum de mortuis suscitatum, salvus eris. Verumtamen carboni et igni divinae praedicationis vim dicimus similem, cuius incensionem urget Dominus. Iam enim nonnulli ex Israhele crediderant, quorum primitiae fuerant divi discipuli. Semel autem accensus ignis, universum correpturus mundum erat, quum tota susceptae incarnationis ratio peracta fuisset. Idque docet his verbis: baptismo habeo baptizari, et quomodo coarctor usque dum perficiatur (1)!

Putatis quod pacem terrae daturus venerim?

Atqui Christus pax nostra est, ut aiunt scripturae: ipse duos populos in unum novum hominem copulavit, pacem faciens, ambosque reconcilians in uno corpore patri: ipse connexuit infima superioribus. Quomodo ergo dixit non veni pacem dare? Quid ais, Domine? Ad adducendam pacem non venisti? Attamen nobis factus es pax, medium maceriae parietem dissolvisti, peccatum quod nos arcebat destruxisti: longinquis aeque ac propinquis bonum nun-

(1) Apud D. Thomam in catena prosequitur ita Cyrillus. « Nam ante venerabilem crucem, et Christi » resurrectionem a mortuis, in sola Iudaea fiebat mentio praedicationis et miraculorum ipsius; postquam » autem principem vitae insanientes occiderunt, tunc apostolis praecepit dicens: *euntes docete* etc. »

cium attulisti: greges cum gregibus adunasti, iudaicos scilicet cum ethnicorum gregibus: pacificasti per crucem quae in caelis sunt et quae super terram, sicuti scriptum est: factus es nobis conciliator atque mediator, intermedium peccatum auferens, patri Deo per temet ipsum nos coniungens. Quin adeo pacem, tui peculiariter propriam dixisti: pacem meam do vobis. Quomodo ergo non venisti pacem adducere, sed gladium? quibuscum proelio certabimus? quodnam belli genus erit, et quomodo a nobis fiet? ut inculpatum sit, et tibi placeat, qui pacem tui propriam esse dixisti, eamque nobis dedisti. Ergo solvat Paulus quaestionem dicens: « si quis frater fornicator, et cetera, cum eiusmodi nec cibum sumere. » Puto enim abominandos fornicatores; et pacem cum his, damnificam esse reputandam: corrumpunt enim bonos mores colloquia prava: atque ut ait David, cum sancto sanctus eris, et cum perverso perverteris.

Vin et alios cognoscere, quibuscum colere pacem, noxium est? Audi scribentem ex sanctis discipulis unum: « si quis ad vos venit, et hanc doctrinam non adfert, huic ne ave quidem dixeritis. » Quamnam vero doctrinam dicit, nisi omnino illam, quam ii nobis tradiderunt qui ab initio spectatores fuerunt? Lupis pares sunt haereticorum duces; quomodo autem pacem servabit cum lupo ovis? Sunt vero illi etiam tenebrosi; nam Deus huius saeculi excaecavit infidelium mentes. Nos autem filii lucis sumus; etenim nos illustravit Spiritus gratia. Quaenam autem communio lucis cum tenebris? Ergo colamus cum fratribus et fidei sodalibus pacem; cum aliis, habere abnuamus. Constat sane praeclaram esse rem pacem; sed haud quaevis omnino pax reprehensione caret; immo periculosa saepe est, et a Dei caritate abalienat. Non enim prodest cum heterodoxis pax, quatenus pari ac illi sententia esse videamur.

κρὰν καὶ τοῖς ἐγγύς· συνῆψας ἀγέλαις ἀγέ-
λας, ταῖς Ἰουδαίων τὰς ἐξ ἐθνῶν· κατει-
ρήνευσας διὰ τοῦ σταυροῦ, τά τε ἐν τοῖς
οὐρανοῖς καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, καθὰ γέ-
γραπται· * γέγονας ἡμῖν διαλλάκτης καὶ * Coloss. I. 20.
μεσίτης, καὶ τὴν διὰ μέσου κειμένην ἁμαρ-
τίαν παρελὼν συνῆψας δι' ἑαυτοῦ τῷ θεῷ
καὶ πατρί· καὶ τὴν εἰρήνην, ἰδίαν εἶναι ἔφης,
εἰπών· * εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν· πῶς * Ioh. XIV. 17.
οὖν οὐκ ἦλθες βαλεῖν εἰρήνην, ἀλλὰ μά-
χαιραν; πρὸς τίνας ἡμῖν ἡ μάχη; καὶ ὁ τοῦ
πολέμου τρόπος, πῶς ἂν γένοιτο παρ'
ἡμῶν; ἵνα τὸ ἀνεπίπληκτον * ἔχοι, καὶ * cod. ἐπιπληκτον.
ἀρέσῃ σοι τῷ τὴν εἰρήνην ἰδίαν εἶναι λέγον-
τι, καὶ ταύτην ἡμῖν δεδωκότι· οὐκοῦν λυέτω
τὸ ζητούμενον Παῦλος, φήσας· * “ εἴ τις * Cor. V. 11.
ἀδελφὸς πόρνος, καὶ τὰ ἑξῆς, τῷ τοιούτῳ
μηδὲ συνεσθίειν· ” δεῖ γὰρ οἶμαι παραιτεῖ-
σθαι πόρνους, καὶ τὴν πρὸς τούτους εἰρήνην,
ζημίας ἡγεῖσθαι πρόξενον· φθείρουσι γὰρ
ἤθη χρηστὰ, ὁμιλίαι κακαί· * καὶ καθά * I. Cor. XV. 33.
φησι Δαβὶδ *, μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ· καὶ μετὰ * Ps. XVII. 27.
στρεβλοῦ, διαστρέπτεις.

Βούλει καὶ ἑτέρους ἰδεῖν πρὸς οὓς τὸ
ἀσπάζεσθαι τὴν εἰρήνην ἐπιζήμιον; ἄκουε γρά-
φοντος ἑνὸς τῶν ἁγίων μαθητῶν· * εἴ τις * II. Ioh. 10.
ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν
οὐ φέρει, τούτῳ μηδὲ χαίρειν λέγετε· δι-
δαχὴν δὲ ποίαν, ἢ πάντως ἐκείνην ἣν παρ-
έδοσαν ἡμῖν οἱ ἀπ' ἀρχῆς αὐτόπται; λύ-
κοις ἐοίκασι τῶν αἱρέσεων οἱ προεστηκότες,
εἶτα πῶς εἰρηνεύσει πρὸς λύκον τὸ πρόβα-
τον; καὶ σκοτεινοὶ μὲν ἐκεῖνοι· ὁ θεὸς γάρ
φησι * τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐτύφλωσε τὰ νοή- * II. Cor. IV. 4.
ματα τῶν ἀπίστων· ἡμεῖς δὲ υἱοὶ φωτός· διηύ-
γασε γὰρ ἡμῖν ἡ διὰ τοῦ πνεύματος χάρις·
τίς οὖν κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; οὐκοῦν
ἀγαπήσωμεν τὴν πρὸς ἀδελφοὺς καὶ ὁμοπί-
στους εἰρήνην, παραιτώμεθα δὲ τὴν πρὸς ἐκεί-
νους· δῆλον γὰρ, ὅτι χρῆμα μὲν ἡ εἰρήνη
καλόν· ἀλλ' οὐ πᾶσα πάντως εἰρήνη τὸ
ἀκατάψεκτον ἔχει, ἀλλ' ἔστιν ἐπισφαλὴς
πολλάκις, καὶ τῆς εἰς θεὸν ἀγάπης ἀποκο-
μίζουσα· ἀλυσιτελὴς γὰρ ἡ πρὸς τοὺς ἑτερό-
φρονας εἰρήνη (1), κατά γε τὸ τὰ ἴσα ἐκεί-

(1) Notabile Cyrilli dictum de vitanda cum heterodoxis familiaritate, et religiosa indifferentia!

ιοις φρονεῖν· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τῆς ἐπὶ γῆς φίλτρων οἱ πιστοὶ ἀφίστανται, καὶ συγγενεῖς ἀγνοοῦσι, καὶ πατὴρ υἱοῦ φιλίαν ἀναναίνεται· καὶ υἱὸς πατρὸς τιμὴν ἀγνοεῖ· καὶ μήτηρ, θυγατρὸς φίλτρον ἀπώσατο· δεῖ γὰρ τοῖς ὑγιαίνουσι τὸν νοῦν, ἕπεσθαι τοὺς πεπλανημένους, καὶ οὐκ αὐτοῖς μᾶλλον τοὺς ὀρθὰ φρονεῖν αἱρουμένους· τοῦτο καὶ ἑτέρως ἡμῖν
* Matth. X. 37. ἔφη ὁ Χριστός· * ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ὁ φιλῶν υἱὸν ἢ θυγατέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· οὐκοῦν ὅταν εὐσεβείας ἕνεκα τῆς εἰς Χριστὸν, ἐπίγειον ἀρνήσῃ πατέρα, τότε πλουτήσεις πατέρα τὸν ἐν οὐρανοῖς· κἂν ἀφῇς ἀδελφὸν ἀτιμάζοντα Θεὸν, διὰ τὸ βούλεσθαι λατρεύειν αὐτῷ, παραδέξεταί σε Χριστὸς εἰς ἀδελφόν· δέδωκε γὰρ ἡμῖν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοῦτο· ἀπαγγελῶ γάρ φησι
* Ps. XXI. 23. τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· * γένος εὑρήσεις λαμπρὸν καὶ μέγα, τὴν τῶν ἁγίων πληθύν· ἔσῃ σὺν αὐτοῖς κληρονόμος τῶν παρ' αὐτοῦ χαρισμάτων.

v. 54. Ὅταν ἴδητε τὴν νεφέλην ἀνατέλλουσαν ἀπὸ δυσμῶν κ. τ. λ.

A. I. 187. B. I. 129. b. D. f. 52. b. Ἐπισημαίνονται τὰ τοιάδε τινὲς, καὶ ὡς ἐκ πολλῆς ἄγαν ἐπιτηρήσεως, προαπαγγέλλουσιν ὑετῶν καταδύσεις, ἢ σκληρῶν ἀνέμων ἐφόδους· πῶς οὖν, φησὶ, τὰ ἐν οὐρανῷ δοκιμάζοντες, τὰ ἐν γῇ γινόμενα σημεῖα οὐ βλέπετε; οὐ δὲ δοκιμάζετε τὸν
A. I. 187. καιρὸν ἐὰν ἦλθεν ὁ προσδοκώμενος; — Ἔδει τοίνυν τοὺς τὰ τῶν καιρῶν σημεῖα τεκμαιρομένους, καὶ τοὺς ἐσομένους ἔσθ' ὅτε χειμῶνας προαπαγγέλλοντες, καὶ τοῖς ἀναγκαίοις πράγμασιν ἰσχνὸν ἐπαφεῖναι τῆς διανοίας τὸν ὀφθαλμόν· καὶ ποῖα ταῦτα ἐστί; προκατέδειξεν ὁ νόμος τὸ Χριστοῦ μυστήριον, καὶ ὅτι πάντη τε καὶ πάντως ἐν ἐσχάτοις τοῦ αἰῶνος καιροῖς ἐπιλάμψειν ἔμελλε τοῖς ἐπὶ γῆς, καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας ὑπομεῖναι σφαγήν· καὶ γοῦν προστέταχε θύεσθαι τὸν ἀμνὸν εἰς τύπον αὐτοῦ, πρὸς ἑσπέραν καὶ ὑπὸ λύχνοις· ἔμελλε δὲ πάντως τοῖς μὲν εἰς αὐτὸν πιστεύσασιν, ἡ τῆς σωτηρίας ἀνευρύνεσθαι πύλη, καὶ πολλὴ πραγμάτων ὑπάρξειν εὐδία· καὶ γοῦν ἐν τῷ ᾄσματι τῶν ᾀσμάτων τὴν γραφομένην νύμφην,

Quam ob rem a terrenis quoque affectionibus fideles cavent, et cognatos ignorant, et pater filio amorem denegat, vicissimque filius honorem patri non exhibet, et caritatem erga filiam mater respuit. Oportet enim ut mente sanos imitentur ii qui errarunt, non autem ut his illi adhaereant qui recte sentiunt. Alio etiam loco nobis Christus dixit: qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus. Igitur cum verae erga Christum pietatis causa terrenum patrem negabis, tunc patrem in caelis adipisceris. Et si fratrem qui Deum non colit dimiseris, recipiet te in fratrem Christus. Namque hanc quoque praerogativam cum ceteris nobis contulit: narrabo enim, inquit, nomen tuum fratribus meis. Cognationem invenies grandem ac splendidam, sanctorum scilicet multitudinem. Fies cum illis charismatum Christi heres.

Cum videritis nubem orientem ab occasu etc.

Haec observant nonnulli, et tamquam ex diutina observatione praedicunt pluviarum inundationes, aut vehementium ventorum incursiones. Cur ergo, ait, qui caelestia aestimatis, ea quae in terris edita signa sunt non cernitis? neque exploratis an hoc tempore ille qui expectabatur advenerit? — Oportebat itaque eos qui ex temporum signis coniecturam faciebant, et futuras interdum tempestates praedicebant, necessariis quoque rebus acutum intendere mentis oculum. Quaenam porro hae res sunt? Portendit lex sacramentum Christi, et quod hic sine dubio extremis saeculi temporibus terrae incolis appariturus foret, et pro omnium salute necem passurus. Mandavit itaque agnum ceu illius typum immolari sub vesperam et accensis luminibus. Futurum autem erat ut in eum credentibus lata aperiretur salutis ianua, et multa rerum felicitas obveniret. Quamobrem illam in cantico canticorum descriptam sponsam, quae personam gerit ec-

clesiae, vocari a Christo comperimus et his verbis compellari: « surge, veni, proxima mea, columba pulchra mea; quia ecce hiems transiit, imber abiit et recessit, flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit. » Ergo, ut dixi, verna veluti serenitas oritura erat credentibus in eum.

Quod autem beati quoque prophetae multifariam nunciaverint Christi sacramentum, nemo dubitabit. Prorsus itaque oportebat, inquit, sapientes illos, et caeli terraeque aspectum cognoscendi gnaros, et futura spectandi; oportebat, inquit, futuras quoque post hanc vitam tempestates non nescire. Auster enim erit ac pluvia; nempe ignis poena, quia calidus auster est; et vehemens ac inevitabilis cruciatuum nimbus, imbris instar obnoxiis ingruens. Oportebat ergo, inquit, salutis tempus non ignorare. Erat autem id, Servatoris nostri adventus, cum quo perfectissima rectae fidei notitia introiit, illuxitque gratia impium iustificans. Neque id a lege peractum est, quae neminem perficiebat, utpote nihil aliud quam figuras et umbras habens; sed a fide potius in Christum, non sane abiiciente legem, sed eam per spiritalem cultum complente. Nescitis aestimare tempus? non ex verbis rem, non ex re verba coniicitis? Prodigia cernitis, videtis signa sermones confirmantia. Si haec nondum vos convincunt, persuadeant futurae calamitates, templi destructio, metropoleos expugnatio, gentis excidium. Ne haec quidem vos demum ad rei conscientiam adducunt?

Cum autem vadis cum adversario tuo ad principem etc.

Valde commodum exemplum est ei rei, cuius gratia adsumitur. Nam qui ante quam iudicium fiat, controversiam solvunt, prudentiores sunt, quandoquidem ipsi per se ius agnoscunt. Quod autem heic recte fit, idem alibi quoque laudabiliter agitur. Esto aliquis, inquit, subiectus homini in dignitate constituto, quicum controversiam ha-

ἤ τις καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας ἐπέχει πρόσωπον, καλῶν εὑρίσκεται Χριστὸς καὶ λέγων· * “ ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου περιστερά, ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν, ἐπορεύθη ἑαυτῷ, τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ, καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθασεν· „ οὐκοῦν ὡς ἔφην, ἐαρινή τις ὥσπερ εὐδία τοῖς πιστεύουσιν εἰς αὐτὸν ἀνίσχειν ἔμελλεν. * Cant. V. 2.

Ὅτι δὲ καὶ οἱ μακάριοι προφῆται πολυτρόπως διηγγέλκασι τὸ Χριστοῦ μυστήριον, οὐκ ἂν ἐνδοιάσει τίς· ἔδει δὴ οὖν ἔδει συνετοὺς ὄντας, φησὶ, καὶ τὸ πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς εἰδότας κατανοεῖν, καὶ πρὸς τὰ ἐσόμενα βλέπειν, καὶ τοὺς μετὰ τόνδε τὸν βίον χειμῶνας μὴ ἀγνοεῖν· νότος γὰρ ἔσται καὶ ὄμβρος· τουτέστιν ἡ διὰ πυρὸς κόλασις, θερμὸς γὰρ ὁ νότος καὶ δεινὴ καὶ ἄφυκτος τιμωριῶν καταφορὰ, ὑετοῦ δίκην κατεμπίπτουσα τῶν ἑαλωκότων· ἔδει τὸν τῆς σωτηρίας μὴ ἀγνοῆσαι καιρόν· τοῦτο δὲ ἦν, ὁ τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίας, καθ' ἣν ἡ τελειοτάτη γνῶσις τῆς εὐσεβείας εἰσβέβηκε· καθ' ἣν ἀνέλαμψεν ἡ χάρις δικαιοῦσα τὸν ἀσεβῆ· καὶ οὐ διά γε τοῦ νόμου, τετελείωκε γὰρ οὐδένα, τύπους ἔχων καὶ σκιὰς, διὰ πίστεως δὲ μᾶλλον τῆς ἐν Χριστῷ, οὐκ ἐκβαλλούσης τὸν νόμον, ἀποπεραινούσης δὲ αὐτὸν διὰ λατρείας πνευματικῆς· οὐ δοκιμάζετε τὸν καιρόν; οὐκ ἐκ τῶν λόγων τὰ πράγματα *; οὐκ ἐκ τῶν πραγμάτων τοὺς λόγους; βλέπετε θαύματα, καὶ ὁρᾶτε σημεῖα βεβαιοῦντα τοὺς λόγους· εἰ μὴ πείθει ὑμᾶς ταῦτα, πειθέτωσαν οἱ μέλλοντες ὑμᾶς καταλήψεσθαι πειρασμοὶ, τοῦ ναοῦ ἡ καθαίρεσις, τῆς μητροπόλεως ἡ ἅλωσις, ἡ διαφθορὰ τοῦ ἔθνους· οὐδὲ ταῦτα ὑμᾶς εἰς συναίσθησιν ἄγει;

* cod. σπέρματα.

Ὡς γὰρ ὑπάγεις μετὰ τοῦ ἀντιδίκου σου ἐπ' ἄρχοντα κ. τ. λ. v. 58.

Πάνυ χρήσιμον τὸ παράδειγμα πρὸς ὃ λαμβάνεται· οἱ γὰρ πρὸ δίκης διαλυόμενοι, φρονιμώτεροί εἰσιν, ἀφ' ἑαυτῶν τὸ δίκαιον ὁρῶντες· ὅπερ δὲ καλὸν ἐνταῦθα ποιεῖν, τοῦτο καλὸν δεῖ κἀκεῖ ποιῆσαι· ὑποκείσθω τίς φησι ἐφ' ἑνὸς τῶν τεταγμένων εἰς ἀρχὴν, αἰτίασίν τινα ποιησάμενος κατὰ σοῦ, εἶτα τοῖς ἀπάγουσιν ἐπὶ τὸ δικαστήριον ὑποδεί-

A. f. 187. b. B. f. 130. D. f. 52. b.

ξας, ἀποφέρεσθαι ποιεῖ· ἕως τοίνυν μετ' αὐτοῦ εἶ ἐν τῇ ὁδῷ, τουτέστι πρὶν ἀφικέσθαι πρὸς τὸν κριτὴν, δὸς ἐργασίαν, ἀντὶ τοῦ πᾶσαν θέσθαι μὴ ὀκνήσῃς σπουδὴν, ἵνα ἀπαλλαγῇς αὐτοῦ· εἰ δὲ μὴ τοῦτο γένοιτο, παραδώσει σε τῷ κριτῇ· εἶτα, ὅταν ἔνοχος τοῖς ὀφλήμασιν εὑρεθῇς, παραδοθήσῃ τῷ πράκτορι, τουτέστι τοῖς ἀπαιτηταῖς· κἀκεῖνοι σε κατακλείσαντες, ἀπαιτήσουσι καὶ τὸ ἔσχατον λεπτόν· οὐκοῦν ἔνοχοι μὲν πλημμελήμασι ἐσμὲν ἅπαντες οἱ ὄντες ἐπὶ τῆς γῆς· ἑκάστου γε μὴν ἀντίδικος καὶ κατήγορος, ὁ σατανᾶς· ἐχθρὸς γάρ ἐστι καὶ ἐκδικητής· ἕως τοίνυν ἐσμὲν ἐν τῇ ὁδῷ, τουτέστιν ἕως οὔπω πρὸς τὸ τῆς ἐνθάδε ζωῆς κατηντήσαμεν τέλος, ἀπαλλαγῶμεν αὐτοῦ· λύσωμεν τὰς κατ' ἑαυτῶν αἰτίας· τὴν διὰ Χριστοῦ χάριν ἁρπάσωμεν, ἐλευθεροῦσαν ἡμᾶς παντὸς ὀφλήματος, καὶ δίκης ἔξω τιθεῖσαν, κολάσεώς τε καὶ φόβου· μὴ ἄρα πως ἀναπόνιπτον ἐσχηκότας τὸν μολυσμὸν. ἀπενεχθῶμεν πρὸς τὸν κριτὴν, καὶ παραδοθῶμεν τοῖς πράκτορσιν, ἤτοι τοῖς κολασταῖς, ὧν οὐκ ἄν τις διαφύγοι τὸ ἀπηνές· ἀπαιτηθήσεται δὲ μᾶλλον τὰς ἐπὶ παντὶ πλημμελήματι δίκας μικρῷ καὶ μεγάλῳ· τούτων ἔσονται μακρὰν οἱ τὸν τῆς Χριστοῦ παρουσίας καιρὸν δοκιμάζοντες, καὶ τὸ ἐπ' αὐτῷ μυστήριον οὐκ ἠγνοηκότες.

bens, ab eo iubeatur satellitum opera in iudicium adduci. Quamdiu igitur cum ipso in via es, nimirum ante quam iudici praesenteris, da operam, id est omni studio cura, ut ab illo te expedias. Secus enim tradet te iudici. Deinde quum alieno oppressus aere compertus fueris, tradêris quaestori, id est exactoribus: atque hi te carcere concludentes, ad ultimum usque quadrantem exigent. Re vera obstricti criminibus omnes sumus quotquot in orbe terrarum vivimus. Uniuscuiusque est adversarius et accusator Satanas: est enim hic inimicus et vindex. Quamdiu itaque in via sumus, id est quamdiu ad praesentis vitae finem non devenimus, a Satana abscedamus; crimina nostra purgemus; Christi gratiam arripiamus quae nos omni debito liberet, et extra animadversionem poenamque ac metum constituat. Ne forte, inquinamento non absterso, ad iudicem pertrahamur, exactoribus seu carnificibus tradamur, quorum nemo saevitiam effugere poterit, sed omnis potius culpae, parvae simul ac magnae, poenas dabit. His procul ii aberunt, qui Christi advenientis tempus aestimabunt, eiusque sacramentum non ignoraverint.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

v. 1. Ἀπαγγέλλοντες αὐτῷ περὶ τῶν Γαλιλαίων κ. τ. λ.

A. f. 188. C. f. 136. D. f. 53. Ἐοίκασιν οἱ Γαλιλαῖοι κατὰ τοὺς χρόνους
Πιλάτου ἐστασιακέναι, δόγμασιν ἑπόμενοι
Ἰούδα τοῦ γαλιλαίου, οὗ καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς
* Act. V. 37. πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἐμνήσθη· * ἦν δὲ τὸ
δόγμα τοῦ Ἰούδα, ὡς καὶ Ἰώσηπος ἐν τοῖς
τελευταίοις τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας ἔδει-
* Antiq. iud. XVIII. 1. XX. 4. ξε *, φαντασίαν ἐξαποστέλλον πολλὴν δι'
εὐσέβειαν εὐτονίας· κύριον γὰρ μὴ δὲ μέχρι στόματος ἔφασκε δεῖν τινα λέγειν, μηδὲ κατά τινα τιμὴν καὶ φιλοφροσύνην· οὕτω δὲ μὴ δὲ τὸν βασιλεύοντα· καὶ πολλοί γε αὐτῶν περὶ τοῦ μὴ εἰπεῖν Καίσαρα κύριον, χαλεπωτάτας αἰκίας ὑπέμειναν· οἳ καὶ ἐδίδασκον μὴ δεῖν παρὰ τὰς διατεταγμένας ἐν τῷ Μωϋσέως νόμῳ θυσίας, ἑτέρας ἀναφέρεσθαι τῷ θεῷ·

Cap. XIII.

Nuntiantes illi de Galilaeis etc.

Videntur Galilaei sub praeside Pilato seditionem fecisse, dogmata sectantes Iudae galilaei, cuius etiam Lucas in apostolorum actibus meminit. Iudae autem dogma, sicut etiam Iosephus postremis antiquitatum iudaicarum libris narrat, magnam prae se ferebat exactae religionis speciem. Neminem enim ne oretenus quidem dicendum esse dominum aiebat, ne honoris quidem vel urbanitatis gratia; adeoque nec ipsum regem. Multique eorum propterea quod Caesarem nollent dominum appellare, acerbissimos cruciatus pertulerunt. Iidem docebant, praeter praescripta in Moysis lege sacrificia, nulla Deo offe-

renda: ideoque illa vetabant fieri quae seniores populi pro imperatoris ac romanae gentis salute indixerant. Credibile est itaque iratum Galilaeis Pilatum iussisse ut inter ipsa quae iuxta legem putabant se facere sacrificia, iidem occiderentur; ita ut tunc cum oblatis hostiis misceretur offerentium sanguis. Haec igitur, quia pro religione facta videbantur, nunciabant Servatori, volentes quid ipse iudicaret, cognoscere. Ipse autem, quum partim saltem de turba existimarent, illos debita meritis passos, cum ob seditionem commotam occisi fuissent, et quia dominantium iram contra subditos concitaverant; peccatores illos quidem adfirmat fuisse Servator; neque tamen idcirco sic passos ait, quasi non passis peiores fuerint. Tum praeterea, quasi ex dictis captata occasione, deterrens a civili seditione, religionis praetextu concitanda, principes populi; nisi paenitentiam, inquit, egeritis, id est nisi rebellando, et regnantibus resistendo abstiteritis, quod contra Dei voluntatem facitis, omnes similiter peribitis, vesterque sanguis sacrificiis vestris miscebitur. Deinde turris Siloë exemplum addit, eo nimirum totius urbis casum significans: etenim ansam veluti capiens ex illis duodeviginti hominibus, in quos turris decidit, innuit partem hanc initium esse totius urbis. Non enim hi duodeviginti, inquit, ceu rei periere soli, sed et universa civitas paulo post, eandem cladem patietur.

διόπερ ἐκώλυον τὰς ὑπὸ τῆς γερουσίας τοῦ λαοῦ παραδεδομένας γίνεσθαι περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ βασιλέως καὶ τῶν Ῥωμαίων ἔθνους· εἰκὸς οὖν ἐπὶ τούτοις ἀγανακτοῦντα πρὸς Γαλιλαίους τὸν Πιλάτον, κελεῦσαι παρ' αὐταῖς αἷς ἐδόκουν κατὰ τὸν νόμον προσφέρειν θυσίαις, αὐτοὺς ἀναιρεθῆναι· ὡς τότε ἀναμιχθῆναι ταῖς προσφερομέναις θυσίαις, τὸ αἷμα τῶν προσαγόντων· ταῦτα οὖν ἐπείπερ ἐδόκει ὑπὲρ εὐσεβείας γίνεσθαι, ἀπήγγελλον τῷ σωτῆρι, βουλόμενοι τὸ ἐπὶ τούτοις ἀρέσκον αὐτῷ μαθεῖν· ὁ δὲ, οἰομένων τῶν ἐκ τοῦ λαοῦ δικαιότατα κατὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν πεπονθέναι ταῦτα, ἀναιρεθέντας, ἅτε στάσιν κινήσαντας τῷ λαῷ, καὶ ἐπὶ τὸ μισεῖν ἐρεθίσαντας ἄρχοντας κατὰ τῶν ὑπηκόων, τὸ μὲν εἶναι αὐτοὺς ἁμαρτωλοὺς, τίθησιν· οὐ μὴν φησι ταῦτα αὐτοὺς πεπονθέναι, ὡς τῶν μὴ πεπονθότων χείρονας· εἶτ' ἐπὶ τούτοις φησὶν, ὅσον ἐπὶ τῷ ῥητῷ ἀποβλέπων τῆς ἐμφυλίου στάσεως, προφάσει εὐσεβείας ἀναπτομένης, αὐτοὺς ὑπὲρ τοῦ λαοῦ, τὸ ἐὰν μὴ μετανοήσητε, τουτέστιν ἐὰν μὴ μεταβάλησθε τοῦ στασιάζειν καὶ ἀνθίστασθαι τοῖς ἄρχουσιν, ὅπερ οὐ κατὰ βούλημα ποιεῖτε θεοῦ, πάντες ὁμοίως ἀπολεῖσθε, καὶ τὸ ὑμέτερον αἷμα ταῖς ὑμετέραις θυσίαις ἀναμιχθήσεται. Εἶτα τὸ τοῦ πύργου ὑπόδειγμα τοῦ ἐν τῷ Σιλωὰμ ἐπάγει, διὰ τούτου πάσης τῆς πόλεως τὴν πτῶσιν δηλῶν· ὡς ἐκ τῆς προφάσεως γὰρ τῶν δεκαοκτὼ, ἐφ' οὓς ὁ πύργος ἔπεσεν, αἰνίττεται ὅτι τὸ μέρος προοίμιον ἐστὶ πάσης τῆς πόλεως· οὐ γὰρ δή φησι οἱ ιη' ὡς ὑπαίτιοι ὄντες ἀπώλοντο μόνοι, ἀλλὰ καὶ πᾶσα ἡ πόλις τὰ αὐτὰ πείσεται μικρὸν ὕστερον.

Dixit autem cultori vineae etc. Et respondens dicit illi: domine, dimitte eam etc.

Εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν κ. τ. λ. Καὶ ἀποκριθεὶς λέγει αὐτῷ· κύριε, ἄφες αὐτὴν κ. τ. λ. v. 7. 8.

Si quis itaque dicere velit, angelum esse a Deo constitutum custodem synagogae Iudaeorum, haud procul probabili sententia aberrabit. Meminimus enim prophetae Zachariae scribentis, stetisse unum de sanctis angelis, preces pro urbe Hierusalem offerentem, dicentemque: Domine omnipotens, usquequo Hierusalem non misereberis, et civitatum Iudae quas abhinc septuaginta annis aspernaris? In exodo quo-

Εἰ μὲν οὖν τίς βούλοιτο λέγειν, ἄγγελον εἶναι τὸν παρὰ θεοῦ ταχθέντα προεστάναι τῆς A. f. 189. b.
Ἰουδαίων συναγωγῆς, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τοῦ πρέποντος· μεμνήμεθα γὰρ τοῦ προφήτου Ζαχαρίου γεγραφότος *, ὅτι εἱστήκει τίς τῶν ἁγίων ἀγγέλων, τὰς ὑπὲρ τῆς Ἱερουσαλὴμ ἀναφέρων λιτάς· καὶ λέγων, κύριε παντοκράτορ, ἕως τίνος οὐ μὴ ἐλεήσῃς τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς πόλεις Ἰούδα ἃς ὑπερεῖδες τοῦτο ἑβδομηκοστὸν ἔτος; γέγραπται δὲ καὶ ἐν τῇ ἐξόδῳ *

* Zach. I. 12.

* Exod. XIV. 20.

ὡς καταδιώκοντος τὸν ἐξ Ἰσραὴλ ὁμοίως
τοῖς ἰδίοις ὑπασπισταῖς τοῦ τῆς Αἰγυπτίων
ἐξάρχοντος γῆς, εἶτα μέλλοντος συμπλέ-
κεσθαι πρὸς μάχην αὐτοῖς, ἔστη ἄγγελος θεοῦ
ἀνὰ μέσον τῆς παρεμβολῆς τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ,
καὶ ἀνὰ μέσον τῶν Αἰγυπτίων, καὶ οὐ συνέμιξαν
ἀλλήλοις ὅλην τὴν νύκτα· ἔστι τοίνυν τὸ ἀπει-
κὸς οὐδέν. κἀνθάδε νοεῖν τὸν προεστηκότα τῆς
συναγωγῆς ἄγγελον, ἀνατεῖναι ὑπὲρ αὐτῆς
τὰς ἱκετηρίας· εἰ δὲ δή τις λέγοι τὸν υἱὸν εἶναι
τὸν γηπόνον, ἔχοι ἂν καὶ τοῦτο τοῖς καθήκουσι
λογισμοῖς οὐκ ἀπεοικότα λόγον· παράκλη-
τος γὰρ ἡμῶν ἐστὶ πρὸς τὸν πατέρα, ἱλαστή-
ριόν τε καὶ γεωργὸς τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· καὶ
* Matth. XIII. 3. γοῦν αὐτὸς ἔφη περὶ ἑαυτοῦ· * ἐξῆλθεν ὁ
σπείρων τοῦ σπεῖραι τὸν σπόρον αὐτοῦ· ἀδική-
σει δὲ τοῦτο εἰς δόξαν οὐδὲν τὸν υἱόν, τὸ περι-
κεῖσθαι φημὶ τοῦ γηπόνου τὸ πρόσωπον· εὑρί-
σκεται γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ πατὴρ τοῦτο λαβών,
μῶμον οὐδένα ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὑπο-
μείνας πώποτε· ἔφη γὰρ ὁ υἱὸς τοῖς ἁγίοις
* Ioh. XV. 5. ἀποστόλοις· * ἐγώ εἰμι ἡ ἄμπελος· ὑμεῖς τὰ
κλήματα· ὁ πατήρ μου, ὁ γεωργός ἐστι· πρὸς
ἕκαστα γὰρ τῶν προκειμένων θεωρημάτων
ἔσθ' ὅτε καὶ ἡ τοῦ λόγου γίνεται διεκβολή.

A. f. 189. b. Ὅτι δὲ ἔμελλε τὴν ἐκβολὴν ὑπομένειν ὁ
Ἰσραὴλ διὰ πολλὴν ἀκαρπίαν, ὑπεσήμαι-
* Luc. III. 9. νέ πως καὶ ὁ μακάριος Βαπτιστής, λέγων· *
ἤδη δὲ ἡ ἀξίνη πρὸς τὴν ῥίζαν τῶν δένδρων κεῖ-
ται, καὶ τὰ ἑξῆς· ἔοικε τοίνυν συκῇ παρα-
βάλλειν τὴν τῶν Ἰουδαίων συναγωγήν, ὅτι καὶ
ἑτέροις αὐτὴν παραβάλλει φυτοῖς τὸ γράμμα
τὸ ἱερόν, ἀμπέλῳ φημὶ καὶ ἐλαίᾳ καὶ δρυμοῖς·
καὶ γοῦν ὁ προφήτης Ἱερεμίας (1) ποτὲ μὲν
* Os. X. 1. περὶ αὐτῆς φησὶν *, ἤτοι τῶν ἐν αὐτῇ. ἄμπε-
λος εὐκληματοῦσα Ἰσραήλ· ποτὲ δὲ πάλιν
* Hier. XI. 16. ὡς πρὸς αὐτήν· * ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον
τῷ εἴδει, ἐκάλεσε κύριος τὸ ὄνομά σου· εἰς
καιρὸν περιτομῆς αὐτῆς ἀνήφθη πῦρ ἐπ' αὐ-
τήν· μεγάλη ἡ θλίψις ἐπ' αὐτήν, ἠχρειώθη-
σαν οἱ κλάδοι αὐτῆς· ἕτερος δὲ τῶν προφητῶν,
Λιβάνῳ τῷ ὄρει παρεικάζων αὐτήν, οὕτω
* Zach. XI. 1. φησί· * διάνοιξον ὁ Λίβανος τὰς θύρας σου,
καὶ καταφαγέτω πῦρ τὰς κέδρους σου· δεδα-

que scribitur, quod persequente Israhelitas cum suis clypeatis dominatore terrae Aegyptiorum, iamque proelium cum illis conserturo, constitit angelus Dei, medius inter castra Israhelitarum atque Aegyptiorum, atque ita non sunt invicem commixti tota nocte. Nullatenus est ergo incongruum heic quoque cogitare, custodem synagogae angelum preces pro ipsa obtulisse. Quod si quis dicat ipsum Filium, personam agricolae gerere, ne haec quidem sententia idoneo ratiocinio carebit. Est enim pro nobis advocatus apud patrem, propitiator atque agricola animarum nostrarum. Nam et ipse de semet dixit: exiit qui seminat seminare semen suum. Neque hoc ullam Filii maiestati iniuriam faciet, quod nempe agricolae personam induat. Nam et ipsum Patrem formam hanc adsumpsisse comperimus, nullam propterea huius rei causa passum vituperationem. Dixit enim sanctis apostolis Filius: ego sum vitis, vos palmites, Pater meus agricola est. Unicuique enim dictorum sensuum quadrare interdum hic sermo potest.

Quod autem Israhel repudium denique passurus foret, propter multam suam sterilitatem, innuit aliquando etiam beatus Baptista dicens: iam securis ad radicem arborum posita est, et reliqua. Videtur ergo ficulneae comparare Iudaeorum synagogam, quandoquidem et aliis illam comparant arboribus sacrae litterae, viti nimirum oleae et saltibus. Ecce enim propheta Hieremias modo de ipsa, id est membris eius, ait: vitis frondosa Israhel. Modo rursus ad ipsam: oleam pulchram, specie umbrosa, vocavit Dominus nomen tuum. Tempore putationis eius accensus est ignis adversus eam: magna clades eius, inutiles facti sunt palmites ipsius. Alius vero propheta Libano monti eam comparans sic ait: aperi Libane fores tuas, et comedat ignis cedros tuas. Revera enim consumptus fuit

(1) Immo hoc primo loco Oseas est, non Hieremias.

igne saltus Hierusalem, id est eius populus. Quamobrem sumitur, ut dixi, ad synagogae Iudaeorum, sive filiorum Israhelis, imaginem, ea quae in hac parabola proposita fuit ficulnea. Venit autem, pergit dicere scriptura, quaerens fructum, et non invenit. Et quidem ter venit, primo per Moysem et Aaronem; iterum Iosuae filii Navi et mox Iudicum aetate; tertio post istos, temporis tractu illo quo extiterunt beati prophetae usque ad Iohannem Baptistam. His temporibus infructuosus Israhel fuit. Nam quod adtinet ad Dei patris beneplacitum, simulque filii, minime acceptus erat utpote typicus et umbratilis cultus, infructuosus omnino quod ad spiritalem adtinet bonum odorem. Quapropter et reiectus est. Atque hoc nos docebit dicens ipse Servator caelesti patri Deo: sacrificium et oblationem noluisti, holocausta pro peccatis non tibi placuere. Et Isaiae ore: quis enim exquisivit haec de manibus vestris? calcare aulam meam non pergetis. Si adferetis similam, vanus est suffitus, abominatio mihi est. Porro quod Deus odit atque abominatur, quomodo existimabitur animae fructus intellectualis et spiritalis, et ipsi acceptus?

Ecce mulier quae habebat spiritum infirmitatis annis decem et octo (1).

Intererat autem synagogae mulier iam duodecim annis morbo curvata. Non mediocriter hoc quoque prodest sensatis; oportet enim nos quicquid utile est, undique colligere. Possumus enim hinc cognoscere, potestatem saepe Satanam accipere adversus aliquos, peccatores videlicet, et qui ad religionis cultum segnes se praebuerunt. Quos autem corripuerit, hos tradit corporalibus interdum morbis utpote carnifex et crudelis. Dat autem illi providentissime hanc facultatem omnituens Deus, ut calamitatis pondere impulsi, ad

πάνηται γὰρ ὡς ὑπὸ πυρὸς, ὁ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις δρυμὸς, τουτέστιν ὁ ἐν αὐτῇ δῆμος· οὐκοῦν εἰς εἰκόνα δέχεται τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς, ὡς ἔφην, ἤγουν τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, τὴν ἐν τῇ παραβολῇ λεγομένην συκῆν· ἦλθε δέ φησι ζητῶν καρπὸν, καὶ οὐχ εὗρε· τοῦτο τρίτον ἦλθε· τὸ πρῶτον, διὰ Μωϋσέως καὶ Ἀαρών· δεύτερον, καθ᾽ ὃν ἦν Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, καὶ μετ᾽ αὐτὸν οἱ κριταί· τρίτον δὲ μετὰ τούτους, καθ᾽ ὃν γεγόνασιν οἱ μακάριοι προφῆται μέχρις Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ· ἐν τούτοις γέγονε τοῖς καιροῖς ἄκαρπος ὁ Ἰσραήλ· ὅσον γὰρ ἧκεν εἰς τὸ ἀγαθὸν θέλημα τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, δῆλον δὲ ὅτι καὶ τοῦ υἱοῦ, ἀπαράδεκτος ἦν ὡς ἐν σκιαῖς καὶ τύποις λατρεία, ἄκαρπος παντελῶς τό γε ἧκον εἰς πνευματικὴν εὐοσμίαν· γέγονεν οὖν καὶ ἀπόβλητος· καὶ τοῦτο διδάξει λέγων αὐτὸς ὁ σωτὴρ πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα καὶ θεόν· * θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, * Ps. XXXIX. 7.
ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας, οὐκ εὐδόκησας· καὶ διὰ Ἡσαΐου· * τίς γὰρ ἐξεζήτησε * Is. I. 12.
ταῦτα ἐκ τῶν χειρῶν ὑμῶν; πατεῖν τὴν αὐλήν μου οὐ προσθήσεσθε· ἐὰν φέρητε σημίδαλιν, μάταιον θυμίαμα, βδέλυγμά μοι ἐστίν· ὃ δὴ μισεῖ καὶ βδελύσσεται θεὸς, πῶς ἂν νοηθείη καρπὸς εἶναι ψυχῆς νοητὸς καὶ πνευματικὸς καὶ εὐπαράδεκτος αὐτῷ;

Ἰδοὺ γυνὴ ἦν, πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας ἔτη δέκα καὶ ὀκτώ. v. 11.

Ἦν δὲ ἐν τῇ συναγωγῇ γυνὴ ὀκτωκαίδεκα ἔτη ἐξ ἀσθενείας συγκύπτουσα· ὀνίνησιν οὐ μετρίως τοὺς εὖ φρονοῦντας, καὶ τοῦτο· δεῖ γὰρ ἡμᾶς πανταχόθεν τὸ χρήσιμον ἐρανίζεσθαι· ἔξεστι δὴ οὖν ἐντεῦθεν ἰδεῖν, ὅτι δέχεται πολλάκις τὴν κατά τινων ἐξουσίαν ὁ σατανᾶς, πλημμελούντων δηλονότι, καὶ τῶν εἰς εὐσέβειαν σπουδασμάτων ἀνθῃρημένων τὸ ῥᾴθυμον· οὓς δ᾽ ἂν λάβοι, τοιούτους ἐνίησιν ἀῤῥωστήμασιν ἔσθ᾽ ὅτε σωματικοῖς, κολαστὴς ὑπάρχων καὶ ἀπηνής· δίδωσι δὲ χώραν αὐτῷ πρὸς τοῦτο οἰκονομικώτατα λίαν ὁ παντεπόπτης θεὸς, ἵνα τῷ τῆς δυσπραγίας

A. I. 190. B. f. 133.

(1) Ante hunc textum in catena lat. D. Thomae sic. « Cyrillus. Ad expugnationem autem corruptionis et mortis, et invidiae diaboli contra nos, prodiit incarnatio Verbi; et hoc apparet ex ipsis eventibus; sequitur enim: et ecce mulier quae etc. »

βάρει κατηχθισμένοι, μεταφοιτᾷν ἕλοιντο πρὸς τὰ βελτίω· καὶ γοῦν ὁ σοφώτατος Παῦλος *, ἐν Κορίνθῳ τινὰ διαβεβλημένον ἐπὶ πορνείᾳ, παραδέδωκε τῷ σατανᾷ εἰς ὄλεθρον τῆς σαρκὸς, ἵνα τὸ πνεῦμα σωθῇ· οὐκοῦν ἡ συγκεκυφυῖα γυνὴ τοῦτο λέγεται παθεῖν ἐξ ἀγριότητος διαβολικῆς· ἤτοι, καθάπερ ἔφην, παρεωραμένη παρὰ θεοῦ δι᾽ οἰκεῖα πταίσματα, ἢ γοῦν τῷ καθ᾽ ὅλου λόγῳ καὶ γενικῷ· παραίτιος γὰρ τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασι τοῦ νοσεῖν ὁ ἀλιτήριος γέγονε σατανᾶς, ὅτι καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὴν παράβασιν τὴν ἐν Ἀδὰμ ἠρτύσθαι φαμὲν, δι᾽ ἧς εἰς ἀσθένειαν καὶ φθορὰν, τὰ τῶν ἀνθρώπων κατεκομίσθη σώματα· πλὴν ὄντων τῶν ἀνθρώπων ἐν τούτοις, οὐ παρεῖδεν ἡμᾶς ἀγαθὸς ὢν φύσει θεὸς, μακρᾷ δὴ καὶ ἀφύκτῳ κεκολασμένους νόσῳ συγκάμνοντας, καὶ ἀπήλλαττε τῶν δεσμῶν, λυτικὴν τῶν ἀνθρωπίνων παθῶν ἀποφαίνων εὖ μάλα τὴν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ παρουσίαν τε καὶ ἀνάδειξιν αὐτοῦ· ἀφίκετο γὰρ ἐκμορφώσων τὰ καθ᾽ ἡμᾶς πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς· ὁ γὰρ θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησε, κατὰ τὸ γεγραμμένον· * οὐδὲ τέρπεται ἐπ᾽ ἀπωλείᾳ ζώντων· ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα· καὶ σωτήριοι αἱ γενέσεις τοῦ κόσμου, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς φάρμακον ὀλέθρου· φθόνῳ δὲ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον.

* I. Cor. V. 5.

* Sap. I. 13.

v. 12. A. f. 190. b. — Ἐπ᾽ ἀναστροφῇ θανάτου καὶ φθορᾶς καὶ φθόνου τοῦ καθ᾽ ἡμῶν γεγονότος παρὰ τοῦ πονηροῦ καὶ ἀρχεκάκου δράκοντος, ἡ τοῦ λόγου γέγονε σάρκωσις, ἤγουν ἐνανθρώπησις· καὶ τοῦτο σαφῶς ἡμῖν, δι᾽ αὐτῶν ἐκφαίνεται τῶν πραγμάτων· ἠλευθέρου τοίνυν τὴν Ἀβραὰμ θυγατέρα, τῆς οὕτω μακρᾶς ἀῤῥωστίας, ἐπιφωνῶν τε καὶ λέγων· γύναι, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας σου· θεοπρεπεστάτη λίαν ἡ φωνὴ, ἐξουσίας γέμουσα τῆς ἀνωτάτω· νεύματι γὰρ βασιλικῷ τὴν νόσον ἐλαύνει· προσεπιτίθησι δὲ καὶ χεῖρας αὐτῇ· καὶ ἀνωρθώθη φησὶ παραχρῆμα· ἔξεστι δὴ οὖν κἀντεῦθεν ἰδεῖν, ὅτι τὴν τοῦ θεοῦ δύναμίν τε καὶ ἐνέργειαν ἡ ἁγία πεφόρηκε σάρξ· ἰδία γὰρ ἦν αὐτοῦ, καὶ οὐχ᾽ ἑτέρου τινὸς παρ᾽ αὐτὸν ὄντος υἱοῦ καταμόνας καὶ ἰδικῶς, κατά γε τὸ τισὶν ἀνοσιώτατα δοκοῦν (1).

meliora transgredi velint. Quare et sapientissimus Paulus hominem quemdam Corinthi de fornicatione accusatum, tradidit Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fieret. Ergo gibbosa mulier id dicitur passa a saevitia diaboli; vel, ut dixi, ita Deo permittente ob eius peccata; vel etiam generali aliqua ratione et communi. Ceteroqui causa esse solet morborum humanis corporibus maleficus Satanas: namque illam quoque transgressionem in Adamo, structam ab eo dicimus, ex qua in infirmitatem atque corruptelam corpora hominum deciderunt. Verumtamen quum ita homines se haberent, haud nos languentes neglexit bonus suapte natura Deus, longo videlicet et insanabili percussos morbo, sed his vinculis absolvit, suo in hunc mundum adventu et ostensione, commodissimam humanis malis medicinam faciens. Venit enim ut naturam nostram in antiquam formam reponeret. Nam Deus mortem non fecit, uti scriptum est; neque viventium interitu laetatur, quia cuncta ut permanerent creavit. Sana quippe fuere mundi principia, neque iis exitii venenum inerat; sed invidia diaboli mors in mundum introiit. — Ob destruendam mortem, corruptelam, et improbi malorumque auctoris serpentis invidiam, Verbi facta est incarnatio sive humanatio; idque nobis manifeste factis ipsis apparet. Liberavit itaque Abrahae filiam tam diutina infirmitate, elata voce inclamans: mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Convenientissima Deo vox, supernaeque potentiae plena! nam regali nutu morbum proterret. Manus quoque ei imponit; illa autem, inquit scriptura, confestim erecta est. Ergo hinc quoque cognoscere licet, Dei virtute atque efficacia sanctam carnem fuisse praeditam. Erat enim caro ipsius Verbi propria, et non alterius ab eo diversi separatique et distincti filii, sicuti nonnulli irreligiosissime censent.

(1) Contra Nestorianos haec dici, manifestum est.

Respondens autem archisynagogus, indignans quia sabbato curasset Iesus etc.

Atqui cur non magis oportebat mirari Christum, qui ea ligatura filiam Abrahae liberaverat? Vidisti hanc praeter omnium expectationem morbo resolutam. Haud vidisti orantem medicum, neque ut precum fructum ab alio accipientem infirmae sanationem, sed potestativum opus facientem. Quum sis archisynagogus, profecto nosti Moysis historiam: nosti hunc saepissime orasse, nihilque omnino propria virtute effecisse. Nam et quum leprosa facta esset Maria, propterea quod leve quid dixerat improbandi causa, et quidem vere; uxorem enim, ait, aethiopissam duxit; non tamen Moyses illo morbo potentior fuit, sed Deo supplicans ait: rogo te, Deus, ut illam sanitati restituas. Neque idcirco, eo licet supplicante, remissa est Mariae peccati poena. Unusquisque vero propheta, quicquid omnino operaretur, cum Dei virtute id egisse conspicitur. Nunc mecum animadverte servatorem omnium Christum, haud preces fundere, sed suae virtuti efficaciam operis attribuere, dum voce sanat manusque contactu. Nam quum et dominus sit et Deus, aequipollentem sibi, ad morborum depulsionem, propriam carnem demonstrat. Oportuisset itaque hinc demum mysterii, quod in eo latebat, vim cognoscere. Si ergo ingeniosus fuisset archisynagogus, intellexisset utique quis quantusque esset Servator, tam insperato prodigio edito; neque more vulgi locutus esset; neque sanantibus exprobrasset legis transgressionem, id est otiandi in sabbato statutam traditionem. Atqui sanare aliquem, inquis, opera est. Sed quisnam laedi legem putet, si forte Deus etiam sabbato misericors fuerit? Cuinam praecepit otiari in sabbato, sibi ne potius an tibi? Si ipsi sibi, ne ergo res nostras sabbato regat: cesset solis cursus, pluviae non decidant, stent aquarum fontes et fluminum perennium fluxus, ventorumque opportunitates.

Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος, ἀγανακτῶν ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς κ. τ. λ. v. 14.

Καί τοι πῶς οὐκ ἔδει μᾶλλον θαυμάσαι Χριστὸν ἀπολύσαντα τῶν δεσμῶν τὴν Ἀβραὰμ θυγατέρα; A. f. 190. b. εἶδες αὐτὴν παραδόξως τοῦ πάθους ἀπηλλαγμένην· οὐκ εἶδες εὐχόμενον τὸν ἰατρὸν, οὐχ᾽ ὡς αἴτημα παρ᾽ ἑτέρου λαβόντα τῆς καμνούσης τὴν ἴασιν, ἀλλ᾽ ἐξουσίας ἔργον ἀποτελέσαντα· ἀρχισυνάγωγος ὢν, τὰ Μωϋσέως οἶσθά που γράμματα· εἶδες αὐτὸν εὐχόμενον πλεισταχοῦ, καὶ ἐξ ἰδίας δυνάμεως οὐδὲν ἐνεργήσαντα παντελῶς· καὶ γοῦν λεπρωθείσης τῆς Μαριὰμ * διὰ τὸ εἰπεῖν τί μόνον κατ᾽ αὐ- * Num. XII. 10.
τοῦ ἐν καταγνώσεως μέρει, καὶ τοῦτο ἀληθές· γυναῖκα γάρ, φησιν, αἰθιόπισσαν ἔλαβεν ἑαυτῷ· οὐ γέγονε κρείττων τοῦ κακοῦ, προσέπιπτε δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ λέγων· ὁ θεὸς, δέομαί σου, ἴασαι αὐτήν· καὶ ὅμως οὐδὲ ἱκετεύοντος συνεχωρήθη αὐτῇ τῆς ἁμαρτίας τὸ ἐπιτίμιον· καὶ ἕκαστος δὲ τῶν ἁγίων προφητῶν, εἴ που τί καὶ ἐνήργηκεν ὅλως, ἐν δυνάμει θεοῦ τοῦτο ποιήσας ὁρᾶται· ἐνταῦθα δέ μοι βλέπε τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν, οὐκ εὐχὴν ἀνατείνεσθαι, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει ἀνατεθεικότα τοῦ πράγματος τὴν κατόρθωσιν, φωνῇ θεραπεύοντα, καὶ χειρὸς ἁφῇ· κύριος γὰρ ὢν καὶ θεὸς, ἰσοδυναμοῦσαν ἑαυτῷ, πρός γε τὸ δύνασθαι φημὶ νοσημάτων ἐλευθεροῦν, τὴν ἰδίαν ἀπέφηνε σάρκα· ἔδει δὲ οὖν ἐντεῦθεν συνεῖναι λοιπὸν τοῦ κατ᾽ αὐτὸν μυστηρίου τὴν
δύναμιν· οὐκοῦν εἴπερ τις ἦν ἀγχίνους ὁ ἀρ- B. f. 134.
χισυνάγωγος, ἐνενόησεν ἂν τίς τε καὶ ὅσος ἐστὶν ὁ σωτὴρ, ἐκ τῆς οὕτω παραδόξου θεοσημείας, καὶ μὴ ταυτὰ λέγειν τοῖς ὄχλοις, μὴ δὲ τοῖς θεραπευομένοις ἐγκαλεῖν τοῦ νόμου τὴν λύσιν, τῆς κατὰ τὸ σάββατον ἀργίας τὴν παράδοσιν· ἐργάσασθαι γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ θεραπεύεσθαι· ἀδικεῖται δὲ νόμος, θεοῦ κατοικτείροντος καὶ ἐν ἡμέρᾳ σαββάτου; τίνι προστέταχεν ἀργεῖν ἐν σαββάτῳ; ἑαυτῷ μᾶλλον, ἢ σοί; εἰ μὲν οὖν ἑαυτῷ, μὴ διοικείτω τὰ καθ᾽ ἡμᾶς ἐν σαββάτῳ· ἀργείτω καὶ ὁ τοῦ ἡλίου δρόμος, μὴ πιπτέτωσαν ὑετοὶ, στήτωσαν αἱ τῶν ὑδάτων πηγαὶ, καὶ ποταμῶν

ἀεννάων φοραὶ, καὶ ἀνέμων χεῖαι· εἰ δέ σοι προςέταχεν ἀργεῖν, μὴ ἐγκάλει Θεῷ, τὸ καὶ ἐν σαββάτῳ διδόναί τισι μετ' ἐξουσίας τὸ ἔλεον· διὰ τί δὲ ὅλως καὶ ἀργεῖν ἐκέλευσεν ἐν σαββάτῳ; ἵνα, φησὶ, ἀναπαύσηται ὁ παῖς σου, καὶ ὁ βοῦς σου, καὶ τὸ ὑποζύγιόν σου, καὶ πᾶν κτῆνος σου· ὅταν οὖν ἀναπαύσῃ τινὰς, νοσημάτων αὐτοὺς ἀνιεὶς, εἶτα τοῦτο κωλύῃς αὐτὸς, ἔλυσας ἐναργῶς τὸν ἐπὶ τῷ σαββάτῳ νόμον, οὐκ ἐῶν ἀναπαύεσθαι τοὺς ἐν ἀλγήμασιν ὄντας καὶ νόσοις, οὓς ἔδησεν ὁ σατανᾶς.

A. f. 191. b. Ἀλλ' ὁ τῆς ἀχαρίστου συναγωγῆς ἀρχισυνάγωγος, ἐπειδὴ εἶδε τὴν τὰ μέλη δεδεμένην γυναῖκα, καὶ ὀρθοποδεῖν μὴ δυναμένην, ἀλλ' εἰς γῆν καὶ ἐπὶ γαστέρα συννεύουσαν, ὑπὸ Χριστοῦ ἠλεημένην, καὶ ἁφῇ μόνῃ τέλεον ἀνορθωθεῖσαν, καὶ τὴν τοῖς ἀνθρώποις οἰκείαν πορείαν ἐν ὀρθίῳ τῷ σχήματι ὁδεύουσαν, καὶ ὑπὲρ τούτου τὸν Θεὸν μεγαλύνουσαν, ἄχθεται τῇ ταύτης λύσει, καὶ ἐπὶ τῇ δόξῃ τοῦ κυρίου πυρπολούμενος, δεσμεῖται τῷ φθόνῳ· καὶ ἐπηρεάζει τῷ θαύματι, καὶ τὸν κύριον ἀφεὶς τὸν ἐλέγξοντα τὴν τούτου ὑπόκρισιν, τοῖς ὄχλοις ἐπιτιμᾷ· ὥστε δόξαι ὅτι διὰ τὸ σάββατον ἀγανακτεῖ· ἵνα πείσῃ τοὺς ἐν ταῖς ἄλλαις ἡμέραις διεσκορπισμένους, καὶ ταῖς ἐργασίαις σχολάζοντας, μὴ δὲ ἐν σαββάτῳ θεατὰς εἶναι καὶ θαυμαστὰς τῶν τοῦ κυρίου τερατουργημάτων, μή ποτε καὶ πιστεύσωσιν· ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν, ὦ βασκανίας ἀνδράποδον, ὁποῖον ἔργον ὁ νόμος ἐκώλυσεν, ὁ εἰπών σοι, ἀπὸ παντὸς ἔργου χειροκμήτου ἀποστήσῃ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; ἆρα τὸ διὰ στόματος καὶ διὰ λόγου; παῦσαι γοῦν ἐσθίων, καὶ πίνων, καὶ ὁμιλῶν, καὶ ψάλλων ἐν σαββάτῳ· καὶ εἰ μὴ ταῦτα πράττεις, μὴ δὲ τὸν νόμον ἀναγινώσκεις, ἵνα τί σοι καὶ τὸ σάββατον; ἀλλὰ τὸ διὰ χειρῶν· καὶ ποῖον διὰ χειρῶν ἔργον, τὸ φωνῇ γυναῖκα ἀνορθῶσαι; εἰ δ' ὅτι ἔργῳ ἡ γυνὴ τεθεράπευται τοῦτο ἐργασίαν καλεῖς, ἔργον ἐργάζῃ καὶ σὺ τὴν θεραπείαν μεμφόμενος· ἀλλ' εἶπε, φησὶ, ἀπολέλυσαι τῆς ἀσθενείας, καὶ ἀπολέλυται· τί δέ; οὐ καὶ σὺ λύεις τὸν ζάνην ἐν σαββάτῳ; οὐ τῶν ποδῶν

Sin tibi potius otiari mandavit, ne Deum incuses, quod sabbato quoque nonnullis, pro potestate sua, misericordiam impertitus sit. Cur vero demum otiari iussit sabbato? Nempe, inquit, ut requiescat servus tuus, et bos tuus, et iumentum tuum, et quodlibet pecus tuum. Cum ergo is aliquibus requiem tribuit, morbis eos liberans, tu vero id prohibes, manifeste legem sabbati violas, dum non sinis eos requiescere, qui doloribus morbisque vexantur, et quos Satanas alligavit.

Sed ingratae synagogae princeps, postquam vidit mulierem iam pridem membris impeditam, neque pedibus consistere valentem, sed humi et in ventrem curvam, nunc demum a Christo misericordiam adeptam, et unico tactu perfecte sanatam, et consueto hominibus incessu, figura erecta, ambulantem, ideoque Deum magnificantem; synagogae inquam princeps moleste fert hanc sanitatem, et Domini gloriae irascens, invidia corripitur, calumniatur miraculum, omissoque Domino qui eius hypocrisim coarguturus erat, turbas obiurgat, ut videatur sabbati gratia stomachari: re tamen vera, ut suadeat hominibus, qui diebus aliis dispersi negotiis propriis vacabant, quominus ne sabbato quidem spectatores fiant et admiratores Domini miraculorum, atque ita ad fidem aliquando accedant. Sed age dic nobis, o livoris mancipium, quodnam operis genus lex tibi vetuit, quae ait: omni opere manuali die sabbati abstinebis? Num oris opus aut sermonis intelligit? A comedendo igitur cessa, et a bibendo, sermocinando, atque etiam psallendo in sabbato. Quod si hoc non facis, neque legis lectioni vacas, cur tibi sabbatum? At opus manuale vetitum dicis. Quale vero est manuale opus, mulieris vocali iussu erectio? Quod si, quia revera mulier sanata fuit, ea res a te appellatur opus, tu quoque opus facis dum hanc reprehendis sanationem. Atqui ais, dixit ille: dimissa esto ab infirmitate, et dimissa est.

Quid porro? Nonne et tu zonam solvis sabbato? nonne pedum calceamenta exuis? nonne lectum sternis? nonne manum edulibus inquinatam abstergis? Cur ergo huic uni vocabulo « dimissa esto » irasceris? Quodnam vero opus et ipsa mulier post illa verba egit? Num fabrile, aut lignarium, aut murarium tractavit? Num istac ipsa die telam aut licium attigit? At erecta est, inquit: prorsus autem in operibus reputatur sanatio. Verum enimvero tu haud propter sabbatum reapse irasceris, sed quia Christum cernis honore adfici et tamquam Deum adorari, furis, angeris, et invidia tabescis: et aliud quidem corde celas, aliud simulas et praetexis. Quare egregie a Domino argueris, qui stultas tuas cogitationes introspicit, et tibi congruas lucraris appellationes, hypocrita audiens, simulator, atque subdolus.

ἐκλύεις τὸ ὑπόδημα; οὐ τὴν στρωμνὴν στρωννύεις; οὐ τὴν χεῖρα ἀποσμήχεις ῥυπῶσαν ἐν ἐδέσμασι; πῶς οὖν ἐφ' ἑνὶ μόνῳ λόγῳ τῷ ἀπολέλυσαι ἀγανακτεῖς; ὁποῖον δὲ καὶ ἔργον ἡ γυνὴ μετὰ τὸν λόγον εἰργάσατο; ἆρά γε χαλκευτικῆς, ἢ τεκτονικῆς, ἢ οἰκοδομικῆς ἐφήψατο; ἆρα ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ὑφαντικῆς ἢ ἱστουργικῆς ἔργον μετεχειρίσατο; ἀλλ' ἀνωρθώθη, φησί· ἔργον γὰρ ὅλως ἐστὶ τὸ θεραπεύεσθαι· ἀλλὰ γὰρ οὐ διὰ τὸ σάββατον ἀληθῶς ἀγανακτεῖς, ἀλλὰ τὸν Χριστὸν βλέπων τιμώμενον καὶ ὡς θεὸν προσκυνούμενον, μαίνῃ καὶ ἀποπνίγῃ, καὶ τῇ βασκανίᾳ κατατήκῃ· καὶ ἕτερα μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ ἐνδομυχᾷς, ἄλλον δὲ σκήπτῃ καὶ προφασίζῃ· ὅθεν καὶ χαριέστατα ὑπὸ τοῦ κυρίου τοῦ εἰδότος τοὺς ματαίους σου διαλογισμοὺς ἐλέγχῃ· καὶ τὴν ἁρμόζουσάν σοι δέχῃ προσηγορίαν, ὑποκριτὴς ἀκούσας καὶ εἴρων καὶ ὕπουλος.

Hypocrita, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum? etc. Hanc autem filiam Abrahae etc.

Ὑποκριτὰ, ἕκαστος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ; κ. τ. λ. Ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν κ. τ. λ. v. 15. 16.

Tu miraris, inquit, illum qui Abrahae solvit filiam; simulque bovi et asino quietem indulges, laboribus eos liberans et potatum ducens: nunc homine mirabiliter incolumi, Deoque benigne se gerente, ambos obiurgas uti transgressores, hunc quia sanavit, illam quia morbo liberata fuit. – Specta mihi archisynagogum, quomodo vilior sit apud illum iumento homo, siquidem bovem atque asinum sabbato cura dignatur, curvam autem mulierem non vult, Christo invidens, infirmitate liberari, neque naturalem recuperare figuram. – Sed synagogae lividus princeps erectam a Domino mulierem, quadrupedis potius instar deorsum repere volebat, quam proprium hominum recipere habitum: modo Christus non magnificaretur, neque Deus actibus suis demonstraretur. Coarguitur ergo archisynagogus hypocrita, qui bruta quidem animalia sabbato ad aquam deducere paratus erat, mulierem vero, non magis genere quam fide Abrahae filiam, haud

Σὺ * θαυμάζεις γάρ φησι τὸν λύσαντα τὴν A. f. 192.
τοῦ Ἀβραὰμ θυγατέρα· ἀλλὰ βοῦν μὲν καὶ ὄνον ἀναπαύεις, καμάτων αὐτῶν ἀνιεὶς καὶ ἀποφέρων ἐφ' ὕδωρ· σωζομένου δὲ παραδόξως ἀνθρώπου νενοσηκότος, καὶ θεοῦ κατοικτείραντος, ἀμφοτέροις ἐπιτιμᾷς ὡς παρανομήσασι, τῷ μὲν ὅτι τεθεράπευκε, τῷ δὲ ὅτι τοῦ νοσεῖν ἀπηλλάττετο. – Θέα μοι τὸν A. f. 192.
ἀρχισυνάγωγον, ὅπως ἀτιμότερος αὐτῷ τοῦ κτήνους ἐστὶν ὁ ἄνθρωπος, εἴ γε βοῦν καὶ ὄνον ἐν σαββάτῳ προνοίας ἀξιοῖ· τὴν δὲ συγκεκυφυῖαν γυναῖκα οὐ βούλεται βασκαίνων Χριστῷ ἀπαλλαγῆναι τῆς ἀσθενείας, οὐδὲ τὸ κατάλληλον ἀπολαβεῖν σχῆμα. – Ἀλλ' ὁ τῆς A. f. 192.
συναγωγῆς ἄρχων ὁ βάσκανος ἐβούλετο τὴν ἀνορθωθεῖσαν γυναῖκα, κατὰ τὰ τετράποδα μᾶλλον κάτω κεκυφέναι, ἢ τὸ οἰκεῖον ἀνθρώποις ἀπολαβεῖν σχῆμα· μόνον ἵνα μὴ Χριστὸς μεγαλύνηται, μὴ δὲ θεὸς εἶναι ὑπὸ τῶν πραγμάτων κηρύττηται· ἐλέγχεται μέντοι ὁ ἀρχισυνάγωγος ὑποκριτὴς ὢν, εἴ γε τὰ μὲν ἄλογα ζῶα ἐν σαββάτῳ ἐπὶ τὸ ὕδωρ ἀπάγοι, τὴν δὲ γυναῖκα, τὴν οὐ μᾶλλον διὰ

* cod. οὐ pro σύ.

τὸ γένος ὅσον διὰ τὴν πίστιν Ἀβραὰμ οὖσαν θυγατέρα, οὐκ ἀξιοῖ λυθῆναι τοῦ δεσμοῦ τῆς ἀσθενείας· ἀλλὰ τὴν ἐλευθερίαν τῆς νόσου, παράβασιν κρίνει τοῦ σαββάτου.

aequum censebat infirmitatis vinculo solvi; sed liberationem a morbo, transgressionem esse legis iudicabat.

v. 17. Κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ.

Erubescebant omnes adversarii eius.

A. f. 192. Κατῃσχύνοντο μὲν οἱ διεφθαρμένας τὰς κρίσεις ἐκφέροντες· οἱ τῷ ἀκρογωνιαίῳ προσκόπτοντες, καὶ διὰ τοῦτο συνθλώμενοι· οἱ τῷ ἰατρῷ ἀνθεστηκότες· οἱ τῷ σοφῷ κεραμεῖ τὴν τῶν διασπαρέντων σκευῶν ἐπανόρθωσιν ποιουμένῳ ἀντιπίπτοντες· καὶ οὐδὲ μία αὐτοῖς ἀπόκρισις ὑπελείπετο· ἀλλ' ἦσαν αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἔλεγχος ἀναντίῤῥητος, ἐπιστομιζόμενοι καὶ ἀποροῦντες ὅ τι ἄρα καὶ φθέγξονται· οὕτως αὐτῶν ἀπέῤῥαψε τὸ θρασὺ στόμα ὁ κύριος· οἱ δὲ ὄχλοι, οἷα ὠφελούμενοι ἐκ τῶν σημείων, ἔχαιρον· τὸ γὰρ ἔνδοξον τῶν ἔργων καὶ περιφανὲς ἔλυε πᾶσαν ζήτησιν καὶ ἀμφιβολίαν τοῖς μὴ κακοήθως ζητοῦσιν.

Pudebat eos qui corrupta mentis iudicia gerebant; qui in angularem lapidem impegerant, ideoque confracti fuerant; qui medico adversabantur; qui sapienti figulo fracta vasa instauranti resistebant: nec ullum eis responsum supererat, sed ipsi sibi irrefutabiles accusatores erant, muti effecti prorsus, et quid iam loquerentur ignari. Adeo audax illorum os oppilaverat Dominus! Turbae autem, miraculorum utilitatem expertae, gestiebant. Namque operum fama et gloria, quaestionem omnem et ambiguitatem haud malitiose inquirentibus dissolvebat.

v. 19. Ὁμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως.

Simile est (regnum Dei) grano sinapis.

A. f. 193. Εὐφυὲς τὸ παράδειγμα, καὶ οὐκ ἀνικάνως ἔχον εἰς παράστασιν τῶν συμβεβηκότων, ἤγουν γινομένων ἐπὶ τῷ θείῳ τε καὶ ἱερῷ κηρύγματι, φημὶ δὴ τῷ εὐαγγελικῷ, ὃ δὴ καὶ βασιλείαν ὀνομάζει τοῦ θεοῦ· δι' αὐτοῦ γὰρ κερδαίνομεν τὸ συμβασιλεῦσαι Χριστῷ· καὶ ἦν μὲν ἐν ἀρχαῖς παρ' ὀλίγοις καὶ συνεσταλμένον, ἐπλατύνθη δὲ καὶ διέδραμε μετὰ ταῦτα εἰς πάντα τὰ ἔθνη· ἐλαλήθη μὲν γὰρ κατὰ μόνην τὴν Ἰουδαίαν, ἐν ᾗ καὶ εὐαρίθμητοι παντελῶς γεγόνασιν οἱ μακάριοι μαθηταί· ἀπειθήσαντος δὲ τοῦ Ἰσραὴλ, τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἐνετέλλετο λέγων· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὰ ἑξῆς· ὥσπερ οὖν τὸ σπέρμα τοῦ σινάπεως, τῶν μὲν ἑτέρων λαχανικῶν σπερμάτων ἡττᾶται λίαν εἰς τὸ ἐν μεγέθει ποσὸν, ἀνίσχει γε μὴν εἰς ὕψος, λαχανοπρεποῦς ἐπέκεινα μέτρου, ὥστε καὶ στρουθίων ἐναύλισμα γενέσθαι πολλῶν, οὕτω καὶ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, τουτέστι τὸ νέον τε καὶ ἱερὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα, δι' οὗ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων πεποδηγήμεθα, καὶ φύσει τε καὶ ἀληθῶς ὄντα θεὸν ἐγνώκαμεν, ὡς παρ' ὀλίγοις μὲν ἦν ἀρχαῖς, καὶ οἷον βραχὺ καὶ συνεσταλμένον, προβέβηκε δὲ μετὰ τοῦτο πρὸς αὔξησιν· ὥστε καὶ εἰς σκέπην

Pulchra similitudo, neque non idonea ad demonstrandum ea quae accidebant, id est quae in divina sacraque evangelii praedicatione fiebant, quam etiam regnum Dei appellat; etenim per evangelium lucramur, ut una cum Christo aliquando regnemus. Et Dei quidem regnum ad paucos olim redactum, dilatatum postea est, atque ad cunctas gentes propagatum. Prius enim in sola Iudaea praedicatum fuit, ubi etiam pauci valde extiterunt beati discipuli. Verumtamen non credente Israhele, sanctis apostolis mandavit dicens: euntes docete omnes gentes, et reliqua. Sicut ergo sinapis semen, ceteris olerum seminibus valde minus est ad molem quod adtinet, alte tamen consurgit, ultra cuiusvis oleris mensuram, ita ut passerculorum multorum habitaculum fiat; ita etiam caelorum regnum, id est nova et sacra ac salutaris praedicatio, per quam ad optimum quodvis opus deducimur, et eum qui suapte natura vereque Deus est cognovimus; etsi apud paucos initio erat, et breve veluti atque contractum, deinde in amplitudinem excrevit, ita ut receptui sit confugientibus illuc, qui

passerculis etiam comparantur, quia nimirum res nostrae Deo comparatae exigui valde moduli sunt. Data fuit quidem Israhelis filiis per Moysem lex: sed quia impossibile erat, propter haerentem illic umbram materialemque cultum, salvari mundi incolas, necessario deinde evangelica Servatoris exorta est praedicatio, atque universo orbe diffusa.

Id nobis aenigmatico modo mosaicae significant litterae, quae ita se habent. Dixitque Dominus Moysi: « fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem, quando movenda sunt castra. Et infra. Filii autem Aaronis sacerdotes clangent tubis; eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris. » Nempe ut hinc intelligas et legis paedagogatum, et perfectionem in Christo per evangelicam vitam, et magisterium quod umbram figurasque excedit. Tuba ergo lex est, pariterque evangelica quoque Servatoris praedicatio. Sic enim huius meminit etiam Isaias propheta dicens: « et erit die illa, tuba magna clangent. » Grandis reapse insonuit tuba per sanctos apostolos, haud sane priorem legem destruens, sed una secum complectens. Nam hi lege atque prophetis confirmant semper Christi doctrinam, dum ipsorum priscis testimoniis utuntur. Duae sunt igitur tubae, et quidem argenteae ductilesque: ita ut argentum laetitiam significet, splendidus enim Dei sermo est: ductilis autem natura eiusdem innuat, fore ut dilatentur ac longius provehantur sacrae divinaeque tubae, id est nova simul et vetus doctrina. Re etenim vera semper quodammodo proficit, id quod dilatatur, lateque et longe protenditur. Futurum autem erat ut utraque doctrina excresceret, Christo apparente; vetus quidem lex in spiritalem sensum excrevit; evangelica autem praedicatio, sua per universum orbem dilatatione. Verumtamen sacerdotibus dabat lex tubarum usum, ob regendum populum; Christus autem ut se prae-

γενέσθαι τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ, οὓς δὴ καὶ στρου- B f. 134. b.
θίοις παρεικαστέον, θεῷ γὰρ τὰ καθ' ἡμᾶς ἐν ὀλίγοις κομιδῇ μέτροις εἰσίν· ἐδόθη μὲν γὰρ τοῖς ἐξ Ἰσραὴλ ὁ διὰ Μωϋσέως νόμος· ἐπειδὴ δὲ ἦν ἀνέφικτον διὰ τῆς ἐν αὐτῷ σκιᾶς, καὶ σωματικῆς λατρείας, διασωθῆναι δύνασθαι τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς, λοιπὸν ἀναγκαίως τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον ἀνέφυ κήρυγμα, καὶ εἰς ὅλην ἐκτέταται τὴν ὑπ' οὐρανόν.

Τοῦτο ἡμῖν αἰνιγματωδῶς τὸ μωσαϊ- A. f. 193. b.
κὸν ἐσήμαινε γράμμα· ἔχει δὲ οὕτως· * καὶ * Num. X. 1. seqq.
ἐλάλησε κύριος πρὸς Μωϋσῆν λέγων· ποίησον σεαυτῷ δύο σάλπιγγας ἐλατὰς, ἀργυρᾶς ποιήσεις αὐτὰς, καὶ ἔσονταί σοι ἀνακαλεῖν τὴν συναγωγὴν, καὶ ἐξαίρειν τὰς παρεμβολάς· καὶ μεθ' ἕτερα· καὶ οἱ υἱοὶ Ἀαρὼν οἱ ἱερεῖς σαλπιοῦσι ταῖς σάλπιγξι· καὶ ἔσται ὑμῖν νόμιμον αἰώνιον εἰς τὰς γενεὰς ὑμῶν· ἵν' ἐντεῦθεν ἐννοῇς καὶ τὴν τοῦ νόμου παιδαγωγίαν, καὶ τελείωσιν τὴν διὰ Χριστοῦ διὰ πολιτείας εὐαγγελικῆς καὶ μυσταγωγίας τῆς ὑπὲρ σκιὰν καὶ τύπους· σάλπιγξ δὲ οὖν ὁ νόμος· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ εὐαγγελικὸν καὶ σωτήριον κήρυγμα· οὕτω γὰρ αὐτοῦ διαμνημονεύει καὶ ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέ-
γων· * „ καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, σαλ- * Is. XXVII. 13.
πιοῦσι τῇ σάλπιγγι τῇ μεγάλῃ· „ μεγάλη γὰρ ὄντως ἀνεφώνησε σάλπιγξ, ἡ διά γε τῶν ἁγίων ἀποστόλων, οὐκ ἀθετοῦσα τὴν πρώτην, συνεισδεχομένη δὲ καὶ αὐτήν· διὰ γὰρ νόμου καὶ προφητῶν, ἐμπεδοῦσιν ἀεὶ τὸν ἐπὶ Χριστῷ λόγον, μαρτυρίαις χρώμενοι ταῖς ἀρχαιοτέραις· οὐκοῦν δύο μὲν αἱ σάλπιγγες, ἀργυραῖ δὲ καὶ ἐλαταί· τοῦ μὲν ἀργύρου κατασημαίνοντος τὴν φαιδρότητα, λαμπρὸς γάρ ἐστιν ὁ παρὰ θεοῦ λόγος· τοῦ γε μὴν ἐλάσματος ὑποφαίνοντος, ὅτι προβήσονται καὶ προκόψουσιν αἱ ἱεραί τε καὶ θεῖαι σάλπιγγες, ἤγουν τὸ νέον τὲ καὶ ἀρχαῖον κήρυγμα· προκόπτει γὰρ ἀεί πως τὸ ἐλαυνόμενον, καὶ εἰς εὖρος τὲ καὶ μῆκος ἐκτείνεται· ἔμελλον δὲ προκόπτειν, ἐπιλάμψαντος τοῦ Χριστοῦ, ὁ μὲν παλαιὸς νόμος, εἰς θεωρίαν πνευματικήν· τὸ δὲ κήρυγμα τὸ εὐαγγελικὸν, εἰς τὸ πάσης κατευρυνθήσεσθαι τῆς ὑπ' οὐρανόν· πλὴν τοῖς ἱερεῦσιν ὁ νόμος ἐδίδου τὸ χρῆναι ταῖς σάλπιγξι διατάττειν τοὺς λαούς· δέδοται γὰρ παρὰ Χριστοῦ τὸ διακηρύττειν αὐτὸν καὶ τὰ

αὐτῷ θεσπίσματα, τοῖς τῶν νέων κηρυγμάτων ἱερουργοῖς, δῆλον δὲ ὅτι τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· ὅτι δὲ ἔμελλεν εἰς αὔξησιν ὥσπερ ἀναπηδᾷν, βραχὺς ὢν ἐν ἀρχαῖς τῶν εὐαγγελικῶν κηρυγμάτων ὁ λόγος, ἀταλαίπωρον ἰδεῖν, προηγορευκότος θεοῦ διὰ φωνῆς Ἠσαΐου περὶ
* Is. XI. 9. αὐτοῦ· * " ὅτι ἐνεπλήσθη ἡ σύμπασα τοῦ γνῶναι τὸν κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ κατακαλύψαι θαλάσσης· „ θαλάσσης γὰρ δίκην ἐκκέχυται πανταχοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα, καὶ πανσθενεστάτην ἔχει τὴν ἐμβολήν· καὶ τοῦτο πάλιν ἡμῖν διασαφεῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων θεὸς, διὰ προ-
* Amos V. 24. φήτου φωνῆς· * " καὶ κυλισθήσεται ὡς ὕδωρ, κρῖμα· καὶ δικαιοσύνη, ὡς χειμάῤῥους ἄβατος· „ κρῖμα μὲν γὰρ καὶ δικαιοσύνην, τὸ εὐαγγελικὸν ὀνομάζει κήρυγμα· οὕτω γε μὴν αὐτὸ κατακυλισθήσεσθαι διεβεβαιοῦτο τὸ ὑπ᾽ οὐρανὸν, ὡς ὕδωρ καὶ χειμάῤῥουν, οὗ τὰς ὁρμὰς ἐγκόψειεν ἂν οὐδεὶς καταχεομένου λαύρως.

dicarent doctrinamque suam, novae praedicationis sacerdotibus, id est sanctis apostolis, attribuit. Quod vero incrementum quodammodo esset capturus, qui initio exiguus erat sermo evangelicus, facile est cognoscere, Deo per Isaiam sic praenunciante: « repleta est universa terra scientia Domini, sicut aquae maris operientes. » Enimvero maris instar quaqueversus salutaris praedicatio effunditur, et validissimam facit impressionem. Atque hoc rursus declarat nobis prophetae ore universalis Deus: « et volvetur quasi aqua iudicium, et iustitia quasi torrens intransibilis. » Nam iudicium atque iustitiam nominat evangelicam praedicationem; quam sic per orbem volvendam adfirmabat, ceu aquam atque torrentem, cuius impetum violenter decurrentem nemo potest infringere.

v. 21. Ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ κ. τ. λ.

A. f. 194. b. B. f. 135.

Ὁ αὐτὸς δ᾽ ἂν γένοιτο λόγος, καὶ περὶ τῆς ζύμης παραβεβλῆσθαι τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· μικρὰ μὲν γὰρ ἡ ζύμη, πλὴν τοῦ παντὸς φυράματος ἀμελητὶ καταδράττεται, καὶ τὴν ἰδίαν αὐτῷ ποιότητα καταμίσγει γοργῶς· τοιοῦτόν τι καὶ ἐν ἡμῖν ὁ θεῖος ἐργάζεται λόγος· γεγονὼς γὰρ ἐν ἡμῖν, ἁγίους καὶ ἀμώμους ἀποτελεῖ· καὶ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν εἰσδεδυκὼς, πνευματικοὺς ἀποφαίνει· ἵν᾽ ὡς ὁ Παῦλος
* I. Thess. V. 23. φησὶ *, ὁλόκληρον ἡμῶν τὸ πνεῦμα καὶ τὸ σῶμα καὶ ψυχὴ ἀμέμπτως τηρηθείη ἐν τῇ ἡμέρᾳ τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὅτι γὰρ ἐν τῷ βάθει τῆς διανοίας ἡμῶν ὁ θεῖος εἰσχεῖται λόγος, σαφηνιεῖ λέγων ὁ τῶν ὅλων θεὸς
* Hier. XXXI. 31. 33. δι᾽ ἑνὸς τῶν προφητῶν· * " ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει κύριος, καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινὴν, διδοὺς νόμους μου, εἰς τὰς διανοίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς· „ οὐκοῦν εἰς νοῦν καὶ καρδίαν, τὴν νοητὴν καὶ θείαν δεχώμεθα ζύμην, ἵνα διὰ τοῦ οὕτω σεπτῆς καὶ ἁγίας ζύμης ἄζυμοι νοητῶς εὑρισκώμεθα· εἰσδύνουσα γὰρ εἰς νοῦν τῆς εὐαγγελικῆς παιδεύσεως ἡ ζωοποιὸς ἐνέργεια, ψυχήν τε καὶ σῶμα καὶ πνεῦμα πρὸς τὴν ἰδίαν ὥσπερ ποιότητα μεταστοιχειοῖ.

Simile est fermento etc.

Simili modo dicendum est de fermento quod cum regno Dei comparatur. Etenim tenue sane fermentum est, nihilo tamen minus universam sine mora massam corripit, suamque vivaciter qualitatem immiscet. Huiusmodi quid in nobis quoque divinus operatur sermo: namque ad nos delatus, sanctos inculpabilesque efficit; et in mentem et cor receptus, spiritales ostendit; ut, quod ait Paulus, universus spiritus noster et corpus et anima sine querela servetur in die domini Iesu Christi. Nam quod in mentes nostras divinus influat sermo, patefaciet his verbis universalis Deus per unum de prophetis: « ecce dies veniunt, dicit Dominus, et complebo super domum Israhelis, et super domum Iudae novum foedus, tradens leges meas mentibus illorum, et in eorumdem cordibus scribens. » In mentem igitur atque cor, intellectuale divinumque fermentum recipiamus; ut per tam sacram sanctamque rem spiritaliter azymi inveniamur. Etenim in mentem repens evangelici magisterii vis vivifica, animam simul et corpus in suam veluti qualitatem convertit.

Ait autem illi quidam: Domine, num pauci sunt qui salvantur? Ipse autem dixit ad illos: contendite intrare per angustam portam etc.

(1) Videtur quodammodo responsio extra scopum interrogantis excurrere. Ille enim sciscitatus fuerat, num pauci salvarentur; hic autem rationem qua possent iustificari exponit dicens: contendite intrare per angustam portam. Quid ergo heic dicimus? Solebat universalis Servator interrogantibus respondere, haud omnino prout ipsis libebat, sed spectare potius quid audientibus utile foret ac necessarium. Id vero potissimum agebat, cum aliquis supervacanea atque inutilia cognoscere avebat. Cur enim opus erat velle rescire, utrum multi an pauci sint qui salvantur? Quaenam hinc utilitas audientibus obveniebat? Verum enimvero necessarium erat et utile cognoscere viam potius qua quispiam ad salutem pergeret. Prudenter itaque vanam interrogationem silentio transmittit, verba autem sua ad necessariam rem convertit; videlicet ad docendum quid facto opus esset ut per angustam arctamque ianuam intremus. Hoc ipsum et alibi monuerat dicens: intrate per angustam portam; nam lata spatiosaque via est quae ducit ad perditionem, multique per eam intrant: angusta vero et arcta via est quae ad vitam ducit, et pauci sunt qui inveniunt illam. Nam volentibus pervenire, necessaria in primis est recta fides; deinde inculpata vita, quantum humana iustitia esse potest. Sic enim aliquando David etiam propheta Deum his verbis precabatur: iudica me, Domine, secundum iustitiam meam. Verumtamen ii qui sancte vivere volunt, haud queunt sine Deo vocante id agere. Semper enim aspera et ardua, multisque haud gradibilis, quae ducit ad virtutem via est. Facile vero introibit per angustam portam,

Εἶπε δέ τις αὐτῷ· κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς· ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης κ. τ. λ. v. 23.

Δοκεῖ πως ἡ ἀπέκρισις, ἔξω φέρεσθαι σκοποῦ τοῦ ἐρωτήσαντος· ὁ μὲν γὰρ ἠξίου μαθεῖν, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι· ὁ δὲ τὴν τοῦ δύνασθαι δικαιωθῆναι τρίβον ἐξηγεῖτο, λέγων· ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης· τί οὖν ἄρα πρὸς τοῦτο φαμέν; ἔθος ἦν τῷ πάντων σωτῆρι Χριστῷ, τοῖς ἐρωτῶσιν αὐτὸν ὑπαντᾷν, οὐχὶ πάντως κατὰ τὸ αὐτοῖς δοκοῦν, ἀλλ᾽ εἰς τὸ χρήσιμόν τε καὶ ἀναγκαῖον τοῖς ἀκροωμένοις ὁρᾷν· ἔδρα δὲ τοῦτο μάλιστα, ὅτε τις ἠξίου μαθεῖν τι τῶν ὅσα περιττά ἐστι καὶ ἀνόνητα· τί γὰρ ἔδει φιλοπευστεῖν, πότερόν ποτε πολλοί τινες εἶεν ἢ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; τί τὸ ἐντεῦθεν ὄφελος ἐκβέβηκεν ἂν τοῖς ἀκροωμένοις; ἦν δὲ ἀναγκαῖον καὶ λυσιτελὲς τὸ εἰδέναι μᾶλλον τὸν τρόπον δι᾽ οὗπερ ἄν τις ἴοι πρὸς σωτηρίαν· οὐκοῦν οἰκονομικῶς πρὸς μὲν τὸ τῆς ἐρωτήσεως εἰκαῖον, ἀποσιωπᾷ· μεθίστησι δὲ τοὺς λόγους ἐφ᾽ ὅπερ ἦν ἀναγκαῖον· τοῦτο δὲ ἦν τὸ εἰδέναι δρᾷν ἐκεῖνα δι᾽ ὧν ἦν δύνασθαι τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην εἰσφρῆσαι πύλην· τοῦτο γάρ που καὶ ἑτέρωθι διδάσκων φησίν· * εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης· ὅτι πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν, καὶ πολλοί εἰσιν οἱ εἰσερχόμενοι δι᾽ αὐτῆς· στενὴ δὲ ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωὴν, ὀλίγοι δέ εἰσιν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν· τοῖς γὰρ ἐθέλουσιν ἐλθεῖν, δεῖ δὴ πάντως πίστεως μὲν, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ὀρθῆς· εἶτα, βίου ἀλήπτου κατά γε τὸ μέτρον τῆς ἀνθρωπίνης δικαιοσύνης· οὕτω γάρ που καὶ ὁ προφήτης Δαβὶδ τὰς πρὸς Θεὸν ἱκεσίας ἐποιεῖτο λέγων· * κρῖνόν με κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου· πλὴν οὐκ ἔνεστι τοῖς ἐθέλουσι βιοῦν ἁγίως, ἀκλητὶ δύνασθαι τοῦτο δρᾷν (2)· ἀεὶ γάρ πως ἐστὶ σκληρὰ καὶ ἀνάντης, καὶ οὐ βάσιμος τοῖς πολλοῖς, ἡ εἰς ἀρετὴν ἀποφέρουσα τρίβος· εἰσφρήσει δὲ ῥᾳδίως διὰ τῆς στενῆς πύλης, καὶ δραμεῖ-

A. f. 195. b. B. f. 125. D. f. 55.

* Matth. VII. 13.

* Ps. VII. 9.

(1) Ante subsequentia, apud D. Thomam in cat. lat. sic. « Cyrillus. Angusta porta aerumnam et patientiam sanctorum significat. Sicut enim pugnarum victoria attestatur militis strenuitati, sic praeclarum efficiet valida perpessio laborum et tentationum. »

(2) Animadverte gratiae divinae ob bene agendum necessitatem.

ται τὴν τεθλιμμένην ὁ ἀγωνιζόμενος καὶ τοὺς τοιούτους πόνους αἱρούμενος· γέγραπται
* Prov. XVI. 26. γοῦν * ὅτι ἀνὴρ ἐν πόνοις, πονεῖ ἑαυτῷ, καὶ ἐκβιάζεται ἑαυτοῦ τὴν ἀπώλειαν· ὡς γὰρ αὐ-
* Matth. XI. 12. τὸς πάλιν ἔφη ὁ κύριος * «« βιαστή ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν» ,, πλατεῖα δὲ ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς, ἡ πολλοὺς εἰς ὄλεθρον καταφέρουσα· καὶ ὁποῖον ἂν νοηθείη τὸ πλάτος αὐτῆς; αἰσχρὰ καὶ φιλήδονος ζωὴ, τρυφαὶ, καὶ κῶμοι, καὶ μέθαι, καὶ πάντα τὰ τῆς κακίας ἐπιτηδεύματα, ἡ φιλαργυρία, καὶ τῶν προσκαίρων δοξαρίων φαντασία κενὴ, τὸ ἀμνημονεῖν τῶν θείων ἐνταλμάτων, τὸ μὴ ἔχειν τὸν τοῦ θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν· οὐκοῦν τῶν μὲν τοιούτων ἀποφοιτᾶν ἀναγκαῖον τοὺς εἰσβάλλειν ἐθέλοντας διὰ τῆς στενῆς πύλης, συνεῖναι δὲ καὶ συνεορτάζειν Χριστῷ· ὅτι γὰρ οἱ μὴ τοιοῦτοι ἀπόβλητοι, δι' ἐναργοῦς παραδείγματος δέδειχεν ὁ σωτὴρ εἰπών·

v. 26. Ἀφ' οὗ ἂν εἰσέλθῃ (2) ὁ οἰκοδεσπότης καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν κ. τ. λ.

A. f. 197. B. f. 135. b. C. f. 137. b. Ὡς ἐπί τινος οἰκοδεσπότου πολλοὺς τῶν ἐπιτηδείων συναγηγερκότος εἰς ἑστίαν καὶ τράπεζαν, εἶτα προεισβεβηκότος μεθ' ὧν ἔδει τοῦτο δρᾶν, ἀποκλείσαντός τε τὴν θύραν, τοὺς μετὰ τοῦτο κρούοντας ἀκούσεσθαί φησιν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς· γνῶσιν δὲ ἐνταῦθα, οὐχ ἁπλῶς τὴν εἴδησιν λέγει, ἀλλὰ τὴν οἰκειότητα τὴν ἐν μεθέξει, τὴν ὡς ἐν χάριτι καὶ τιμῇ· εἴπερ γὰρ ἡ γνῶσις μόνον ἡμῖν κατασημαίνεται εἴδησιν, πῶς ἠγνόησε τῶν ὄντων τινὰς, ὁ πάντα ἔχων γυμνὰ καὶ τετραχηλισμένα τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ, ὁ καὶ πρὶν γενέσεως πάντα εἰδώς; οὐκοῦν οὐ μόνον ἀνόητον ἀλλὰ καὶ δυσσεβὲς, τὸ ἀγνοῆσαι τινὰς ὑποτοπῆσαι τὸν κύριον· οἰησόμεθα δὲ μᾶλλον εἰπεῖν αὐτὸν, ὡς οὐδαμόθεν τὴν οἰκειότητα τὴν πρὸς αὐτὸν καὶ σχέσιν ἐπάγονται· οὐκ οἶδα γάρ φησι γεγονότας ἀρετῆς ἐραστάς· οὐ τὸν ἐμὸν τι-

et arcta via gradietur, qui conabitur, et huiusmodi labores exantlare decreverit. Scriptum est igitur: « vir laborans, laborat sibi, et vim facit perditioni suae (1). » Sicut enim rursus idem ait Dominus: « vim patitur regnum Dei, et violenti rapiunt illud. » Lata vero porta et spatiosa via quae multos ducit ad interitum. Quaenam porro intelligetur latitudo eius? turpis nimirum et voluptaria vita, deliciae, comissationes, crapulae, et omnia vitiorum studia, avaritia, et temporalis gloriolae vana phantasia, divinorum mandatorum oblivio, Dei denique timorem non habere prae oculis. Ergo haec omnia vitare oportet, si qui volunt per angustam portam intrare, et cum Christo versari aeternumque festum peragere. Quod vero qui eiusmodi non sunt, reiicientur, evidenti exemplo demonstrat Servator dicens:

Cum autem intraverit paterfamilias, et ostium clauserit etc.

Ceu si quis paterfamilias complures amicos suos congregaverit ad mensae convivium, et deinde ipse introiverit quibuscum est caenaturus, ianuamque occluserit; quicumque postea pulsaverint, audituros dicit: non novi vos. Notitiam autem hoc loco non pro simplici scientia dicit, sed pro familiaritate, gratiaeque et honoris communione. Nam si heic notitia scientiam strictim significaret, quomodo quemquam is ignoraret cui omnia nuda et revelata versantur ob oculos, et qui ante quam etiam fiant, cuncta scit? Est ergo non modo insanum sed etiam irreligiosum suspicari quicquam a Domino ignorari. Existimabimus potius dici ab ipso, quod hi nullam cum eo necessitudinem nexumque habeant. Non novi, inquit, vos amatores esse virtutis, non meam in pretio habentes do-

(1) Apud Sabaterium bis Cassianus, et semel S. Hieronymus, ita habent ut nos latine scripsimus. Flaminius Nobilius tamen in sua Proverbiorum translatione maluit interpretari: *vim facit in interitum suum*; quod contrarium fortasse sensum exhibere videtur.

(2) Scripsi εἰσέλθῃ cum aliquot codicibus apud Sabaterium et Scholtzium; sic enim legebat non solum vulgatus noster lat., verum etiam Cyrillus, ut apparet infra ex vocabulo eius προεισβεβηκότος. Vulgo tamen graecus textus habet ἐγερθῇ.

etrinam, nec mecum per bonorum operum exercitia coniunctos. His consentanea Moysi quoque dicta fuerunt: novi te prae omnibus, gratiamque apud me nactus es. Nempe ad meam familiaritatem prae omnibus adsumptus es, multamque gratiam consecutus. Quare et iis qui ipsius amicitiam non sunt adepti, dicit: non novi vos; discedite a me, operarii iniquitatis. Nulla enim communio lucis cum tenebris.

v. 4. Τίς ἄνθρωπος ἐξ ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα κ. τ. λ.

A. f. 207. Ἀλλά μοι σύνες ἐνταῦθα, ἀγαπητὲ (1),
τῆς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν βασιλείας τὸ πλάτος,
καὶ τῆς ἐφ' ἡμῖν οἰκονομίας τὸ εὐτεχνές· ἑκα-
τὸν μὲν γὰρ εἶναί φησι τὰ πρόβατα, εἰς
πληθὺν ἀναφέρων τὴν ἀρτίως ἔχουσαν καὶ τε-
λειοτάτην, τῶν ὑποζευγμένων αὐτῷ λογικῶν
τὸν ἀριθμόν· ἀεὶ γάρ πως ἐστὶ τέλειος, ὁ ἑκα-
τὸν ἀριθμὸς, ἐκ δέκα δεκάδων συγκείμενος·
μεμαθήκαμεν δὲ καὶ ἐκ τῆς θεοπνεύστου γρα-
* Dan. VII. 10. φῆς *, ὅτι χίλιαι χιλιάδες λειτουργοῦσι θεῷ,
καὶ μύριαι μυριάδες τὸν ὑπέρτατον αὐτοῦ
περιεστήκασι θρόνον· ἑκατὸν οὖν ἄρα τὰ

petendo ab eo poenas, an potius benefaciendo, ita ut Deus patientiam exprimeret, et oblivioni veluti peccata traderet, atque ad sanctam vitam eos reformaret qui bene vivere non solebant? Cur ergo dic mihi, pharisaee, obloqueris, quia cum publicanis et peccatoribus non dedignatur Christus versari, et hanc eis salutis viam prudenter munire? Hanc ob causam demisit se ad exinanitionem, et similis factus est nobis. Ergone vituperas Unigeniti in carne dispensationem? Atqui admirati sunt beati prophetae mysterii egregium artificium. Psallit enim propheta David dicens: psallite sapienter, regnavit Deus super gentes. Habacucus autem audisse se auditionem dicit, opera quoque contemplatum, et obstupuisse. Cur ergo dum quae admirari oporteret vituperas, non erubescis? Errabat in orbe hominum genus, a supremi pastoris manu discesserat. Idcirco ad nos venit, qui supernos caelorum pascit greges, ut nos quoque in suum ovile compelleret, ut iis coniungeret qui non deerraverant, ut exitiosam beluam arceret, et tamquam latrocinale impium agmen impuros daemones repelleret, qui mundum erroribus implicuerant. Quaesivit ergo quod perierat, et Iudaeorum contra se cavillationes vanas futilesque demonstravit.

Quis ex vobis habens oves centum? etc.

Age vero heic mecum considera, o carissime, quanta sit regni Servatoris nostri latitudo, et operis pro nobis suscepti sollertia. Centum ait esse oves, ad plenum et perfectissimum cumulum referens rationalium sibi subiectorum numerum. Semper enim perfectus est centenarius numerus, ex decadibus decem conflatus. Discimus enim ex inspirata scriptura millies mille ministros inservire Deo, et dena milia denum milium sublimem eius circumdare thronum. Hae sunt videlicet centum

(1) Recole quae diximus p. 261. n. 1. Quamquam ita alloqui etiam lectorem potuit Cyrillus.

oves, quarum una de grege aberravit, id est terrenum genus, quod summus omnium pastor requisitum ivit, relictis in eremo id est in excelso caelesti plenoque tranquillitatis loco, reliquis nonaginta novem. Num itaque neglectis multis, uni curam impendit? Haud certe neglectis. Cur? quia in omnimoda illae securitate versantur, ab omnipotente dextera custoditae. Misereri autem potius oportebat eius quae perierat, ut nihil reliquae multitudini deesse videretur: nam hac una reducta, pulchre completur centenarius numerus.

Sed age, hanc rem alio quoque exemplo exponamus, ut benignitas incomparabilis omnium nostrûm servatoris Christi magis illustremus. Sint, puta, una in domo contubernales multi, quorum unus in morbum decidat. Cuiusnam causa periti medicinae advocabuntur? nonne unius qui infirmitate laborat? Attamen sine ceterorum contemptu, invocati medici infirmo uni artis suae subsidia conferunt, quia sic occasio postulat et necessitas. Prorsus itaque oportebat universalem dominum Deum, salutarem manum vaganti ovi praebere; quam reapse servavit summus pastor: requisivit enim errantem, constituit nobis ovile tutum, feris impervium ac latronibus, id est ecclesiam; quam merito admirantes, cum propheta dicimus: ecce urbs munita nobisque salutaris; ponet murum et circumvallationem. Idem quoque sensus erit eius quae mox sequitur parabolae, in qua mulier ex decem quas habuit drachmas, unam amisisse dicitur; et mox lucernam accendisse; et ob inventam drachmam magnopere gavisa, eamque rem summae sibi laetitiae adscripsisse. Sic autem se habet parabola.

Mulier decem habens drachmas etc.

Ex superiore quidem parabola, in qua errabunda ovis terrestre hominum genus repraesentavit, didicimus creaturam nos esse summi Dei, qui res antea non existentes creavit. Ipse enim fecit nos, et non ipsi

πρόβατα· πεπλάνηται δὲ ἓν ἐξ αὐτῶν, τουτέστι τὸ ἐπὶ γῆς γένος, ὃ δὴ καὶ ἐζήτησεν ὁ πάντων ἀρχιποίμην, ἀφεὶς ἐν τῇ ἐρήμῳ, τῷ ἄνω τόπῳ καὶ οὐρανίῳ τῷ πλήρει γαλήνης, τὰ ἐνενηκονταεννέα· ἆρ᾽ οὖν ἀφειδήσας τῶν πολλῶν, τοῦ ἐφ᾽ ἑνὶ μόνῳ γέγονε φειδοῦς; οὐκ ἀφειδήσας· πόθεν; εἰσὶ γάρ εἰσιν ἐν ἀσφαλείᾳ, περιφραττούσης αὐτὰ τῆς πανσθενεστάτης χειρός· κατοικτείρεσθαι δὲ μᾶλλον ἐχρῆν τὸ ἀπολωλός. ἵνα μηδὲν ὁρῷτο τὸ ὑπολοιπὸς τῇ ἑτέρᾳ πληθύϊ προσεπενηνεγμένου δὲ τοῦ ἑνὸς, ἔχῃ τὸ ἴδιον κάλλος ἡ ἑκατοντάς.

Καὶ φέρε τὸ χρῆμα καὶ δι᾽ ἑτέρου παραστήσωμεν παραδείγματος, συναγορεύοντες πανταχοῦ τῇ ἀπαραβλήτῳ γαληνότητι τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ὑποκείσθω γὰρ ἐν ἑνὶ μὲν οἴκῳ διαιτᾶσθαι πολλοὺς, ἑνὶ δὲ συμβῆναι τὸ ἀῤῥωστίᾳ περιπεσεῖν· ἆρ᾽ οὖν ἐπὶ τίνι κληθεῖεν ἂν οἱ θεραπεύειν εἰδότες; οὐκ ἐπὶ μόνῳ πεσόντι εἰς ἀῤῥωστίαν; ἀλλ᾽ οὐκ ἀφειδήσαντες τῶν πολλῶν, δρῷεν ἂν τοῦτο οἱ κεκλημένοι πρὸς θεραπείαν, ἑνὶ δὲ τῷ κάμνοντι τὰς ἐκ τῆς τέχνης ἐπικουρίας δωρούμενοι, καὶ καιροῦ καὶ χρείας καλούσης εἰς τοῦτο· ἔδει δὴ οὖν ἔδει τὸν τῶν ὅλων κατεξουσιάζοντα θεὸν, τῷ πεπλανημένῳ χεῖρα νεῖμαι τὴν σώζουσαν· σέσωκεν ὁ ἀρχιποίμην· ἐζήτησε γὰρ τὸ πεπλανημένον, ἔστησεν αὐλὴν ἡμῖν ἄσυλον καὶ ἀνάλωτον καὶ θερσὶ καὶ λῃσταῖς, φημὶ δὲ τὴν ἐκκλησίαν· ἣν δὴ καὶ θαυμάζοντες, ἐκεῖνο φαμὲν τὸ διὰ τῆς τοῦ προφήτου φωνῆς *, ἰδοὺ (* Is. XXVI. 1.) πόλις ὀχυρὰ καὶ σωτήριος ἡμῖν, θήσει τεῖχος καὶ περίτειχος. Ὁ αὐτὸς δ᾽ ἂν εἴη νοῦς τῆς εὐθὺς καὶ ἐφεξῆς κειμένης παραβολῆς. ἐν ᾗ γυναῖκα φησὶ δραχμὰς ἔχουσαν δέκα, μίαν ἐξ αὐτῶν ἀπολέσαι· εἶτα λύχνον ἅψασαν καὶ εὑροῦσαν, ἡσθῆναι λίαν ἐπ᾽ αὐτῷ δὴ τούτῳ, καὶ θυμηδίας τῆς ἀνωτάτω πρόφασιν τὸ χρῆμα ποιήσασθαι· ἔχει δὲ οὕτως ἡ παραβολή.

Γυνὴ δραχμὰς ἔχουσα δέκα κ. τ. λ. v. 8.

Διὰ μὲν τῆς προτέρας παραβολῆς ἐν ᾗ (A. f. 207. B. f. 146.) πρόβατον πεπλανημένον τὸ ἐπὶ τῆς γῆς ἀπεδείκνυτο γένος, ἐμανθάνομεν ὅτι κτίσις ἐσμὲν τοῦ ἐπὶ πάντας θεοῦ, ὡς παρενεγκόντος εἰς ὕπαρξιν οὐκ ὄντα ποτέ· αὐτὸς γὰρ

ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ' ἡμεῖς κατὰ τὸ γεγραμ-
* Ps. XCIX. 3. μένον· * καὶ αὐτός μέν ἐστι ὁ θεὸς ἡμῶν, ἡμεῖς
δὲ λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα τῆς χει-
* Ps. XCIV. 7. ρὸς αὐτοῦ· * διὰ δὲ τῆς δευτέρας ταύτης, ἐν ᾗ
δραχμῇ παρεικάζεται τὸ ἀπολωλὸς, ὡς ἐκ
δέκα πάλιν, τουτέστιν ἐκ τελειότητος, ἤτοι
πληθύος τῆς ἀρτίως ἐχούσης εἰς ἀριθμόν·
(τέλειος γὰρ καὶ ὁ δέκα, τὴν ἐκ μονάδος ἀνα-
φοίτησιν ἔχων εἰς τὸν ἐπέκεινα δρόμον·) δια-
δείκνυται σαφῶς ὅτι καθ' ὁμοίωσιν καὶ κατ'
εἰκόνα γεγόναμεν τὴν βασιλικὴν, τουτέστι τὴν
τοῦ ἐπὶ πάντας θεοῦ· ἡ γάρ τοι δραχμὴ, νό-
μισμά που πάντως ἐστὶ, χαρακτῆρας ἔχον
βασιλικούς· ὅτι δὲ πεσόντες τρόπον τινὰ καὶ
ἀπολωλότες εὑρήμεθα παρὰ Χριστοῦ, καὶ
πρὸς αὐτὸν μεμορφώμεθα δι' ἁγιασμοῦ καὶ
δικαιοσύνης, πῶς ἂν ἐνδοιάσειέ τις; γεγρα-
* II. Cor. III. 18. φότος ὧδε τοῦ μακαρίου Παύλου· * " ἡμεῖς δὲ
πάντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δό-
ξαν κυρίου κατοπτριζόμενοι, τὴν αὐτὴν εἰκόνα
μεταμορφούμεθα, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν,
καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος· ,, ἐπιστέλλει
* Gal. IV. 19. δὲ καὶ Γαλάταις ὧδε· * " τεκνία, οὓς πάλιν
ὠδίνω, ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν· ,,
γέγονε δὲ τοῦ πεσόντος ἡ ζήτησις, λύχνον
ἁψάσης τῆς γυναικός· εὑρήμεθα γὰρ παρὰ τῆς
τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς σοφίας, ἥ τις ἐστὶν ὁ υἱὸς,
φωτὸς ἐν ἡμῖν ἀναλάμψαντος τοῦ θείου καὶ νοη-
τοῦ ἑωσφόρου, καὶ τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης ἀνα-
τείλαντος, καὶ διαυγαζούσης ἡμέρας, κατὰ τὸ
* II. Petr. I. 19. γεγραμμένον· * καὶ γοῦν δι' ἑνὸς τῶν ἁγίων
προφητῶν, ἔφη που θεὸς περὶ τοῦ πάντων ἡμῶν
* Is. LXII. 1. σωτῆρος Χριστοῦ· * ἐγγίζει ταχὺ ἡ δικαιοσύνη
μου ἀποκαλυφθῆναι, καὶ τὸ σωτήριόν μου ὡς
λαμπὰς καυθήσεται· καὶ αὐτὸς δέ φησι περὶ
ἑαυτοῦ, ποτὲ μὲν ὅτι ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κό-
* Ioh. VIII. 12. * Ioh. XII. 46. σμου· * ποτὲ δὲ πάλιν *, ὅτι ἐγὼ φῶς εἰς τὸν
κόσμον τοῦτον ἐλήλυθα· ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ,
οὐ μὴ περιπατήσῃ ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ' ἕξει
τὸ φῶς τῆς ζωῆς· οὐκοῦν ἐν φωτὶ σέσωσται τὸ
ἀπολωλὸς, καὶ γέγονε τοῖς ἄνω δυνάμεσι θυμη-
δία τὸ χρῆμα· χαίρουσι γὰρ καὶ αὐταὶ καὶ ἐφ'
ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· καὶ τοῦτο αὐτὸς
ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ πάντα εἰδώς· εἰ δὲ ἐφ' ἑνὶ τῶν
σωζομένων ἑορτάζουσι, τὸν θεῖον που πάντων
ἰχνηλατοῦντες σκοπὸν, καὶ ἀκαταλήκτοις εὐ-

nos, quemadmodum scriptum est. Et ipse quidem Deus noster est, nos vero populus pascui eius, et oves manus ipsius. Hac autem secunda parabola, in qua res perdita drachmae comparatur, ex illarum rursus numero denario, id est perfecto, seu plenam summam efficiente (nam perfectus est etiam denarius numerus, qui a monade sursum seriatim ducitur) demonstratur omniao, ad regalem similitudinem ac imaginem, id est Dei summi, nos esse creatos. Nam drachma nummus est, qui regium vultum gerit impressum. Quod autem lapsi quodammodo ac deperditi, a Christo inventi simus, atque ei per sanctificationem atque iustitiam conformati, quis dubitabit? ita scribente beato Paulo: « nos vero omnes revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur, de gloria in gloriam, tamquam a Domini Spiritu. » Scribit etiam in epistola ad Galatas sic: « filioli, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. » Facta est enim rei perditae conquisitio, lucernam accendente muliere. Quippe a Dei patris sapientia inventi fuimus, filio scilicet, luce in nobis incendente divino intellectuali lucifero, iustitiaeque exoriente sole, dieque illucescente, sicuti scriptum est. Et quidem per unum de sanctis prophetis ait alicubi Deus de omnium nostrûm servatore Christo: cito appropinquat iustitia mea, et misericordia mea mox revelanda est, et salutare meum ceu lampas accendetur. Ipsemet vero de se aiebat; modo quidem: ego sum lux mundi. Modo rursus: ego lux in hunc mundum veni. Qui sequitur me, non ambulabit in tenebris, sed vitae lumen habebit. Ergo in luce salvata fuit res perdita, idque supernas virtutes gaudio complevit. Nam et ipsae de uno peccatore paenitentiam agente laetantur, ut ille nos docuit qui omnia scit. Quod si vel uno salvato caelestes illi festum agunt, Dei scopum semper sectantes, perpetuisque laudibus

divinam clementiam magnificare soliti, quanta demum laetitia eos adfectos dicemus, universo terrarum orbe salvato, et per fidem in Christum ad veritatis agnitionem vocato?

Homo quidam habuit duos filios.

Partem suam postulavit prodigus, accepit, procul abiit, consumpsit. Deinde ad omnium bonorum egestatem redactus, et divinorum charismatum penuria pressus, fame veluti absumebatur, panem caelestem desiderans. Non enim in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Licet etiam accommodare parabolam ethnicis. Ait enim: homini cuidam duo erant liberi, quorum unus sobrius, alter prodigus, qui consumpta contingente sibi patrimonii portione, deinde fame urgente, glandes quibus porci vescebantur coepit gustare. Simile quiddam contigisse peccatoribus comperiemus. Aeque enim omnibus dedit creator, quasi patrimonium quoddam, naturalem ad bene agendum facultatem: sed quidam rem datam conservarunt, divinis obsequentes legibus, et naturali indole ad quamlibet honestatem pellecti. Alii autem a superna bonitate, clementia, et caritate destituti, penuriam rectorum vitae morum experti sunt, escamque habuerunt ethnicorum fabulas, quas glandium instar reputare licet, quibus parum quid dulcedinis inest, multa vero alimenti inanitas et ariditas. Profecto alebat eos Satanas ethnicorum falsis doctrinis, et praecipuorum inter ipsos vaniloquentia. Fabulae enim, nihilque aliud, quam aniles nugae sunt, illorum de iustitia praecepta. Porro est mundi sapientia, ob sermonis harmoniam, aes sonans et cymbalum tinniens. Olim itaque pascebantur ethnicorum scriptis, nullum ad vitae emendationem conferre emolumentum valentibus. Sed postquam Deum requisive-

φημίαις τῆς τοῦ σώζοντος ἡμερότητα κατακρατεῖν εἰθισμένοι, ὁποίας ἂν τις αὐτοὺς εὐφροσύνης ἀναπίμπλασθαι φαίη ἄν, ὅλης ἀνασεσωσμένης τῆς ὑπ' οὐρανὸν, καὶ διὰ τῆς ἐν Χριστῷ πίστεως κεκλημένης εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας;

Ἄνθρωπός τις εἶχε δύο υἱούς. v. 11.

Ἤτησεν ἄσωτος (1) τὸ ἐπιβάλλον· ἔλα- E. f. 227.
βεν, ἀπεδήμησεν, ἐδαπάνησεν· εἶτα ἐν ἐνδείᾳ γέγονε παντὸς ἀγαθοῦ, καὶ τῶν θεοσδότων χαρισμάτων ἐν σπάνει, καὶ οἷον λιμῷ κατεφθείρετο, τὸν ἄρτον οὐκ ἔχων τὸν ἐξ οὐρανοῦ· οὐ γὰρ ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ ζήσεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ ῥήματι ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος θεοῦ· * ἐφαρμόσειε δ' ἄν τις τὴν παραβολὴν * Matth. IV. 4.
καὶ τοῖς ἐξ ἐθνῶν· ἔφη γὰρ, ἀνθρώπῳ τινὶ δύο μὲν υἱοὺς γενέσθαι· εἶναι δὲ ἕνα μὲν αὐτῶν ἐπιεικῆ, τὸν δὲ ἕτερον ἄσωτον, ὃς δὴ καὶ κατεδηδοκὼς τὸ ἐκνεμηθὲν αὐτῷ τῆς οὐσίας μέρος, εἶτα λιμῷ πιεσθεὶς, τοῖς κερατίοις προσέβαλεν ἅπερ ἤσθιον οἱ χοῖροι· τοιοῦτόν τι πεπονθότας αὐτοὺς ἀποπεπλανημένους εὑρήσομεν· ἐν ἴσῳ μὲν γὰρ ἅπασι δέδωκεν ὁ δημιουργὸς, ὥσπερ τινὰ κλῆρον, τὴν τῆς φύσεως ἐπιτηδειότητα πρὸς τὸ ἀγαθόν· ἀλλ' οἱ μὲν διέσωσαν τὸ δοθὲν, τοῖς θείοις ἀκολουθήσαντες νόμοις, καὶ φυσικαῖς ἐννοίαις χειραγωγούμενοι πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν οὐκ ἐκτόπων· οἱ δὲ ἠμοιρηκότες εἰς ἅπαν τῆς ἄνωθεν ἡμερότητος καὶ φειδοῦς καὶ ἀγάπης, ἐν σπάνει γεγόνασι τῶν τῆς ἀρίστης ζωῆς αὐχημάτων, καὶ τροφὴν ἐσχήκασι τὰς ἑλλήνων ψευδομυθίας, ἐν τάξει κερατίων νοουμένας, οἷς ἔνεστι μὲν βραχὺ τὸ γλυκὺ, ἀτροφία δὲ πολλὴ καὶ ξηρότης· καί γε κατέβοσκεν αὐτοὺς ὁ σατανᾶς τῶν ἑλλήνων ψευδηγορίαις, καὶ τῶν τῶν παρ' αὐτοῖς λογάδων ἀνοήτοις εὐστομίαις· μῦθοι γὰρ καὶ ἕτερον οὐδὲν καὶ γραοπρεπῆ τερετίσματα τὰ παρ' ἐκείνοις εἰσὶ δικαιώματα· καὶ ἔστιν ἡ τοῦ κόσμου σοφία διὰ τὸ τῆς λέξεως εὔηχες χαλκὸς ἠχῶν ἢ κύμβαλον ἀλαλάζον· οὐκοῦν ἐτρέφοντο μὲν πάλαι τοῖς ἑλληνικοῖς συγγράμμασιν, οὐδεμίαν ὄνησιν εἰς κατόρθωσιν τῆς ἀρετῆς ἐργάσασθαι δυναμένοις· ἐπειδὴ δὲ ἐξεζήτησαν τὸν

(1) Citatur hoc fragmentum in Macarii codice catenae ad Lucam ex Cyrillo in psalmos; verumtamen quia psalmus ad quem pertinet non nominatur; huic vero loco Lucae cap. XV. 11. aptissime convenit, heic a me, prout iam fecit Macarius, retinetur.

θεὸν, καὶ ἀπὸ τῆς μακρᾶς πλάνης ἐπανῆλθον, ὡς νεκροὶ μὲν ἀνέζησαν, ὡς δὲ ἀπολωλότες εὑρέθησαν· τῶν μὲν γὰρ ἔτι πλανωμένων, καὶ τὸν φύσει θεὸν οὐκ εἰδότων, νεκρός τέ ἐστι καὶ οἱονεὶ ἀπεψυγμένος ὁ νοῦς, καὶ νεκρῶν ἔργων ἐπιμελητής· ταῦτα δὲ ἐστὶ τὰ θελήματα τῆς σαρκός· τῶν γε μὴν ἐπιστρεψάντων πρὸς θεὸν, καὶ ἐπεγνωκότων τὴν ἀλήθειαν, οὐκ ἔστι νεκρὸς ὁ νοῦς· τὴν παρὰ Χριστοῦ δὲ ζωοποίησιν πεπλουτηκὼς, ζῇ μᾶλλον, καὶ τῶν εἰς ζωὴν σπουδασμάτων ποιεῖται φροντίδα· καὶ νεκρῶν μὲν ἔργων ἀποφοιτᾷ, ἐπιθυμεῖ δὲ τῆς εἰς αἰῶνα ζωῆς, τῆς ἔν γε φημὶ τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι δοθησομένης παρὰ Χριστοῦ τοῖς πιστεύσασιν εἰς αὐτόν.

A. f. 208.a L. f. 218. b.

Δοκεῖ μέν τισι διὰ τῆς τῶν υἱῶν δυάδος, τοὺς ἁγίους ἀγγέλους κατασημαίνεσθαι, καὶ ἡμᾶς δὲ τοὺς ὄντας ἐπὶ τῆς γῆς· τὸ μὲν τοῦ πρεσβυτέρου πρόσωπον, ἅτε δὴ καὶ ζῶντος ἐπιεικῶς, τὸ τῶν ἁγίων ἀγγέλων τάγμα δηλοῦν· τὸ δέ γε τοῦ νεωτέρου τε καὶ ἀσώτου, τὸ γένος τὸ ἀνθρώπινον· εἰσὶ δὲ τῶν ἐν ἡμῖν τινὲς, οἳ δὴ καὶ ἑτέραν ἰόντες τρίβον, διὰ μὲν τοῦ πρεσβυτέρου καὶ εὖ βεβιωκότος υἱοῦ, καταδηλοῦσθαι φασὶ τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ, διὰ δέ γε τοῦ ἑτέρου, ὃς καὶ ζῆν εἵλετο φιληδόνως, καὶ ἀπεφοίτησε τοῦ πατρὸς, τὴν τῶν ἐθνῶν γράφεσθαι πληθύν· ἀπόψηφος (1) δὲ ταῖς περὶ τούτων δόξαις εἰμὶ μὲν ἐγώ· δοκιμαζέτω δὲ τὸ ἀληθὲς ὁ φιλομαθής· ὅταν μὲν γὰρ εἰς τὸ τῶν ἀγγέλων πρόσωπον ἀναγάγωμεν τὸν γνήσιον υἱὸν, οὐχ εὑρήσομεν αὐτὸν τὰς τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις πρεπούσας εἰπόντα φωνὰς, οὔτε μὴν οὕτω διακείμενον καθάπερ ἐκεῖνοι περὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας ἐξ ἁμαρτιῶν εἰς μετάνοιαν· ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ κύριος, χαρὰν εἶναί φησιν ἐν οὐρανοῖς ἐνώπιον τῶν ἁγίων ἀγγέλων, ἐφ' ἑνὶ ἀνθρώπῳ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι· ὅ γε μὴν ἐν τῇ προκειμένῃ παραβολῇ γραφόμενος υἱὸς ὡς εὐπαράδεκτος τῷ πατρὶ, καὶ ἀδιάβλητον ἐσχηκὼς τὸν βίον, ὀργισθῆναι λέγεται, καὶ ἀφιλαλλήλου γνώμης εἰς τοῦτο ἐλθεῖν, ὥστε καὶ ἐγκαλέσαι τῷ πατρὶ τὴν ἐπὶ τῷ σεσωσμένῳ φιλοστοργίαν· οὐ γὰρ

runt, et a longo errore regressi sunt; qui mortui erant revixerunt, et qui perierant inventi sunt. Certe illorum qui adhuc errant, neque verum Deum agnoscunt, emortua mens est et quasi exanimis, nec nisi operum mortuorum studiosa; cuiusmodi sunt carnis cupiditates. Illorum vero qui ad Deum sunt conversi, veritatemque agnoverunt, non est mens emortua; immo vero a Christo vivificata, vivit maxime, et utilium vitae officiorum studium gerit: a mortuis se subtrahit operibus, et aeternam vitam affectat, illam inquam, quae in futuro saeculo fidelibus suis a Christo donabitur.

Videtur nonnullis par hoc filiorum significare sanctos angelos, simulque nos terrae incolas; ita ut senioris persona, utpote qui modeste vixerit, angelorum ordinem denotet; iunioris autem et luxuriosi persona, humanum genus. Sunt etiam ex nostris aliqui, qui alia via incedentes, per seniorem quidem frugi vitae filium, designari Israhelis populum; per alterum vero, qui vivere voluptarie voluit, et a patre discessit, gentium describi multitudinem. Atqui ego ab istorum sententiis plane recedo. Quisquis vero eruditior est, veritatem exploret. Nam si ad angelorum personam sobrium illum anagogice referamus, haud comperiemus dici ab eo sanctis angelis digna verba, neque ita ut illos, adfectum erga reduces a peccatis ad paenitentiam. Namque omnium Servator ac dominus, gaudium fieri ait in caelis coram angelis sanctis, propter unum paenitentem peccatorem. At ille qui in hac parabola depingitur filius, ut patri acceptus, et inculpabili more ornatus, stomachatus dicitur, et adeo procul benivola mente fuisse, ut etiam patri exprobraverit erga salvatum filium caritatem. Non enim voluit, inquit scriptura, convivio interesse, moleste ferens, quod filius paenitens et vix

(1) Citat ex Cyrillo in Lucam hunc adamussim locum Scholiastes a me editus AA. class. T. IX. p. 451.

a culpa resipiscens, receptus esset, quod vitulus eius causa occisus, et quod amicorum sollemnem coetum propter ipsum pater convocasset. Haec angelorum, ut dixi, voto repugnant, qui laetantur Deumque canticis laudant quotiescumque mundi incolas salvari vident. Quare tum quoque cum Bethleemi nasci secundum carnem de muliere passus est filius, pastoribus laetum nuncium referebant dicentes: nolite timere vos; ecce enim nunciamus vobis gaudium magnum, quod fiet universo populo, quia natus est vobis hodie salvator Christus dominus in Davidis civitate. Hymnis autem et laudationibus natum ornantes aiebant: gloria in altissimis Deo, et in terra pax, in hominibus bona voluntas.

Sin vero quis dicat carnalem Israhelem a frugi bonoque filio significari, denuo nos ab hac comprobanda sententia deterremur, quia nullo modo dici potest de Israhele quod inculpabilem vitam sectari voluerit. In universa enim, ut ita dicam, inspirata scriptura reprehensos Israhelitas videre est. Namque ut apostatis et contumacibus dictum est Hieremiae voce: « quid invenerunt patres vestri in me iniquitatis, quia se elongaverunt a me, et ambulaverunt post vanitatem, et vani facti sunt? » His consona, Isaiae quoque ore de iisdem locutus est Deus: « appropinquat mihi populus hic oretenus, cor vero eius procul me abest. Frustra me colunt, docentes doctrinas et mandata hominum. » Iamvero his tantopere incusatis quis verba accommodet quae in parabola a fideli bonoque filio dicuntur? Ait enim: en tot annis tibi servio, mandatum tuum numquam transgressus sum. Porro Israhelitae malam sibi exprobrari vitam non audissent, nisi divinis violatis mandatis ad mores improbos fuissent conversi.

Ceteroqui et illud dicendum arbitror, quod nempe aliqui ad Servatoris nostri personam referre volunt saginatum vitulum, quem pater occidit, converso ad re-

ἠθέλησε, φησὶν, εἰς τὴν ἑστίαν εἰσελθεῖν, ἀσχάλλων ὅτι καὶ εἰσεδέχθη μετανοῶν ὁ ἀνανήψας μόλις· τέθυται δὲ καὶ ὁ μόσχος ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ὅτι τετέλεκεν ἐπ' αὐτῷ πανήγυριν ὁ πατήρ· μάχεται δὲ τοῦτο, ὡς ἔφην, τῷ σκοπῷ τῶν ἁγίων ἀγγέλων· χαίρουσι γὰρ καὶ δοξολογοῦσι θεὸν, σωζομένους ὁρῶντες τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ γοῦν, ὅτε τὴν ἐν Βηθλεὲμ ἀπότεξιν κατὰ σάρκα ἐκ γυναικὸς ὑπέμεινεν ὁ υἱὸς, τοῖς μὲν ποιμέσιν εὐηγγελίζοντο λέγοντες, μὴ φοβεῖσθε ὑμεῖς· ἰδοὺ γὰρ εὐαγγελιζόμεθα ὑμῖν χαρὰν μεγάλην, ἥτις ἔσται παντὶ τῷ λαῷ· ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτὴρ, ὅς ἐστι Χριστὸς κύριος ἐν πόλει Δαβίδ· ὑμνῳδίαις δὲ καὶ δοξολογίαις στεφανοῦντες τὸν γεγεννημένον, ἔφασκον, δόξα ἐν ὑψίστοις θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία.

Εἰ δὲ δή τις λέγοι, τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ σημαίνεσθαι διὰ τοῦ γνησίου καὶ ἐπιεικοῦς υἱοῦ, ἀφίστησι πάλιν ἡμᾶς τοῦ χρῆναι συναινεῖν τῇ τοιᾷδε δόξῃ, τὸ κατ' οὐδένα τρόπον ἁρμόσαι τῷ Ἰσραὴλ τὸ ἀκαταψέκτως ἑλέσθαι βίου· διὰ πάσης γὰρ ὡς ἔπος εἰπεῖν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, διαβεβλημένους ἔστιν ἰδεῖν· ὡς γὰρ ἀποστάτας καὶ ἀπειθεῖς, εἴρηται γοῦν πρὸς αὐτοὺς διὰ φωνῆς Ἱερεμίου· * τί εὕροσαν οἱ πατέρες ὑμῶν ἐν ἐμοὶ πλημμέλημα, ὅτι ἀπέστησαν μακρὰν ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐπορεύθησαν ὀπίσω τῶν ματαίων, καὶ ἐματαιώθησαν; συνῳδὰ δὲ τούτοις καὶ διὰ φωνῆς Ἡσαΐου περὶ αὐτῶν ἔφη που θεός· * „ ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τοῖς χείλεσιν· ἡ δὲ καρδία αὐτοῦ, πόῤῥω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ σέβονταί με διδάσκοντες διδασκαλίας ἐντάλματα ἀνθρώπων· „ εἶτα πῶς τούτοις οὕτω καταγνωσμένοις, περιθείη τίς ἂν τὰς ἐν τῇ παραβολῇ φωνὰς, ὡς παρὰ τοῦ γνησίου καὶ ἐπιεικοῦς υἱοῦ προσενηνεγμένας; ἔφη γάρ· ὅτι ἰδοὺ τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι, καὶ οὐδέποτε ἐντολήν σου παρῆλθον· ἀλλ' οὐκ ἂν ἐσχήκασι διαβεβλημένην τὴν ζωὴν, εἰ μὴ τὰς θείας παρατρέχοντες ἐντολὰς πρὸς ἐξίτηλον ἐτράποντο.

* Hier. II. 5.

* Is. XXIX. 13.

Ἄλλως τε χρῆναι γὰρ οἶμαι κἀκεῖνο εἰπεῖν· βούλονταί τινες εἰς τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πρόσωπον ἀναφέρειν τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, ὃν τέθυκεν ὁ πατὴρ κεκλιμένου πρὸς

ἐπιστροφὴν τοῦ υἱοῦ· εἶτα πῶς ὁ γνήσιος υἱὸς, ὁ σοφὸς καὶ ἐπιστήμων καὶ γεγονὼς εὐπάρεδρος, ὃν δὴ καὶ εἰς πρόσωπον τῶν ἁγίων ἀγγέλων εἰσκομίζουσί τινες, ὀργῆς καὶ λύπης ἐποιεῖτο πρόφασιν τὸ σφαγῆναι τὸν μόσχον; οὐ γάρ τι λελυπημένας κατίδοι τίς ἂν τὰς ἄνω δυνάμεις τοῦ κατὰ σάρκα θάνατον ὑπομείναντος τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἷον σφαγέντος ὑπὲρ ἡμῶν· ἔχαιρον γὰρ μᾶλλον, ὡς ἔφην, αἵματι τῷ ἁγίῳ σωζομένην ὁρῶντες τὴν ὑπ' οὐρανόν· ἀνθ' ὅτου δὴ οὖν καὶ φησὶν ὁ γνήσιος υἱὸς τὸ, ἐμοὶ οὐδέποτε ἔδωκας ἔριφον· τίνος γὰρ τῶν ἀγαθῶν ἐνδεῖ τοῖς ἁγίοις ἀγγέλοις; καί τοι πλουσίᾳ χειρὶ τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων τὴν χορηγίαν ἐκνενέμηκεν αὐτοῖς ὁ τῶν ὅλων δεσπότης· ἢ καὶ ποίας ἂν ἐδεήθησαν θυσίας ἔν γε τοῖς καθ' ἑαυτούς; οὐ γάρ που καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἔδει παθεῖν τὸν Ἐμμανουήλ· εἰ δὲ δή τις οἴοιτο, καθάπερ ἤδη προεῖπον, τὸν κατὰ σάρκα Ἰσραὴλ σημαίνεσθαι διὰ τοῦ γνησίου καὶ ἐπιεικοῦς γεγονότος υἱοῦ, πῶς ἀληθεύσει λέγων, ὅτι ἐμοὶ οὐδέποτε ἔδωκας ἔριφον; εἴτε γὰρ μόσχος εἴτε ἔριφος ὑπὲρ ἁμαρτίας θῦμα νοοῖτο Χριστὸς, ἀλλ' οὐχ' ὑπέρ γε μόνων τέθυται τῶν ἐθνῶν, ἀλλ' ἵνα καὶ αὐτὸν ἐξελεῖται τὸν Ἰσραὴλ, ἐπὶ τῇ τοῦ νόμου παραβάσει πολλὴν ὑπομείναντα τὴν κατάῤῥησιν· καὶ μαρτυρήσει γράφων ὁ σοφώτατος Παῦλος· * „ διὸ καὶ ὁ υἱὸς (1), ἵνα ἁγιάσῃ διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος τὸν λαὸν, ἔξω τῆς πύλης ἔπαθε. „

* Hebr. XIII. 12.

Τίς οὖν ἄρα ἐστὶ τῆς παραβολῆς ὁ σκοπός; πολυπραγμονήσωμεν τὴν αἰτίαν, ἐφ' ᾗ καὶ γέγονεν, εἰσόμεθα γὰρ οὕτω τὸ ἀληθές· ἔφη τοίνυν ὁ μακάριος οὗτος Λουκᾶς ἐν τοῖς ὀπίσω βραχὺ * περὶ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· ἦσαν δὲ πάντες αὐτῷ ἐγγίζοντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀκούειν αὐτοῦ· καὶ ἐγόγγυζον οἵ τε φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς, λέγοντες ὅτι οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς· κατακεκραγότων τοίνυν τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων τῆς ἐνούσης αὐτῷ γαληνότητος καὶ φιλανθρωπίας, καὶ ἐγκαλούντων αὐτῷ τὸ προσδέχεσθαί τινας τῶν ἐν βεβηλώσει ζωῆς, καὶ διδά-

* Luc. XV. 1.

ditum filio. Sed enim quomodo bonus ille filius, sapiens prudensque et perpetuus patris adsessor, quem quidem nonnulli tamquam sanctorum angelorum personam invehunt, irae dolorisque causam sumeret ex vituli occisione? Non enim doluisse quisquam comperiet supernas virtutes mortem in carne sua Christo patiente, et tamquam caeso: quia gaudebant potius, ut dixi, sancto sanguine salvatum cernentes orbem terrarum. Quin adeo frugi filius aiebat: mihi numquam saltem haedum dedisti. Nam quid bonae rei deest sanctis angelis? quandoquidem liberali manu spiritalium munerum largitionem contulit illis rerum omnium Dominus. Vel quanam per se ipsi indigebant victima? Non enim ipsorum causa pati oportuit Emmanuhelem. Quod si quis existimat, ut iam antea dixi, carnalem Israhelem significari a fideli modestoque filio, quomodo vere dicet: mihi numquam haedum dedisti? Nam sive ut vitulus sive ut haedus, victima pro peccato intelligatur Christus, non tamen propter solos ethnicos immolatus fuit, verum etiam ut Israhelem liberaret, qui ob legis transgressionem magnopere incusatus fuerat. Testis aderit Paulus: « propterea et filius, ut sanctificaret proprio sanguine populum, extra portam passus est. »

Quinam est ergo parabolae sensus? Causam scrutemur, ob quam ea dicta fuit, atque ita rei veritatem sciemus. Ait beatus hic Lucas in paulo retro scriptis de nostro omnium servatore Christo: « cuncti vero accedebant publicani et peccatores ad audiendum eum. Murmurabant vero pharisaei et scribae, dicentes: hic peccatores recipit, et cum iis manducat. » Ergo publice vituperantibus scribis ac pharisaeis ingenitam Christo mansuetudinem ac benignitatem, et exprobrantibus quod aliquot maculosae vitae homines admitteret eosque doceret; necessariam apprime ipsis

(1) Ita evidenter υἱός uterque codex A et E, non Ἰησοῦς vel κύριος ut est vulgo apud Gr. et Lat.

praedictam parabolam Christus proposuit; ex qua hoc praeclare cognoscere possumus, velle scilicet omnium Deum, hominem illum quoque qui a se numquam recesserit, vereque fidelis fuerit, et sancte vivere assuetus sit, qui denique optimus existimetur, hunc inquam patris voluntati studiose se conformare; id est cum aliqui ad paenitentiam fuerint vocati (etiamsi hi forte damnabiles valde fuissent) gaudere potius, quam hostilem adversus eos fovere dolorem.

Etenim et nos ipsi simile quiddam interdum experimur. Agunt quidam praeclaram optimamque vitam; alius vero infirmatur et vincitur, ad omne genus nequitiae prolapsus. Hic sub ipsa senectute saepe ad Deum convertitur, et peccatorum a se antea veniam petit, meliore suscepto proposito. Vel iam fortasse humanae vitae stadio abiturus divinum baptismum impetrat, et crimina delet, miserente Deo. Tum vero stomachantur interdum ob eam rem nonnulli, aiuntque: hic qui illud egit, et hoc dixit, non persolvit iudici vitae suae poenas, tamque splendida et pretiosa dignus fuit gratia, inter Dei filios adscitus est, et sanctorum gloria honoratus. Haec aliquando effutiunt quidam ex intempestiva sua pusillanimitate, non se accommodantes communis patris menti; qui laetatur valde, salvari cernens qui perierant; eosque in antiquam formam libertatemque restituit, stola primaeva exornans, et anulum illorum manui inserens, quae est liberis hominibus congrua Deoque iucunda exornatio. – Cerne enim ut ei (animae) eximiam omnimodis pulchritudinem imprimit, et inculpabilis vitae splendorem conciliat. Omni enim ornatu venustat, intellectuali videlicet ac spiritali, colentium se animas; ut singulis dici queat illud lyrâ psallentis: audi filia et vide, et reliqua.

σκεν αὐτοὺς, ἀναγκαιοτάτην αὐτοῖς ἐποιήσατο Χριστὸς τῆς προκειμένης παραβολῆς τὴν παράθεσιν, δι' ἧς ἔξεστιν ἰδεῖν ἐκεῖνο καλῶς· βούλεται γὰρ ὁ τῶν ὅλων θεὸς, καὶ τὸν εὐπάρεδρόν τε καὶ γνήσιον ἀληθῶς, καὶ βιοῦν εἰδότα σεπτῶς, καὶ τῆς εἰς ἄκρον ἐπιεικείας λαχόντα τὴν δόξαν, ἀκολουθεῖν ἐπείγεσθαι τοῖς θελήμασιν αὐτοῦ· καὶ τοῖς καλουμένοις εἰς μετάγνωσιν, κἂν εἴ τινες εἶεν τῶν σφόδρα κατεγνωσμένων, ἐφήδεσθαι μᾶλλον, ἢ γοῦν ἀφιλάλληλον ἐπ' αὐτοῖς εἰσδέχεσθαι λύπην.

Πάσχομεν γὰρ ἔσθ' ὅτε τι τοιοῦτον καὶ ἡμεῖς αὐτοί· ζῶσι μὲν γάρ τινες τὴν παγκάλην τε καὶ πανάριστην ζωήν· ἕτερος δέ τις ἀσθενεῖ καὶ ἥττηται, πρὸς πᾶν εἶδος φαυλότητος κατενηνεγμένος· εἶτα πρὸς αὐτῷ τῷ γήρᾳ πολλάκις ἐπιστρέφει πρὸς θεὸν, καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς προημαρτημένοις συγγνώμην αἰτεῖ, τῶν ἀμεινόνων γενόμενος ἐραστής· ἢ τάχα που καὶ μέλλων τὸν ἀνθρώπινον καταλύειν βίον, ἀξιοῦται τοῦ θείου βαπτίσματος, καὶ ἀποσκευάζεται τὰ ἐγκλήματα τοῦ θεοῦ κατοικτείροντος· εἶτα χαλεπαίνουσιν ἔσθ' ὅτε τινὲς ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ, καί φασιν· εἶτα ὁ τὸ δέ τι πράξας, κἀκεῖνο εἰπὼν, οὐκ ἐκτέτικε τῷ κριτῇ τῶν βεβιωμένων τὰς δίκας, καὶ ἠξιώθη τῆς οὕτω λαμπρᾶς καὶ ἀξιαγάστου χάριτος, ἐν υἱοῖς ἐγράφη θεοῦ, καὶ τῇ τῶν ἁγίων τετίμηται δόξῃ· ταῦτα γάρ ἐσθ' ὅτε παραπτύουσί τινες ἐξ ἀκαίρου μικροψυχίας, οὐχ ἑπόμενοι τῷ σκοπῷ τοῦ πάντων πατρός· χαίρει γὰρ λίαν, σωζομένους ὁρῶν τοὺς ἀπολωλότας. καὶ ἀνακομίζει πρὸς τὸ ἐν ἀρχαῖς σχῆμα, διδοὺς αὐτοῖς τὸ ἐλεύθερον, καὶ στολῇ τῇ πρώτῃ κατακαλλύνων αὐτοὺς, καὶ δακτύλιον διδοὺς εἰς τὴν χεῖρα· τοῦτο δέ ἐστιν ἐλευθέροις πρέπουσα θεοφιλὴς εὐκοσμία. — Ἄθρει (1) γὰρ ὅπως διὰ τρόπου I. f. 134
παντὸς ἐξαίρετον αὐτῇ τὸ κάλλος ἐνσημαίνεται, καὶ τῆς ἀμωμήτου ζωῆς ἐνεργάζεται τὴν φαιδρότητα· κατακαλλύνει γὰρ κόσμῳ παντὶ, νοητῷ δηλονότι καὶ πνευματικῷ, τὰς τῶν σεβομένων αὐτὸν ψυχὰς, ἵνα καὶ πρὸς ἑκά-

(1) Fragmentum hoc citatur ex Cyrillo ad Lucam in catena ad prophetas vat. cod. I. f. 134. (Confer Script. vet. T. IX. p. 741.) Heic autem a me coniecturaliter collocatur, quia sermo esse videtur de filio prodigo.

στην λέγηται τὸ διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος λύ-
Ps. XLIV. 11. ρας *, ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ τὰ λοιπά.
— Ἔσθημα δὲ ἓν τὸ εἰς τιμὴν καὶ δόξαν ἀλη-
θῆ τῷ ἱερῷ καὶ ἁγίῳ γένει Χριστὸς, κόσμημά
τε λαμπρὸν καὶ ὑπερκόσμιον τῶν τῶν ἁγίων ψυ-
χαῖς· ὅσοι γὰρ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χρι-
Gal. III. 27. στὸν ἐνεδύσασθε, φησί· * καὶ ἀληθὴς ὁ λόγος.

– Vestimentum est itaque honoris veraeque gloriae sacrosanctae genti Christus, ornatusque splendidus et supramundanus sanctorum animabus. Quicumque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, inquit scriptura; idque vere dicitur.

v. 16. Ἐπεθύμει γεμίσαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κερατίων.

Cupiebat implere ventrem suum de siliquis.

A. f. 210. b. F. f. 230. Τοιοῦτόν τι παθόντα καταθρήσαιμεν
ἂν καὶ τὸν ὡς ἐν τύπῳ παραβολῆς γραφό-
μενον ἄσωτον, ὃς τὴν πατρῴαν οὐσίαν ἐν ἀλ-
λοδαπῇ κατεδήδοκεν· ἐνδείᾳ τε τῶν ἄνωθεν
ἀγαθῶν ἐφθείρετο, καὶ λιμὸς οἷά τις τῶν
οὐρανίων αὐτὸν κατεβόσκετο μαθημάτων·
ἐπεθύμει τε χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν κερατίων
ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι, ἀλλὰ διαῤῥέουσα ἡ διά-
κενος ἡδονὴ, κενὸν αὐτὸν κατελίμπανε, καὶ
ἦν ἐν ἐνδείᾳ παντάπασιν.

Huiusmodi aliquid patientem observemus eum quem nobis parabolae figura describit luxuriosum, qui paternam substantiam in peregrina regione exhauserat, et supernorum bonorum egestate peribat. Nam penuria quaedam caelestium doctrinarum ipsum consumebat; cupiebatque satiari siliquis quas porci vorabant; sed fluxa et vana voluptas vacuum ipsum destituebat, atque omnino egestate premebatur.

v. 18. Ἀναστὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν πατέρα μου.

Surgens ibo ad patrem meum.

E. f. 238. Καὶ ὁ κύριος γὰρ κελεύων παῤῥησιάζε-
σθαι, καὶ λέγειν ἐν ταῖς προσευχαῖς, πάτερ,
ἐκεῖνο τοῖς προσευχομένοις νοεῖν δίδωσιν,
ὅτι εἰ πατέρα καλοῦμεν Θεὸν, καὶ τῆς οὕτω
λαμπρᾶς ἠξιώθημεν τιμῆς, δεῖ καὶ ἀξίως τοῦ
τετιμηκότος πολιτεύεσθαι· τοῦτο γάρ καὶ Πέ-
I. Petr. I. 7. τρος ὁ μέγας φησίν· * εἰ πατέρα ἐπικαλεῖ-
σθε, λέγων, τὸν ἀπροσωπολήπτως κρίνοντα
κατὰ τὸ ἑκάστου ἔργον, ἐν φόβῳ τὸν τῆς παροι-
A. f. 212. b. F. f. 242. κίας ὑμῶν χρόνον ἀναστράφητε. — Ἴσως
ἐρεῖς κατὰ σαυτόν· κεκηλίδωμαι διὰ πολλῆς
ἁμαρτίας· εἶτα, πῶς ἂν γενοίμην καθαρὸς
ὁ οὕτω μεμολυσμένος; ἄκουε τοιγαροῦν καὶ
τὰ παρ' ἡμῶν· οἶδας ὅτι πεπλημμέληκας
ὅλως; ὁμολογεῖς τὴν ἀσθένειαν; διαμέμνη-
σαι τῶν ὀλισθημάτων; ἐγγὺς εἶ τοῦ σώζεσθαι·
καθάρσεως γὰρ ἀρχὴ τὸ ὁμολογεῖν ἁμαρ-
Is. XLIII. 26. τίας· οὕτω καὶ γέγραπται *, λέγε σὺ τὰς
ἀνομίας σου πρῶτος, ἵνα δικαιωθῇς· οὐ γάρ
ἐστι σκληρὸς ὁ πάντων δεσπότης· οὐκ ἀμεί-
λικτος, χρηστὸς δὲ μᾶλλον καὶ φιλοικτίρμων
καὶ ἀγαθὸς καὶ εἰδὼς τὸ πλάσμα· καὶ γὰρ
μέγα καὶ ὁμολογία καὶ φυγὴ τοῦ κακοῦ· οὔ-
v. 23. F. f. 244. τως ἐδέχθη ὁ ἄσωτος. — Ἀλλὰ τίς ὁ μό-
σχος ὁ σιτευτὸς, ἢ πάντως Χριστὸς (1), τὸ

Namque et Dominus confidere iubens, atque in orationibus uti vocabulo « pater » illud ab orantibus vult intelligi, quod si patrem appellamus Deum, et tam splendidi honoris donum sumus consecuti, oportet dignam honorante Deo vitam instituere. Hoc Petrus quoque magnus ait: si patrem, inquit, invocatis eum qui sine acceptione personarum iudicat secundum uniuscuiusque opus, cum timore incolatus vestri tempore conversamini. – Fortasse tecum ipse dices: multiplici sordidatus sum peccato; quomodo mundus fiam, qui tantopere sum maculosus? Audi me igitur. Scis te omnino peccasse? morbum fateris? memor es lapsuum tuorum? iam prope a salute abes; namque emendationis initium est, peccati confessio. Sic etiam scriptum est: dic tu prior peccata tua, ut iustificeris; non enim inclemens est omnium Dominus, non inexorabilis; sed mitis atque misericors et bonus; et naturae nostrae conscius. Magnum quiddam est confessio, malique cessatio. Ita receptus fuit luxuriosus. – Quinam porro est vitulus saginatus, nisi omnino Chri-

(1) Haec in codice sub Cyrilli nomine recitantur, quamquam dictis ab eodem superius repugnare videntur. Sed in abrupto opere mirum non est videri quaedam dissoluta aut contraria.

stus, immaculata hostia, mundi peccatum auferens, immolatus atque comesus? Nam quatenus naturaliter irrationali animalique carne circumdabatur, quamquam eam sua gloria repleverat, vitulus intelligitur, expers quidem iugo peccati; saginatus autem, quatenus ante mundi constitutionem praefinitum fuerat Christi mysterium, tremenda magnaque victima, quam participare conceditur recedentibus a peccato.

ἄμωμον ἱερεῖον, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ὁ θυόμενος καὶ ἐσθιόμενος; καθ' ὃ γὰρ τὴν ἄλογον φύσιν καὶ κτηνώδη σάρκα περιεβάλετο, κἂν αὐτὴν τῶν οἰκείων αὐχημάτων πεπλήρωκε, μόσχος νοεῖται, ἀπειρόζυγος μὲν τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας. σιτευτὸς δὲ καθ' ὃ πρὸ καταβολῆς (1) κόσμου προώριστο τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον, ἡ φρικώδης καὶ μεγάλη θυσία, ἧς μετασχεῖν ἐφεῖται τοῖς ἐπανιοῦσιν ἐξ ἁμαρτίας.

Cap. XVI.

Homo quidam erat dives qui habebat villicum.

Verumtamen illud quoque studiosis dicimus, nempe parabolas nobis oblique et obscure rerum utilium demonstrationem facere, si modo ipsarum breviter et summatim sensum observemus. Non enim cunctas parabolae partes subtiliter et morose scrutari oportet, ne praeter mensuram pergens sermo, molestus fiat superfluitate sua audiendi studiosis, neque etiam nugandi copiam nonnullis suppeditet; veluti hac ipsa in parabola usuveniret. Nam si quis velit adamussim exponere, quis heic a nobis intelligendus sit homo, qui diffamatum habuit villicum, quis item hunc accusaverit, quinam debitores fuerint, et qui novas debiti sui tabulas fecerint, et curnam alius oleum, alius triticum debuisse dicatur, obscurum sane et supervacaneum faciet sermonem. Non ergo omnino omnes parabolae partes idoneae sunt ad argumenti explanationem, sed ad exemplum potius necessarii alicuius negotii sumendae sunt, quò simpliciter id demonstretur quod audientibus utile futurum sit. Est itaque parabolae sensus hic. Omnium Deus cunctos homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Idcirco et legem auxilii causa dedit, ut ait propheta. Legem autem heic dicimus, haud illam adamussim quae per Moysem ministrata fuit, sed universam potius divinitus inspiratam scri-

ΚΕΦ. Ιϛ'.

Ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον. v. 1.

Πλὴν κἀκεῖνο φαμὲν τοῖς φιλομαθέσιν, A. f. 215. B. f. 152.
ὅτι πλαγίως καὶ ἀσυμφανῶς ἡμῖν αἱ παραβολαὶ πραγμάτων ὀνησιφόρων δήλωσιν εἰσκομίζουσιν ὅταν αὐτῶν ἐν βραχεῖ καὶ συνεσταλμένως τὸν νοῦν καταθρήσωμεν· οὐ γὰρ ἅπαντα τῆς παραβολῆς τὰ μέρη πολυπραγμονεῖσθαι χρὴ λεπτῶς καὶ ἐξητασμένως, ἵνα μή τε πρὸς τὸ πέρα μέτρου βαδίζων ὁ λόγος καταλυπήσῃ τῷ περιττῷ τοὺς φιλακροάμονας, μήτε μὴν ἀδολεσχίας ὄχλον ἐνεργάσηταί τισιν· οἷον καὶ ἐπὶ τῆς προκειμένης παραβολῆς· εἰ γὰρ βούλοιτό τις διαξανοῦν, τίς μὲν ἂν νοηθείη πρὸς ἡμῶν ὁ ἄνθρωπος, ὁ τὸν διαβεβλημένον ἔχων οἰκονόμον, ἢ καὶ τίς ἂν εἴη τυχὸν ὁ διαβεβληκὼς αὐτόν, τίνες δὲ καὶ οἱ τοῖς ὀφλήμασιν ἔνοχοι, καὶ τὰς τῶν ὀφλημάτων ποιοῦντες ἀποκοπάς, καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν ὁ μὲν ἔλαιον, ὁ δὲ σῖτον ἐποφλῆσαι λέγεται, σκοτεινὸν ἅμα καὶ περιττὸν ἀποτελέσει τὸν λόγον· οὐκοῦν οὐ πάντῃ τε καὶ πάντως ἅπαντα τῆς παραβολῆς τὰ μέρη τῇ τῶν δηλουμένων εἰσὶ θεωρίᾳ χρήσιμα, εἰς εἰκόνα δὲ ληφθεῖεν ἂν ἀναγκαίου πράγματος ἀμυδρῶς ὑποφαίνουσαν τὸ τελοῦν εἰς ὄνησιν τοῖς ἀκροωμένοις· ἔστι τοίνυν τῆς παραβολῆς τοιοῦτος ὁ νοῦς· ὁ τῶν ὅλων θεὸς πάντας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· * ταύ- * I. Tim. II. 4
τῃ τοι καὶ νόμον εἰς βοήθειαν ἔδωκε, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν· * νόμον δὲ φαμὲν ἐν τού- * Is. VIII. 20
τοις, οὐχὶ δή που πάντως τὸν διακονηθέντα διὰ Μωϋσέως, ἅπασαν δὲ μᾶλλον τὴν θεό-

(1) Haud recte Corderius in latina catena: *in mundi restaurationem praefinitum fuit* etc.

πνευστὸν γραφὴν, δι' ἧς ἔνεστι μαθεῖν τὴν εὐθὺ παντὸς ἀγαθοῦ καὶ σωτηριώδους πράγματος ἀποκομίζουσαν τρίβον· βούλεται τοίνυν ὁ τῶν ὅλων δεσπότης, ὁλοτρόπως ἡμᾶς τοῖς εἰς ἀρετὴν ἀνακεῖσθαι σπουδάσμασι, καὶ διαβιοῦν ἑλέσθαι σπουδαίως καὶ ἁγίως, ἀπαλλάττοντας ἑαυτοὺς τῶν τοῦ παρόντος βίου περισπασμῶν, ἵνα εὐπαρέδρως καὶ ἀπερισπάστως ὑπηρετῶμεν αὐτῷ· καὶ γοῦν διὰ μὲν τῆς τοῦ ψάλλοντος λύ-
* Ps. XLV. 11. ρας*, σχολάτατε φησὶ καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ θεός· δι' ἑαυτοῦ δὲ πάλιν ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ τοῖς τὸν πλοῦτον ἔχουσι τὸν ἐπὶ τῆς γῆς,
* Luc. XII. 33. πωλήσατε φησὶ* τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δότε ἐλεημοσύνην, ποιήσατε ἑαυτοῖς βαλάντια μὴ παλαιούμενα, θησαυρὸν ἀνέκλειπτον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· καὶ ἡ μὲν ἐντολὴ σωτήριος, ἀσθενὴς δὲ λίαν ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, καὶ ἀεί πως προσπέπηγε τοῖς γεωδεστέροις· καὶ τοῦτο
* Luc. XVIII. 24. 25. εἰδὼς αὐτὸς ὁ σωτὴρ ἔφησε που περὶ αὐτῶν·* πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· καὶ πάλιν· εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· ἕως γὰρ ἔστι τις ἐν τῷ πλουτεῖν καὶ τρυφᾶν, ἀνεπιτήδευτον ἔχει τὴν εἰς θεὸν εὐσέβειαν.

A. f. 215. b. Ἆρ' οὖν οὐδὲ μία τοῖς πλουτοῦσι σωτηρίας ὁδὸς, ἀλλὰ πῦρ αὐτοῖς ηὐτρέπισται, τὸ τῷ διαβόλῳ πρέπον καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ; οὐ μὲν οὖν· ἰδοὺ γὰρ ἰδοὺ πρόφασιν αὐτοῖς σωτηρίας ἀνέδειξεν ὁ σωτὴρ διὰ ταύτης τῆς παραβολῆς· ἐθαῤῥήθησαν, μὲν ἐπὶ τῆς γῆς πλοῦτον ἀφέντος αὐτοῖς ἀνεξικάκως τοῦ ἐπὶ πάντων θεοῦ· πλὴν κατά γε τὸν ἐνόντα σκοπὸν αὐτῷ οἰκονόμοι τινὲς τίθενται τῶν πτωχευομένων· οἰκονόμοι δὲ λέγονται παρὰ τὸ τὰ οἰκεῖα ἑκάστῳ νέμειν (1)· ἀλλ' οἰκονομοῦσιν οὐκ ὀρθῶς, οἱονεὶ σκορπίζοντες τὰ δοθέντα αὐτοῖς παρὰ τοῦ δεσπότου· μόναις γὰρ ταῖς ἑαυτῶν δαπανῶσι τρυφαῖς, καὶ προσκαίρους ὠνοῦνται τιμὰς, ἀμνημονοῦντες θεοῦ λέγον-
* Deut. XV. 8. τος*, ἀνοίγων ἀνοίξεις τὰ σπλάγχνα τῷ ἀδελφῷ σου, τῷ ἐπιδεομένῳ ἐν σοί· καὶ μὴν
* Luc. VI. 36. καὶ αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ*, γίνεσθε οἰκτίρμονες, καθὼς καὶ ὁ πατὴρ

pturam, cuius ductu cognoscere possumus boni cuiuslibet salutarisque negotii rectam viam. Vult ergo omnium Dominus, omnimodis nos ad virtutis studia incumbere, et sobrium sanctumque vitae genus sectari, avertentes nos ab huius mundi sollicitudinibus, ut Deo adsidue constanterque serviamus. Quare etiam per melodi lyram, vacate inquit et scitote quoniam ego sum Deus. Ipse autem ore proprio omnium Servator divitibus terrae alibi ait: vendite quae possidetis, et date eleemosynam; facite vobis crumenas non veterascentes, thesaurum indeficientem in caelis. Profecto hoc praeceptum salutare est, sed infirma admodum humana mens est, semperque fere in terrenis defixa. Cuius rei conscius ipse Servator aliquando de iis aiebat: quam difficile qui pecunias habent intrabunt in regnum Dei! Et rursus: facilius est camelum (funem) per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei. Nam quamdiu aliquis ditescendo et deliciando occupatur, pietati erga Deum excolendae ineptus est.

Ergone nulla superest divitibus salutis via, sed ignis eis paratus est, qui diabolo et angelis eius debetur? Minime gentium. Ecce enim ipsis salutis consequendae rationem hac parabola ostendit Servator. Confidunt hi sane, quod divitias sibi fruendas summus Deus indulgenter concesserit. Reapse tamen iuxta Dei mentem, oeconomi veluti pauperum constituti sunt: oeconomi autem dicuntur a sua cuique distribuendo. Sed non recte oeconomiam gerunt, tradita ipsis a domino quodammodo dissipantes: suis enim tantum ministrant deliciis, temporales emunt honores, obliti Dei dicentis: aperiendo aperies viscera erga fratrem tuum, erga indigentem qui apud te versatur. Immo et communis servatoris Christi negligentes praeceptum: estote misericordes, sicut et pater vester caelestis

(1) Observa vocabuli οἰκονόμος apud Cyrillum etymologiam, non ab οἶκον, sed ab οἰκεῖα νέμειν.

misericors est. Sed nullam hi, ut dixi, rationem habent misericordiae fratribus debitae: unicum ipsis studium est fastus sui. Hoc eos apud omnium Dominum accusavit. Porro necesse omnino est, eosdem villicatione excidere, adveniente morte, et rebus humanis eximente. Quippe inevitabile homini est mortis rete. Quid ergo ab eis fieri Christus vult? Quamdiu in hoc mundo sunt, si non cunctas velint opes suas pauperibus diribere, attamen nonnullos saltem sibi amicos conciliare iubet, compluresque benignitatis suae testes, id est beneficiis adfectos; ut cum eos terrenae divitiae destituent, locum aliquem nanciscantur in istorum tabernaculis. Nam prorsus fieri nequit ut absque mercede discedat pauperum amator: sed sive universa bona sua his impertitus fuerit, sive partim, sine dubio animae suae bene fecerit.

ὑμῶν ὁ οὐράνιος οἰκτείρμων ἐστίν· ἀλλ' οὐδεὶς αὐτοῖς, ὡς ἔφην, τοῦ κατοικτείρειν ἀδελφοὺς ὁ λόγος, μόνης δὲ ποιοῦνται φροντίδα τῆς ἑαυτῶν ἀγερωχίας· τοῦτο διαβέβληκεν αὐτοὺς παρὰ τῷ πάντων δεσπότῃ· δεῖ δὲ πάντως αὐτοὺς ἀποπεσεῖν τῆς οἰκονομίας ἐπιπηδῶντος θανάτου, καὶ τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ἐξελκότος· ἀδιάφυκτον γὰρ ἀνθρώπῳ παντὶ τοῦ θανάτου τὸ λίνον· τί οὖν ἄρα δρᾶν αὐτοὺς βούλεται Χριστός; ἕως εἰσὶν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, κἂν εἰ μὴ πάντα βούλοιντο τὸν ἑαυτῶν πλοῦτον διανεῖμαι πτωχοῖς, κἂν γοῦν ἐκ μέρους κατακτήσασθαι φίλους, καὶ πολλοὺς τῆς εὐσπλαγχνίας μάρτυρας, τοὺς εὖ πεπονθότας δηλονότι· ἵνα ὅταν αὐτοὺς ὁ ἐπίγειος ἐκλείπῃ πλοῦτος, ἔχωσί τινα τόπον ἐν ταῖς ἐκείνων σκηναῖς· καὶ γάρ ἐστι τῶν ἀμηχάνων ἄμισθον γενέσθαί ποτε τὸν φιλόπτωχον, ἀλλ' εἴτε ἅπαντά τις τὸν ἑαυτοῦ πλοῦτον διαδοίη τισὶν, εἴτ' οὖν ἐκ μέρους, ὀνήσει πάντως τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

Qui fidelis est in minimo, et in maiori fidelis est.

Crebro interdum universalis Servator eosdem facit sermones, variisque circa idem argumentum exemplis utitur, ut plena dictorum suorum notitia audientium mens imbuatur. Contemplare vero mecum denuo supradictae lectionis vim. Porro mihi videtur ante omnia illud cognitu utile, undenam oratio huiusmodi occasionem ceperit: sic enim propositorum verborum sententia inclarescet. Monebat itaque divites Christus ut benignitatem erga pauperes apprime adamarent, et in caelo thesaurizarent, futuraeque felicitati consulerent. Sed enim satis, ceu suapte natura Deus, compertam habebat humanae mentis ad egregium quodlibet bonumque opus tarditatem; quodque nimio divitiarum amore capti, et huius cupiditatis tyrannide omnino oppressi, nullam egentibus impertituri essent misericordiam. Quod igitur hoc animi habitu affecti, nullum spiritale Dei donum essent recepturi, manifestissimis demonstrat exemplis dicens: qui fidelis est in minimo, in maiore quoque fidelis est,

Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι. v. 10.

Συχνῶς ἔσθ' ὅτε ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ τοὺς αὐτοὺς ποιεῖται λόγους, καὶ διαφόροις περὶ τοῦ αὐτοῦ θεωρήματος κέχρηται παραδείγμασιν, ἵνα πρὸς σύνεσιν ἀκριβῆ τῶν παρ' αὐτοῦ λεγομένων, ὁ τῶν ἀκροωμένων ἐμβιβάζηται νοῦς· ἄθρει δέ μοι πάλιν τῶν προκειμένων ἀναγνωσμάτων τὴν δύναμιν· δοκεῖ δέ μοι καὶ πρό γε τῶν ἄλλων, ἐκεῖνο χρησίμως κατιδεῖν, τίνας ὅλως ὁ τοιόσδε λόγος ἔχει τὰς ἀφορμάς· ἔσται γὰρ οὕτως εὐσύνοπτος τῶν προκειμένων ὁ νοῦς· ἐδίδασκε τοίνυν τοὺς ἐν πλούτῳ Χριστὸς ἀγαπᾶν ὅτι μάλιστα τὴν φιλοπτωχίαν, καὶ θησαυρίζειν ἐν οὐρανῷ, καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον εὐημερίας ποιεῖσθαι πρόνοιαν· ἀλλ' εὖ ἠπίστατο θεὸς ὢν φύσει, τῆς ἀνθρώπου διανοίας τὸν ὄκνον, τὸν ἐπὶ παντὶ σπουδαίῳ τε καὶ ἀγαθῷ πράγματι, καὶ ὡς φιλόπλουτοι λίαν ὄντες, καὶ τῷ τοιῷδε πάθει τυραννούμενοι παντελῶς, οὐδένα τοῖς πτωχευομένοις νέμουσιν ἔλεον· ὅτι τοίνυν τοῖς οὕτως ἔχουσι γνώμης, οὐδὲν ὑπάρξει τῶν παρὰ θεοῦ χαρισμάτων, δῆλον δὲ ὅτι πνευματικῶν, ἐξ ἐναργεστάτων παραδειγμάτων διαδείκνυσι λέγων, ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ

A. f. 217. B. f. 154.

πιστός ἐστι, καὶ τὰ ἑξῆς· λῦσον ἡμῖν δέσποτα τὸ ζητούμενον, ἄνοιξον ἡμῶν τὸν καρδίας τὸν ὀφθαλμόν· ἄκουε τοίνυν σαφῶς τε καὶ ἀκριβῶς, ὅπερ ἔφη· εἰ ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, φησὶ, τὸ ἀληθινὸν τίς δώσει ὑμῖν; ἔστι δὴ οὖν τὸ ἐλάχιστον, ὁ ἄδικος μαμωνᾶς. τουτέστιν ὁ ἐπίγειος πλοῦτος, ἐξ ἁρπαγῆς ἔσθ᾽ ὅτε καὶ πλεονεξίας συνειλεγμένος· τοῖς γε μὴν εὖ εἰδόσι βιοῦν, καὶ τὴν εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδα δεδιψηκόσι, καὶ ἀποφέρουσι μὲν τῶν ἐπιγείων τὸν νοῦν, φρονοῦσι δὲ μᾶλλον τὰ ἄνω, καταλογισθείη ἂν παντελῶς οὐδὲν ὁ ἐπίγειος πλοῦτος, ἀλλ᾽ εἰς τοὺς ἐνδεεῖς ὅλον δαπανήσουσι, καλῶς αὐτὸν οἰκονομοῦντες· τοῦτο οἶμαι ἐστὶ τὸ ἐν ὀλίγῳ γενέσθαι τινὰ πιστὸν, τὸ τοῖς ἐν ἐσχάτῃ ταλαιπωρίᾳ τὴν ἀπό γε τῶν ὄντων διανέμειν ἐπικουρίαν· εἰ οὖν ἐν ὀλίγῳ γεγόναμεν ἄπιστοι, πῶς ἂν λάβοιμεν παρ᾽ αὐτοῦ τὸ ἀληθινόν; τουτέστι τῶν θείων χαρισμάτων ἀμφιλαφῆ χορηγίαν, ψυχὴν ἀνθρώπου κατακαλλύνουσαν, καὶ τὸ θεῖον αὐτῇ κάλλος ἐγγράφουσαν.

B f. 154. b. Ὅτι δὲ εἰς τοῦτο βλέπει καὶ τέτραπται τῶν τοῦ σωτῆρος ῥημάτων ὁ σκοπὸς, καὶ διὰ τῶν ἐφεξῆς εἰδείη τίς ἂν εὖ μάλα· ἔφη γὰρ, εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς δώσει ὑμῖν; ἀλλότριον δὲ εἶναι φαμὲν, τὴν τῶν χρημάτων περιουσίαν· οὐ γὰρ γεγεννήμεθα μετὰ πλούτου, γυμνοὶ δὲ μᾶλλον· καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν ὅτι κατὰ τὸ γεγραμ-
* I. Tim. VI. 7. μένον *, οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, οὐδὲ ἐξενεγκεῖν τι δυνάμεθα· γενώμεθα οὖν πιστοὶ ἐν τῷ μικρῷ τούτῳ καὶ γηΐνῳ πλούτῳ, ὃς ἐλάχιστός ἐστι καὶ οὐδὲν, ὅτι ῥευστός· καὶ μὴ σφετεριζώμεθα τὰ εἰς κοινὴν τῶν ἀδελφῶν χρείαν δοθέντα ἡμῖν· ὥστε ἄδικον τὸν πλοῦτον ποιεῖν, διὰ τὸ κατέχειν αὐτὸν, καὶ ταῦτα, ἀλλότριον ὄντα· τὸ μὲν, ὅτι οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν· τὸ δὲ, ὅτι τῶν πτωχῶν ἐστίν· ἵνα τὸν ἡμέτερον θεῖον καὶ οὐράνιον πλοῦτον πιστευθῶμεν, τὸν ἀληθινὸν καὶ μένοντα· ἀλλότριον μὲν γὰρ ἀνθρώπου παντὸς φυσικῶς, τὸ πλουτεῖν· ἔξωθεν γὰρ προσγίνεται καὶ ἐπισυμβαίνει τισί· κἂν ἀποσυμβῇ καὶ ἀπόλοιτο, παραβλάψοι ἂν οὐδὲν παντελῶς τοὺς τῆς ἀνθρώπου φύσεως λόγους·

et reliqua. Solve nobis, Domine, hanc quaestionem, aperi nobis cordis oculum. Audi itaque clare accurateque quid dixerit: si in iniquo mamona fideles non fuistis, ait, ea quae vere bona sunt quis dabit vobis? Est itaque minimus, iniustus mamonas, id est terrenae divitiae, raptu interdum et violentia collectae. At ii qui bene vivere sciunt, et futurarum rerum spem quodammodo sitiunt, quique a terrenis mentem avertunt, et superna magis cogitant, hi inquam nullius pensi habent terrenas divitias, sed eas in egenos cunctas absumunt, recte sic illas administrantes. Hoc esse existimo, in re parva aliquem esse fidelem; nempe in extrema miseria positis, rei familiaris subsidia suppeditare. Si ergo in re parva infideles fuimus, quomodo a Deo accipiemus quod verum est, id est divinorum donorum uberem largitionem, quae hominis animam ornat, eique divinam venustatem adpingit?

Quod autem huc spectet, eoque tendat verborum Servatoris scopus, ex sequentibus etiam satis quisque cognoscet. Dicit enim: si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? alienum porro appellari dicimus, pecuniae affluentiam: neque enim divites nati sumus, sed nudi potius. Vereque, iuxta scripturam, dicitur quod nihil intulimus in hunc mundum, neque hinc auferre quid possumus. Ergo fideles simus in his exiguis terrenisque divitiis, quae revera minimae sunt et nullae, quia dilabuntur: neque propria faciamus, quae ad communem fratrum usum data sunt nobis. Quamobrem iniustum est opes colligere, si quis eas retinere velit, praesertim cum sint alienae, tum quia nos nihil nascentes intulimus, tum quia hae reapse pauperum sunt. Sic nostrae divinae caelestesque divitiae tradentur nobis, verae inquam et manentes. Profecto alienum naturaliter ab homine est, ditescere; quod quidem aliquibus extrinsecus accidit et supervenit: et si forte dilabatur ac pereat,

nihil prorsus humanam rationem laedet. Non enim quia divites, idcirco rationales sumus, vel cuivis bono operi idonei; sed ipsa naturae habitudo, harum virtutum capax est, eaque revera nostra est. Nam sicut beatus scribit Paulus, creati ad opera bona fuimus, quae praeparavit Deus ut in illis ambulemus. Quum ergo in alieno, id est in iis quae extrinsecus accesserunt, infideles aliqui fuerint, quomodo sua accipient? id est quomodo divinitus data bona participabunt? Vel quomodo adipiscemur sacram illam atque admirabilem venustatem, quam in hominum animabus depingit Deus, dum ipsas ad formam suam componit? Sic enim initio fuimus. Age vero quod impossibile sit, unum eumdemque hominem in contraria studia dividi, et tamen inculpatim vivere, demonstrat dicens:

Nemo servus potest duobus dominis servire.

Similitudo haec clara et explorata est, et proposito argumento aptissima; immo totius sermonis conclusio fit in sequentibus: non potestis Deo servire et mamonae. Nam si quis fiat, inquit, duorum dominorum servus contrariis voluntatibus praeditorum, et inconciliabilem mutuo sententiam gerentium, quomodo poterit utrique placere? Nam divisus inter amborum placita, utriusque voluntati repugnat. Prorsus enim necesse est malum simul et bonum videri. Ergo si uni voluerit esse fidelis, alterum inquit odio habebit. Superest igitur ut impossibile sit Deo simul servire ac mamonae. Ergo unice ad alterum studia omnia nostra vertamus, multum valere iusso mamona. Ita enim nos magnus magister docet.

Pharisaei, qui erant avari, deridebant eum.

Sicut morbi corporum vehementiores, remediorum adiutoria non admittunt, ac medicinam veluti fugiunt; et cum aliquis profutura exhibet, gravius exasperantur, et quasi indignantur blandienti arti; sic

οὐ γὰρ ἔν γε τῷ εἶναι πλούσιοι, λογικοί τέ ἐσμεν, καὶ ἁπάσης ἀγαθοεργίας ἐπιστήμονες, ἀλλ' ἡ τῆς φύσεως ἐπιτηδειότης, δεκτικὴ τῶν τοιούτων ἐστὶν, ὅπερ ἐστὶν ἡμέτερον· ὡς γὰρ ὁ μακάριος γράφει Παῦλος *, * Ephes. II. 10.
ταῦτα οὕτως γίνοιτο· μὴ δ᾽ αὖ περὶ τὴν πί-
στιν ἀσθένειαν νομίζειν εἰ μὴ ταῦτα ἰσχύει·
ἀλλ᾽ ἔστω τὸ χρήσιμον τὸ πρὸς ὠφέλειαν
ἀληθινὴν, καὶ ἡ δύναμις οὐκ ἀπολείψεται.

v. 7. Τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων ἀροτριῶντα
ἢ ποιμαίνοντα;

A. f. 231. b. C. f. 143. b. Ἐν τοῖς ἤδη παρῳχηκόσι πολὺς αὐτῷ
καὶ μακρὸς συμπεπέρασται λόγος, τὰς τῆς εὐ-
δοκιμήσεως καταδεικνύντι τρίβους, καὶ τῆς ἀνε-
πιλήπτου ζωῆς ἐμφανίζοντι τὰ αὐχήματα·
ἵνα δι᾽ αὐτῶν ἐρχόμενοι, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν
τῶν τεθαυμασμένων ἐπὶ πολλῇ προθυμίᾳ βα-
δίζοντες, εἰς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως
* Philip. III. 14. καταντήσωμεν· * ἀλλ᾽ ἐπειδὴ πέφυκέ πως ἀεὶ
ὁ ἀνθρώπινος νοῦς καταφέρεσθαι εἰς φιλο-

napis parem haberetis, id est calidam ac ferventem, diceretis huic sycomoro, eradicare hinc in mare, et vobis obtemperaret. Nam qui Christo confidit, propriis viribus non audet, sed omnia accepta refert ei a quo sua omnia bene queunt constitui. Sine dubio itaque cuncta in animabus bona Christus perficit. Sed tamen opus est nosmet comparemus, ut huiusmodi gratiae capaces simus. Nam si, quod a Deo plantatum fuit firmisque radicibus terrae defixum, virtus fidei commovet, prorsus quisque dicet nihil sic esse immobile quod fides non queat subruere, si certe illud dimoveri necesse sit. Quamobrem et tellus apostolis orantibus mota fuit, ut in illorum actibus narratur. Constat etiam e contrario fidem res commotas sistere, veluti fluvialis agminis celerrimum impetum, et discurrentium in caelo siderum iter incessabile. Sed tamen illud sedulo observandum est, Deum non solere vanum stuporem, neque inutilem admirationem excitare; nam procul haec sunt divina substantia, quia nec fastosa est nec pompatica, sed omnia ad veritatem utilitatemque et salutem hominum revocat. Haec autem aio, ne quisquam a sacra fide divinaque virtute exigat elementorum puta commotiones, aut montium vel arborum translationes: neque fiat irreligiosus, quasi haec mendax oratio fuerit, nisi ita evenerit; neque fidei infirmitati tribuat, quasi haec efficere non potuerit. Sit modo aliquid opportunum, et veram spectans utilitatem; tunc sane vis non deerit.

Quis vestrum habens servum arantem
aut pascentem?

In superioribus longum fecit Dominus sermonem ut demonstraret probitatis viam, et inculpatae vitae prae oculis gloriam exponeret; ut ita nos gerentes, quodlibet opus optimum alacriter adgredientes, ad supernae vocationis praemium perveniamus. Attamen natura comparatum est, ut mens humana ad vanae gloriae cupiditatem semper rapiatur, atque hoc morbi ge-

nere perquam facile laboret. Causa mali saepe est, quod optimis interdum actibus promeruisse se Deum existimat. Est vero hoc pessimum Deoque maxime invisum vitium. Namque in hanc usque opinionem exitiosus serpens nonnullos pertrahit, ut ferme existiment deberi sibi a Deo superna praemia, postquam puram probatamque vitam exegerint. Ut pravis huiusmodi nos arceat perturbationibus, exempli causa, praedictarum lectionum tenorem proponit. Quippe his verbis docet, herilis potestatis hanc esse propriam conditionem, ut semper ceu sibi debitum exigat servorum obsequium. Non enim gratiam, inquit, habebit herus famulo, etiamsi hic omnia quae servile decent officium praestiterit.

Heic mecum observa, etiam discipulos, immo omnes qui sceptro subsunt communis nostri servatoris Christi, ad laboris studium exacui; neque tamen ceu gratiam ei famulitium exhibendum, sed tamquam debito famulorum officio eidem esse obsequendum. Sic etiam extinguitur maledictus vanae gloriae morbus. Nam si debita facis, cur superbia tumes? non considerans, quod non facienti quod debes, periculum imminet; facienti, nulla per se gratia debetur. Quod probe intelligens sciensque mirabilis servus Paulus: « si evangelizavero, inquit, non est mihi gloria; necessitas enim mihi incumbit. Vae autem mihi, si non evangelizavero! » Et rursus: « debitor sum praedicandi doctrinam graecis ac barbaris, sapientibus et insipientibus. » Si ergo probus fuisti, et divina observasti praecepta, ac domino morem gessisti, ne postules a Deo tamquam rem debitam praemia; ora potius, benignitatem eius expostulans. Tecum reputa, heros inter homines haud gratiam habere, quoties aliqui servorum imperatum ipsis praestiterint famulitium; sed expromendo erga fideles famulos liberalitatem, saepe horum benivolentiam captare, maioremque eisdem ala-

δοξίαν, καὶ τὴν εἰς τοῦτο ῥοπὴν ἑτοιμότατα νοσεῖν· ἀφορμὴ δὲ τοῦ πάθους αὐτῷ γίνεται πολλάκις τὸ ἐπί τισι τῶν ἀρίστων ἀνδραγαθημάτων εὐδοκιμῆσαι παρὰ θεῷ· παγχάλεπον δὲ τοῦτο καὶ θεῷ κατεστυγημένον· καταφέρει γὰρ εἰς τοῦτο γνώμης ἔσθ᾽ ὅτε τινὰς ὁ ἀρχέκακος δράκων, ὡς οἴεσθαι τάχα που, καὶ ὀφείλειν αὐτοῖς τὸν θεὸν τὰς ἀνωτάτω τιμὰς, ὅταν εὐκλεᾶ καὶ εὐδόκιμον ἔχωσι τὴν ζωήν· ἵνα τῶν τοιούτων ἡμᾶς ἀπαλλάξῃ παθῶν, ὡς ἐν τάξει παραδείγματος τῶν προκειμένων ἀναγνωσμάτων τὴν δύναμιν ποιεῖται· διδάσκει γὰρ διὰ τούτων, ὅτι τῆς δεσποτικῆς ἐξουσίας ἡ δύναμις, ὡς ὄφλημα πανταχοῦ παρὰ τῶν οἰκετῶν ζητεῖ τὴν ὑποταγήν· οὐ γὰρ χάριν φησὶν ὁμολογήσει ὁ δεσπότης τῷ οἰκέτῃ, κἂν εἰ γένοιτο παρ᾽ αὐτοῦ πᾶν ὅπερ ἔδει γενέσθαι, κατά γε τὸ τῆς δουλείας πρέπον.

Ἐνταῦθα μοι βλέπε καὶ εἰς φιλεργίαν ἀκονωμένους τοὺς μαθητὰς, ἤγουν ἅπαντας τοὺς ὑπὸ σκῆπτρα κειμένους τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ οὐχ᾽ ὡς χάριν νέμοντας αὐτῷ τὴν δουλείαν, ἀλλ᾽ ὡς ὄφλημα κατατιθέντας τὸ πρέπον οἰκέταις, τὴν ὑποταγήν· ἀναιρεῖται δὲ διὰ τούτου, καὶ τῆς ἐπαράτου φιλοδοξίας ἡ νόσος· εἰ γὰρ ὀφειλόμενα ποιεῖς, τί μέγα φρονεῖς; οὐχ᾽ ὁρῶν ὡς μὴ πληρώσαντι μὲν τὸ ὀφειλόμενον, κίνδυνος· πληροῦντι δὲ, χάρις οὐδὲ μία· ὅπερ καλῶς συνεὶς καὶ μεμαθηκὼς ὁ θαυμάσιος οἰκέτης Παῦλος, ἐὰν εὐαγγελίζωμαι φησίν *. οὐκ ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται· οὐαὶ δέ μοι, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι· καὶ πάλιν· * ὀφειλέτης εἰμί φησι τοῦ κηρύγματος τῆς διδασκαλίας, ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, σοφοῖς τε καὶ ἀνοήτοις· εἰ γέγονας τοίνυν εὐδόκιμος, καὶ τὰς θείας τετήρηκας ἐντολὰς, καὶ ὑπήκουσας τοῦ δεσπότου, μὴ ἀπαίτει θεὸν ὡς ὄφλημα τὰς τιμὰς, πρόσιθι δὲ μᾶλλον τὰ ἐκ φιλοτιμίας αἰτῶν· ἐννόησον ὅτι οἱ καθ᾽ ἡμᾶς δεσπόται, οὐχ᾽ ὁμολογοῦσι χάριν, ὅτάν τινες τῶν οἰκετῶν τὴν τεταγμένην αὐτοῖς ἀποπεραίνωσι θεραπείαν, ἐκ φιλοτιμίας δὲ πολλάκις τὰς τῶν γνησίων εὐνοίας ἀνακτώμενοι, ἁδροτέραν αὐτοῖς τὴν προθυμίαν τίκτουσιν·

* I. Cor. IX. 16.

* Rom. I. 14.

οὕτω καὶ ὁ θεὸς ἀπαιτεῖ μὲν ἡμᾶς τὴν δουλείαν, λόγῳ τῆς δεσποτείας χρώμενος. ἐπεὶ δέ ἐστιν ἀγαθὸς καὶ φιλότιμος, καὶ γέρα τοῖς κάμνουσιν ἐπαγγέλλεται· ὑπερνήχεται δὲ τοὺς ἱδρῶτας τῶν ὑποζυγμένων, τῆς φιλοτιμίας τὸ μέγεθος· καὶ πιστώσεται
* Rom. VIII. 18. γράφων Παῦλος * " οὐκ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ, πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς· ,, καὶ οἰκέτας ὄντας, υἱοὺς ὀνομάζει, καὶ τῇ πρεπούσῃ τέκνοις τιμῇ στεφανοῖ· ὅρα δὲ ὅτι πρῶτον τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ἀρόσαντα, οὕτω χρὴ ἀλλήλους ποιμαίνειν· ὃς γὰρ οἰκίας καλῶς οὐκ οἶδε προστῆναι, πῶς ἐκκλησίας ἐπιμε-
* I. Tim. III. 5. ληθήσεται *;

v. 12. Ἀπήντησαν αὐτῷ λεπροὶ ἄνδρες.

A. f. 232. C. f. 143. b. Πάλιν ἡμῖν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν ἐμφανῆ καθίστησιν ὁ σωτήρ, καὶ διὰ τῆς θεοπρεποῦς μεγαλουργίας ἔρχεται σαγηνεύων εἰς πίστιν τὸν ἀκάρδιον Ἰσραήλ· ἀλλ' ἦν καὶ οὕτως σκληρός τε καὶ ἀπειθής· εἶτα, ποῖος αὐτοῖς ἐπικουρήσει λόγος ἐν ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, τὴν διὰ Χριστοῦ σωτηρίαν οὐκ ἀνασχομένοις λαβεῖν; καὶ μάλιστα, ὅτι αὐτήκοοι γεγόνασι τῶν παρ' αὐτοῦ λόγων, καὶ θεωροὶ τῶν παραδόξων καὶ ὑπὲρ λόγον ἐνεργημάτων· καὶ γοῦν ἔφη περὶ
* Ioh. XV. 22. 24. αὐτῶν· * εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· καὶ πάλιν· εἰ μὴ τὰ ἔργα ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος ἐποίησεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον, νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου· ἀπόδειξις ἔσται σαφὴς ὧν ἔφην ἀρτίως, ἡ τῶν λεπρῶν διακάθαρσις· οὗτοι γὰρ πόλεών τε καὶ κωμῶν ἀπελαυνόμενοι ὡς ἀκάθαρτοι κατὰ τὸν Μωϋσέως
A. f. 232. b. νόμον. — Ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς ὡς οἶμαι προείρηται (1)· οἵ γε μὴν λεπροὶ ὑπαντήσαντες τῷ σωτῆρι, ἐλιπάρουν ἀπαλλάττεσθαι τοῦ κακοῦ, ἐπιστάτην (2) ὠνόμαζον, τουτέστι
v. 13. A. f. 232. b. διδάσκαλον. — Οὐκ ἠλέει τίς αὐτοὺς παθόντας τὴν νόσον, ὁ δὲ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὀφθεὶς ἐπὶ γῆς, καὶ γενόμενος ἄνθρωπος ἵνα πάντας ἐλεήσῃ, αὐτὸς ἐσπλαγχνίσθη καὶ ᾤκτειρεν.

critatem iniicere. Sic et Deus exigit quidem a nobis famulatum iure dominatus sui; quia tamen bonus est atque liberalis, praemium quoque laborantibus spondet. Valde vero superstat subiectorum sudoribus magnitudo liberalitatis. Testis adest Paulus: « non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis. » Cumque servi simus, filios nos appellat, et congruo filiis honore coronat. Et animadverte, quod propriam antea carnem quisque curans, sic et alios deinde pascere debeat. Nam qui bene domui suae praeesse nescit, quomodo ecclesiae diligentiam habebit?

Occurrerunt ei decem viri leprosi.

Rursus nobis gloriam suam palam facit Servator, et per Deo digna miracula pergit in sagenam fidei pertrahere vecordem Israhelem. Ceteroqui durus hic erat et incredulus. Proinde, quaenam ei proderit in die iudicii excusatio, quod salutem per Christum consequi noluerit? Praesertim cum auditores sermonum eius, et insperatorum ineffabiliumque operum spectatores fuerint Israhelitae. Unde et de illis aiebat: si non venissem neque eis locutus essem, peccatum non haberent. Et iterum. Nisi opera apud eos fecissem, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent; nunc et viderunt, et me nihilominus patremque meum oderunt. Quae ego modo dixi, ea comprobabit leprosorum sanatio. Hi quippe urbibus pagisque, Moysis lege, utpote immundi excludebantur. — Haec satis, ut puto, praefati sumus. Leprosi itaque Servatori occurrentes, liberari se morbo suo postulabant, epistatam appellantes, id est magistrum. — Nemo eos morbo laborantes miserabatur; sed is qui ob hanc ipsam causam in terra apparuerat, factusque homo erat ut omnium misereretur, hic inquam caritatis affectu compassus est.

(1) Multa ex hac praelocutione Cyrilli periisse videntur.

(2) Sic Lucas etiam cap. V. 5. VIII. 24. IX. 33. 49. Ceteri evangelistae dicunt ῥαββεί.

Dixit eis: ite, ostendite vos sacerdotibus.

Cur vero non potius dixit: volo, mundamini, sicut fecit alii leproso, sed iubere maluit ut se ostenderent sacerdotibus? Lex ad id invitabat lepra sanatos, iubens sistere se sacerdotibus, et sacrificium offerre propter purgationem. Tamquam igitur iam sanatos proficisci iubet, et quodammodo testari sacerdotibus, sive Iudaeorum principibus, Domini semper gloriae invidentibus, se praeter spem ac mirabiliter ea miseria liberatos, valetudinem ipsis largiente Christo. Neque tamen ille antea sanavit, sed ad sacerdotes misit, quandoquidem sacerdotes indicia leprae noverant, et quandonam ea curata fuisset. Misit inquam ad sacerdotes, simulque comitem misit sanitatem. De his quidem, et de lege circa lepram, et quaenam eius purgandae iura, et quid unumquodque praescriptum exigeret, plenius nos initio miraculorum Servatoris apud Lucam, ubi leprosus sanatus fuit disseruimus. Illuc igitur amandatis huius rei studiosis, ad reliqua progrediamur. – Et novem quidem, utpote Iudaei, ingratae oblivioni rem tradentes, ad gloriam Deo retribuendam non sunt regressi; ex quo Israhelem duro corde et immemore praeditum demonstrat. Alienigena vero, id est samaritanus, dictus videlicet alienigena quia de Assyria stirpem ducebat (non enim temere dicit, per mediam Samariam et Galilaeam) reversus est magna voce Deum glorificans. Ostendit itaque Samaritanos benivolos, Iudaeos autem etiamsi beneficiis adfectos, ingratum animum prae se ferre.

Interrogatus autem a pharisaeis, quando venit regnum Dei?

Quod suo tempore venturus esset in specie nostra Dominus, praedixerant pro-

Εἶπεν αὐτοῖς· πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς ἱερεῦσι. v. 14.

Καὶ διὰ τί μὴ μᾶλλον ἔφη, θέλω, καθαρίσθητε, καθὰ καὶ ἐφ' ἑτέρου λεπροῦ*, προστέταχε δὲ μᾶλλον ἑαυτοὺς ἐπιδεῖξαι τοῖς ἱερεῦσι; νόμος ἐκάλει πρὸς τοῦτο πάλιν τοὺς τῆς λέπρας ἀπηλλαγμένους· * ἐκέλευε γὰρ ἑαυτοὺς ἐπιδεικνύειν τοῖς ἱερεῦσιν, καὶ θυσίαν προσάγειν ὑπὲρ τοῦ καθαρισμοῦ· ὡς οὖν ἤδη τεθεραπευμένους βαδίζειν ἐκέλευσε, καὶ τρόπον τινὰ διαμαρτύρασθαι τοὺς ἱερέας, ἤτοι τοὺς Ἰουδαίων καθηγητὰς, τοὺς ἀεὶ βασκαίνοντας αὐτοῦ τῇ δόξῃ, ὅτι παρ' ἐλπίδα καὶ παραδόξως ἀπηλλάγησαν τοῦ κακοῦ, κατανεύσαντος αὐτοῖς τὴν ἴασιν τοῦ Χριστοῦ· οὐκ ἐθεράπευσε πρῶτον, ἀλλ' ἔπεμψε πρὸς τοὺς ἱερέας, ἐπειδὴ οἱ ἱερεῖς τὰ τεκμήρια ᾔδεσαν τῆς λέπρας, καὶ τοῦ πότε θεραπεύεται· ἔπεμψε τοὺς ἱερέας, συνέπεμψε αὐτοῖς καὶ τὴν θεραπείαν· περὶ τούτων μέν τοι καὶ τίς ὁ νόμος τῆς λέπρας, καὶ τίνα τὰ ὑπὲρ τοῦ καθαρισμοῦ, καὶ τί ἕκαστον τῶν νενομοθετημένων ἐβούλετο, ἐντελέστερον ἐν ἀρχῇ τῶν παρὰ τῷ Λουκᾷ θαυμάτων τοῦ σωτῆρος, ἔνθα ὁ λεπρὸς τεθεράπευται, διεξήλθομεν (1)· κἀκεῖσε παραπέμψαντες τοὺς φιλομαθεῖς, ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἴωμεν. — (2) Καὶ οἱ μὲν ἐννέα, ἅτε Ἰουδαῖοι ὄντες, εἰς ἀχάριστον λήθην ἐμπεσόντες, οὐχ ὑπέστρεψαν δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ· ὅθεν σκληροκάρδιον καὶ ἀμνήμονα παντελῶς δεικνύει τὸν Ἰσραήλ· ὁ δὲ ἀλλογενὴς, τουτέστιν ὁ σαμαρείτης, διὰ τὸ ἐξ Ἀσσυρίας κατάγειν τὸ γένος ἀλλογενὴς (οὐ γὰρ μάτην λέγει, ἐν μέσῳ τῆς Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας) ὑπέστρεψε μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζειν τὸν θεόν· δεικνύει οὖν ὅτι Σαμαρεῖται εὐγνώμονες, Ἰουδαῖοι δὲ καὶ εὐεργητούμενοι ἀχαριστοῦσιν.

A. f. 232. b. C. f. 143. b. — * Luc. V. 13. — * Lev. XIV. 2.

Ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φαρισαίων πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ; v. 20.

Ὅτι ἥξει κατὰ καιροὺς ἐν εἴδει τῷ καθ' ἡμᾶς ὁ κύριος, προεκήρυττον οἱ προφῆται, A. f. 232. b. B. f. 164. C. f. 144.

(1) Reapse haec extant apud nostrum Cyrillum ad Luc. V. 12, p. 169-175.

(2) Haec brevius in codice A. sic: πεπράχασι μὲν τὸ κεκελευσμένον οἱ δέκα, καὶ ἀπελθόντες ἐθεραπεύθησαν· εἷς δὲ μόνος ὑποστρέψας, ἀνετίθει τὰ χαριστήρια, τῶν ἐννέα τάχα που καὶ εἰς ἀχάριστον λήθην ἐμπεσόντων. *Fecerunt quidem imperata hi decem; et dum irent, sanati sunt. Unus autem tantummodo reversus, gratias egit; reliquis undecim, ut videtur, ingratae oblivioni beneficium tradentibus.*

καὶ τετέλεσται· ἐπέφανε γὰρ τοῖς ἐπὶ γῆς, μορφὴν δούλου λαβὼν, ὢν δὲ καὶ οὕτως ἐν κυριότητι φυσικῇ, καὶ ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ· τοιοῦτον γὰρ ἡμῖν αὐτὸν ἡ τῶν ἀποτελεσμάτων ἔδειξε λαμπρότης· ἀλλ' οὐ πεπίστευκας εἰς αὐτὸν, ἀσύνετε φαρισαῖε, οὐ παρεδέξω τὴν παρ' αὐτοῦ δικαίωσιν· εἶτα πῶς ἐρωτᾷς πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ; διαγελᾷ τοιγαροῦν τὸ σεπτὸν οὕτω καὶ ἀξιάγαστον ἀληθῶς μυστήριον· ἐπειδὴ γὰρ ὁ τῶν ὅλων σωτὴρ ἐν τοῖς πρὸς ἅπαντας λόγοις, διεμέμνητο πανταχοῦ τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, διὰ τοῦτο καταμειδιῶνται οἱ τάλανες· ἢ τάχα που καὶ εἰς νοῦν ἔχοντες ὅτι τὸν ἐπὶ ξύλου θάνατον ὑπομενεῖ, ταῖς αὐτῶν δυστροπίαις σεσαγηνευμένος εἰς τοῦτο, κατειρωνεύονται καὶ φασὶ, πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ; ἀντὶ τοῦ, πρὸ τῆς παρὰ σοῦ λαλουμένης βασιλείας, σταυρός σε καὶ θάνατος λήψεται· τί οὖν πρὸς ταῦτα Χριστός; δείκνυσι πάλιν τὸ ἀνεξίκακον καὶ τὸ ἀπαράβλητον εἰς φιλανθρωπίαν· λοιδορούμενος γὰρ, οὐκ ἀντελοιδόρει· πάσχων, οὐκ ἠπείλει· * οὐκοῦν ἐντόμως μὲν οὐκ ἐλέγχει, πονηροὺς γε ὄντας, ἀποκρίσεως τοῖς ἐπερωτηθεῖσιν οἰκείας οὐκ ἀξιοῖ· πλὴν ἐκεῖνο μόνον φησὶν εἰς ὄνησιν ἀνθρώπου παντός· ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστί· οὐκ ἔρχεται μετὰ παρατηρήσεως· μὴ γὰρ δὴ χρόνους ἐρωτᾶτε, φησὶ, καθ' οὓς ἐπιλάμψει πάλιν, ἤγουν ὁ καιρὸς ἐνστήσεται τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, σπουδάσατε δὲ μᾶλλον τυχεῖν αὐτῆς· ἐντὸς γὰρ ὑμῶν ἐστὶ, τουτέστιν ἐν ταῖς ὑμετέραις προαιρέσεσι καὶ ἐν ἐξουσίᾳ κεῖται τὸ λαβεῖν αὐτήν· ἔξεστι γὰρ ἀνθρώπῳ παντὶ, τὴν εἰς τὸν Χριστὸν δικαίωσιν τὴν διὰ πίστεως δηλονότι καταπλουτήσαντι, καὶ διὰ πάσης ἀρετῆς ἐκλελαμπρυσμένῳ, τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας τυχεῖν [1]· ἐνεργείᾳ μὲν γὰρ ἐκτός ἐστιν, ἀφ' ὧν ἐξίασιν ἐκ τῆς καρδίας διαλογισμοὶ πονηροί· δυνάμει δὲ ἐντὸς πάντων· ὅτι γὰρ καὶ τῶν φαρισαίων ἐντὸς ἦν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἀγνοούντων καὶ οἰομένων χρόνῳ τινὶ αὐτὴν εἰς τόπον

* 1. Petr. II. 23.

phetae, et reapse peractum fuit. Apparuit enim terrae incolis, servi forma suscepta, nihilo tamen minus naturalem suum dominatum retinens, potestatemque et gloriam Deo convenientem. Talem quippe eum nobis exhibet patratorum operum claritas. Sed non credidisti illi, pharisaee insipiens, iustificationem ab eo non recepisti. Cur ergo interrogas, quando venit regnum Dei? Deridet is tam venerandum vereque admirabile mysterium. Nam quia communis Servator in cunctis ad vulgus sermonibus regnum Dei semper memorabat, idcirco iocantur miseri: vel etiam fortasse cogitantes, fore ut ipsorum malitia circumventus, necem in ligno perferat, ironice aiunt: quando venit regnum Dei? Quasi dicant: pro eo, de quo loqueris, regno Dei, crux te ac supplicium excipiet. Quid ergo ad haec Christus? Ostendit denuo patientiam suam, et incomparabilem erga homines caritatem. Maledictus, non vicissim maledicebat; patiens, non comminabatur. Quapropter praecise quidem non reprehendit, sed tamen utpote improbos, responso suo ad interrogata non dignatur. Illud tantummodo ob communem utilitatem dicit: regnum Dei intra vos est. Adventus eius humanam fugit observationem. Nolite de tempore sciscitari, inquit, quo Christus iterum apparebit, sive quandonam regni Dei tempus instabit: date operam potius ut id possideatis: est enim intra vos, id est in vestra electione ac potestate est, ut illud consequamini. Licet enim cuique homini, si modo iustificationem in Christo per fidem impetraverit, et omni virtute praefulserit, licet ei inquam caelorum regnum adipisci. Etenim hoc, quod ad actus adtinet, extra est; prout improbae cordis cogitationes eruperint. Virtute autem intra nos omnes est. Namque et intra ipsos pharisaeos extitisse regnum Dei, qui tamen id ignorabant, putabantque foras aliquando in patentes lo-

(1) Et ut de praedestinationis divinae natura sancti patres loquuntur.

cos proditurum, ostendit Iohannes dicens: medius vestrum stetit quem vos nescitis, Christum videlicet significans.

Venient dies quando desideretis videre unum diem filii hominis, et non videbitis.

Haec ait, volens ipsos adversus quamlibet molestiam esse munitos, et ad patientiam comparatos; ut sic probata virtute, in Dei regnum ingredi queant. Praedicit itaque, fore ut ante suum de caelo adventum in mundi consummatione, tribulatio fiat et persecutio, ita ut vel unum eius diem videre sint optaturi, nempe illius temporis, quo cum Christo versabantur et convivebant: quamquam plurima fuerat contra ipsum Iudaeorum contumelia; nam et lapidibus eum appetiverant, nec semel sed saepissime persecuti fuerant: duxerant usque ad montis supercilium, ut eum praecipitem darent: conviciis vexaverant atque calumniis, nullumque improbitatis genus Iudaei praeteriverant. Quomodo ergo dicit optaturos esse discipulos unum ipsius diem videre? Nempe quia prae impendentibus malis, eligenda quodammodo erant illa minora. Maiores videlicet post Domini ascensionem calamitates experti Iudaei sunt.

Nam sicut fulgur coruscans de sub caelo etc.

Verumtamen quod caelo sit descensurus non ignobiliter neque obscure, sed cum gloria Deo conveniente, et inaccessa luce circumdatus, significavit dicens, fulguris instar adventum suum futurum. Natus est quidem cum carne ex muliere, suum nostri causa dispensatorium opus completurus; propthereaque se exinanivit et humilitavit, nec deitatis gloriam apparenter servabat. Sic enim tempus postulabat, et susceptae dispensationis ratio. Sed post resurrectionem a mortuis, in caelum evolans, et patri Deo factus consessor, postea rursus descendet, haud subtracta iam gloria, neque cum humana humilitate, sed cum patris maiestate, comitante angelorum multitudine, et tamquam Deum om-

ἔξωθεν ἔρχεσθαι, Ἰωάννης δείκνυσι λέγων· * μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν ὃν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε, περὶ Χριστοῦ λέγων. * Ioh. I. 26.

Ἐλεύσονται ἡμέραι ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ οὐκ ὄψεσθε. v. 22.

Ταῦτα λέγων, ἑτοίμους εἶναι αὐτοὺς βούλεται πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἀνιᾶν πεφυκότων, καὶ προευτρεπίζεσθαι πρὸς ὑπομονήν· ἵνα εὐδόκιμοι γεγονότες, εἰσελάσαι δυνηθῶσιν εἰς τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν· προαπαγγέλλει τοίνυν, ὅτι πρὸ τῆς ἐξ οὐρανῶν ἀφίξεως τῆς ἐσομένης ἐπὶ συντελείᾳ τοῦ αἰῶνος, θλίψις προσελάσει καὶ διωγμὸς, ὥστε μίαν ἡμέραν αὐτοῦ ἰδεῖν ἐπιθυμῆσαι, τουτέστι τὴν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ συνδιατρίβειν ἔτι καὶ συνδιαιτᾶσθαι Χριστῷ· καίτοι πλείστη τίς ἦν ἡ κατ' αὐτοῦ γινομένη τῶν Ἰουδαίων ἐξιτηλία· λίθοις γὰρ ἔβαλλον αὐτὸν, ἐδίωξαν οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ πλειστάκις· ἦγον ἕως ὀφρύος τοῦ ὄρους, ἵνα κατακρημνίσωσιν αὐτόν· λοιδορίαις λελυπήκασι καὶ συκοφαντίαις, καὶ οὐδεὶς ἦν τρόπος σκαιότητος τοῖς Ἰουδαίοις ἀνεπιτήδευτος· πῶς οὖν ἐπιθυμήσειν εἶπε τοὺς μαθητὰς μίαν ἡμέραν ἰδεῖν αὐτοῦ; ἀντιπαραθέσει γὰρ τῶν ὑπερκειμένων κακῶν, αἱρετά πως εἰσὶ τὰ ἐλάττονα· μειζόνων γὰρ μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀνάληψιν θλίψεων ἐπειράθησαν. A. f. 233. C. f. 114.

Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν κ. τ. λ. v. 24.

Πλὴν ὅτι καταβήσεται μὲν ἐξ οὐρανοῦ οὐκ ἀσήμως δὲ ἢ ἀσυμφανῶς, ἀλλ' ἐν δόξῃ τῇ θεοπρεπεῖ, καὶ φῶς ἀπρόσιτον οἰκῶν, διαμεμήνυκε λέγων, ὡς ἀστραπὴν ἔσεσθαι τὴν ἑαυτοῦ παρουσίαν· ἐγεννήθη μὲν γὰρ κατὰ σάρκα καὶ ἐκ γυναικὸς, τὴν ἐφ' ἡμῖν ἀποπληρώσων οἰκονομίαν· καὶ κεκένωκε διὰ τοῦτο, καὶ τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, καὶ ἦν οὐκ ἐν δόξῃ θεότητος ἐμφανῶς· ἐκάλει γὰρ εἰς τοῦτο καιρὸς, καὶ τῆς οἰκονομίας ἡ χρεία· μετὰ δὲ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀναπτὰς εἰς οὐρανὸν, καὶ συνεδρεύσας τῷ θεῷ καὶ πατρὶ, καταβήσεται πάλιν οὐκ ἐν ὑφέσει δόξης, οὔτε μὴν ἐν ἀνθρωπίνῃ μικροπρεπείᾳ, ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ πατρὸς ὑπεροχῇ, πληθύος ἀγγέλων δορυφορούσης αὐτὸν, καὶ παρισταμένης ὡς θεῷ καὶ κυρίῳ τῶν ὅλων· ἥξει τοίνυν ὡς A. f. 233. b. B. f. 264. b. C. f. 114.

v. 23. ἀστραπὴ, καὶ οὐ λεληθότως. Καὶ οὐδενὶ
πιστευτέον λέγοντι, ἰδοὺ ὧδε, ἰδοὺ ἐκεῖ.
Ὑποψίαν ἑτέραν τῆς τῶν μαθητῶν ὑποκείρει
καρδίας· ᾤοντο γὰρ ὅτι περινοστήσας τὴν Ἰου-
δαίαν, εἶτα γεγονὼς ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις,
εὐθὺς ἀναδείξει τὴν τοῦ θεοῦ βασιλείαν· καὶ
γοῦν προσιόντες ἔφασκον· εἰ ἐν τῷ χρόνῳ
τούτῳ κύριε ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν
τῷ Ἰσραήλ; ἀλλὰ καὶ ἡ μήτηρ τῶν υἱῶν Ζεβε-
δαίου τοῦτο γενέσθαι προσδοκήσασα, προσῄει
περὶ καθέδρας ἀξιοῦσα· οὐκοῦν ἵν' εἰδεῖεν
ὅτι δεῖ πρῶτον αὐτὸν τὸ σωτήριον ὑποστῆ-
ναι πάθος, καὶ καταργῆσαι θάνατον τῷ
θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς, καὶ ἀποστῆσαι τοῦ
κόσμου τὴν ἁμαρτίαν, καταργῆσαι δὲ καὶ τὸν
ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, εἶθ' οὕτως ἀνα-
βῆναι πρὸς τὸν πατέρα, ἐπιλάμψαι τε κατὰ
καιροὺς, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιο-
σύνῃ, φησὶν ὅτι πρῶτον δεῖ αὐτὸν πολλὰ
v. 26. παθεῖν. — Ὅτι δὴ ἀδοκήτως, καὶ οἷον εἰ-
δότος οὐδενὸς, ἐπιλάμψει, καὶ τὸ τοῦ παρόν-
τος αἰῶνος ἀφίξεται πέρας, οὕτω φησὶν
ἔσεσθαι τὴν συντέλειαν, ὡς γέγονεν ἐν ἡμέ-
B. f. 165. ραις Νῶε καὶ Λώτ· ἐτρύφων γάρ φησιν ἀμε-
ρίμνως, ἤσθιον, ἔπινον, ἐπώλουν, ἠγόρα-
ζον, ᾠκοδόμουν· ἀλλὰ τοὺς μὲν ὑδάτων ἀπώ-
λεσε φορὰ, οἱ δὲ γεγόνασι θείου πυρὸς ἔργον
καὶ τροφή· τί οὖν ἐντεῦθεν τὸ δηλούμενον;
βούλεται ἡμᾶς ἐγρηγορέναι διὰ παντὸς, καὶ
ἑτοίμους εἶναι πρὸς ἀπολογίαν τὴν ἐπὶ τοῦ θείου
βήματος.

niumque dominum stipante. Veniet itaque sicut fulgur, non autem clam. Nec cuiquam credendum est dicenti: ecce hic, ecce illic. Aliam hanc quoque amputat de corde discipulorum suspicionem. Existimabant enim ipsum, perlustrata Iudaea, deinde ad urbem Hierusalem reducem, statim illic Dei regnum manifestaturum. Quare et accedentes dixerunt: an hoc tempore, Domine, Israheli regnum restituis? Sed et liberorum Zebedaei mater, hoc futurum expectans, accessit, honorem illis cathedrae postulans. Ergo ut scirent, oportere ipsum antea salutarem sustinere passionem, et mortem morte propriae carnis extinguere, mundoque peccatum expellere, principem item huius saeculi profligare, et sic deinde ad patrem ascendere; tum suo tempore rursus apparere, ut mundum aequo iure iudicet, ait se antea oportere multa pati. – Quia vero insperato, nulloque praesciente apparebit, simulque praesentis saeculi finis aderit, sic ait fore consummationem ut temporibus Noë ac Loti. Deliciabantur enim, inquit, secure, manducabant, et bibebant, vendebant, emebant, et aedificabant. Verumtamen illos aquarum extinxit impetus, hi autem ignis praeda atque esca fuerunt. Quid ergo hinc significatur? Vult nos Christus semper vigilare, et paratos esse orandae defensioni ante Dei tribunal.

v. 31. Ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ κ. τ. λ.

In illa die qui fuerit in tecto, et vasa eius in domo etc.

A. f. 235. Ἀλογῆσαι προστάττει παντὸς ἐπιγείου καὶ προσκαίρου πράγματος, καὶ εἰς ἕνα βλέψαι σκοπὸν τὸν ἐπί γε τῷ δεῖν ἕκαστον διασῶσαι τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν· ὃς ἂν τοίνυν ᾖ, φησὶν, ἐπὶ τοῦ δώματος, μὴ καταβήτω ἐν τῇ οἰκίᾳ ἆραι τὰ σκεύη αὐτοῦ· ἔοικε δὲ διὰ τούτων, τὸν ἐν ἀναπαύσει καὶ πλούτῳ, καὶ περιφανείαις κοσμικαῖς βούλεσθαι δηλοῦν· ἀεὶ γάρ πως οἱ ἐν δώμασιν ἑστηκότες, ἀπόβλεπτοι γίνονται τοῖς τὴν οἰκίαν περιεστηκόσιν· εἴ τις τοίνυν τοιοῦτος ἐστί, φησι, μηδένα ποιείσθω λόγον κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ἐναποκειμένων τῇ οἰκίᾳ σκευῶν· ἄχρηστα γὰρ ταῦτα καὶ ἀσυντελῆ

Flocci facere iubet rem quamlibet terrenam ac temporalem, atque unum prae oculis scopum habere, ut animam quisque suam salvet. Qui ergo, inquit, supra tectum fuerit, ne descendat in aedes ut sua vasa sumat. Videtur autem his verbis hominem in otio et opibus mundanoque splendore versantem velle denotare. Nam qui in tectis sunt, conspicui sunt illis qui domum circumsistunt. Si quis ergo huiusmodi est, ne det operam illo tempore, ut partem ullam repositorum in aedibus vasorum sumat: inutilia erunt enim haec, nec

quicquam eius commodis profutura: « nam thesauri nihil impios iuvant, prout scriptum est; iustitia autem a morte eripit. » Sed et si quis, inquit, in agro fuerit, ne regrediatur: id est si quis studiose laboribus impendit operam, et excolendi spiritus gerit sollicitudinem, ac bonorum sudorum mercedem colligit, ne retro cedat. Namque ut ipse alibi Christus dixit « nemo mittens manum suam ad aratrum, et conversus retro, regno caelorum aptus est. » Quare ad studia sacra sine paenitentia incumbendum est, ne id forte patiamur quod illi feminae accidit in urbe Sodomis, cuius ipso exemplo Christus utens ait: mementote uxoris Loti; quae Sodomis egressa, deinde regressa, salis statua facta est, id est fatua ac lapidea. Ergo viriliter ad propositum finem tendendum est.

Quicumque quaesierit animam suam salvam facere, perdet illam.

Quo pacto perdat aliquis animam suam, ut illam salvet; vel quomodo salvare existimans, perdat ipsam, Paulus declarabit, de sanctis quidem dicens: « qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis et concupiscentiis. » Nam qui vere fideles servatori nostro Christo sunt, suam crucifigunt carnem, id est mortificant; labores nimirum et pro religione certamina exantlantes, et carnales cupiditates mortificantes. Scriptum est enim: « mortificate membra vestra quae sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, et avaritiam. » Qui ergo in rebus huiusmodi mortificantur, hi animam suam servant; qui vero voluptariam amant vitam, putant fortasse animam suam possidere, sed contra potius illam amittunt. « Quoniam qui seminat, inquit, in carnem, de carne metet corruptionem. » Alioquin etiam animam suam aliquis perdens, prorsus illam servat; quod beati martyres egerunt, usque ad sanguinem decertantes, et germanam suam erga

πρὸς ὄνησιν αὐτῷ· “ οὐ γὰρ ὠφελήσουσι θησαυροὶ ἀνόμους, κατὰ τὸ γεγραμμένον *, δικαιοσύνη δὲ ῥύσεται ἐκ θανάτου· „ ἀλλὰ κἂν εἴ τις ᾖ, φησὶν, ἐν ἀγρῷ, μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω· τουτέστιν εἰ εὑρίσκοιτό τις ἐν φιλεργίαις ὑπάρχων καὶ πόνοις, καὶ πνευματικῆς εὐκαρπίας ἐπιμελητὴς, καὶ τοὺς ἐξ ἱδρώτων ἀγαθῶν συλλέγων μισθοὺς μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω· ὡς γὰρ αὐτός που πάλιν ἔφη Χριστὸς * “ οὐδεὶς βαλὼν τὴν χεῖρα ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· „ χρὴ γὰρ ἔχεσθαι τῶν ἱερῶν σπουδασμάτων, ἀμεταστρέπτοις ὁρμαῖς, ἵνα μὴ τοῦτο πάθωμεν ὃ δὴ καὶ συνέβη παθεῖν τὴν ἐν Σοδόμοις γυναῖκα, ἣν δὴ καὶ λαβὼν εἰς παράδειγμα, φησί· μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ· ἐξελθοῦσα γὰρ ἀπὸ Σοδόμων, εἶθ' ὑπονοστήσασα, στήλη * γέγονεν ἁλὸς, τουτέστιν ἀπεμωράνθη καὶ ἀπολιθώθη· δεῖ δὴ οὖν ἀντέχεσθαι νεανικῶς τοῦ προτεθέντος σκοποῦ.

* Prov. X. 2.

* Luc. IX. 62.

v. 32.

* cod. ὑπονοστήλη.

Ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν. v. 33.

A. f. 235.
C. f. 144. b.
D. f. 58. b.

Πῶς ἀπόλλυσί τις ἑαυτοῦ ψυχὴν, ἵνα αὐτὴν διασώσῃ, ἢ κατά τινα τρόπον ὁ διασῶσαι νομίσας, ἀπόλλυσιν αὐτὴν, σαφηνιεῖ λέγων ὁ Παῦλος· * περὶ μὲν τῶν ἁγίων “ οἱ δὲ τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ, τὴν σάρκα ἐσταύρωσαν σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις· „ οἱ γὰρ ὄντως γεγονότες γνήσιοι τῷ ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ, τὴν ἑαυτῶν σταυροῦσι σάρκα, τουτέστι θανατοῦσι· πόνοις δηλονότι καὶ τοῖς εἰς εὐσέβειαν ὁμιλοῦντες ἀγῶσι, καὶ κατανεκροῦντες αὐτῆς τὸ φρόνημα· γέγραπται γάρ· * “ νεκρώσατε τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, πάθος, ἐπιθυμίαν κακὴν, καὶ τὴν πλεονεξίαν· „ ὅσοι οὖν τούτων ἕνεκα νεκροῦνται, οὗτοι σεσώκασι τὴν ἑαυτῶν ψυχήν· οἵ γε μὴν τὸν φιλήδονον ἀγαπῶντες βίον, τάχα που τὴν ἑαυτῶν οἴονται κτᾶσθαι ψυχήν· ἀπολλύουσι δὲ πάντως αὐτήν· “ ὁ γὰρ σπείρων, φησὶν *, εἰς τὴν σάρκα, ἐκ τῆς σαρκὸς θερίσει φθοράν· „ ἀπολέσας δέ τις καὶ ἑτέρως τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, διασώσει πάντως αὐτήν· τοῦτο πεπράχασιν οἱ μακάριοι μάρτυρες, τοὺς μέχρι ψυχῆς καὶ αἵματος διενεγκόντες ἀγῶνας, καὶ τὴν εἰς Χρι-

* Gal. V. 24.

* Coloss. III. 5.

* Gal. VI. 8.

στὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον, οἷά τινα στέφανον, τῶν ἑαυτῶν ἀνάψαντες κεφαλαῖς· οἵ γε μὴν ἐξ ἀνάνδρου ψυχῆς καὶ γνώμης ἀρνησάμενοι τὴν πίστιν, καὶ τὸν παραυτίκα τῆς σαρκὸς διαφυγόντες θάνατον, οὗτοι φονευταὶ τῆς ἑαυτῶν γεγόνασι ψυχῆς· κατοιχήσονται γὰρ εἰς ᾅδου, τῆς κακανδρίας ὑφέξονται δίκας.

v. 24. *Ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς· ὁ εἷς παραληφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται.*

A. f. 235. b. B. f. 166. b. C. f. 144. b. D. f. 58. b.

Νύκτα γε μὴν ὀνομάζει τὸν τῆς κρίσεως καιρὸν, διά τοι, καθάπερ ἡγοῦμαι, τὸ ἀσυμφανὲς καὶ ἀπροσδόκητον τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Διὰ δὲ τῶν δύο τῶν ἐπὶ κλίνης ὄντων μιᾶς, ἔοικεν ὑπαινίττεσθαι τοὺς ἐν ἀναπαύσει καὶ πλούτῳ, καὶ ἰσομοιροῦντας ἀλλήλοις κατά γε φημὶ τὸ ἐν εὐπαθείαις εἶναι κοσμικαῖς· κλίνη γὰρ ἀναπαύσεως σύμβολον· ἀλλ' εἷς ἐξ αὐτῶν, φησι, παραληφθήσεται, καὶ εἷς ἀφίεται· πῶς ἢ τίνα τρόπον; οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐν πλούτῳ καὶ ἀναπαύσει γεγονότες τὴν κατὰ τόνδε τὸν βίον, πονηροὶ γεγόνασι καὶ ἀμείλικτοι· τί γάρ; εἰ πλούσιος μὲν ἔστι τίς, χρηστὸς δὲ καὶ φιλοικτείρμων καὶ τὴν πίστιν ὀρθὸς, οὗτος παραλαμβάνεται· ὅ γε μὴν ἕτερος, ὡς μὴ γεγονὼς τοιοῦτος, ἀφεθήσεται· διὰ δὲ τῶν ἀληθουσῶν, ἔοικε τοὺς ἐν πτωχείᾳ καὶ πόνοις ὄντας ὑποδηλοῦν· ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν δὴ τούτων φησὶ, πολλή τίς ἐστι διαφορά· οἱ μὲν γὰρ τὸ τῆς πτωχείας φορτίον γενναίως φέροντες, σωφρόνως τὲ καὶ ἐπιεικῶς βιοῦντες, οὗτοι παραληφθήσονται, δίκαιοι δηλονότι τυγχάνοντες· οἱ δὲ μὴ τοιοῦτοι, δεινοὶ δὲ μᾶλλον πρὸς κακουργίας, καὶ ἁπάσης φαυλότητος ἐπιτηδευταί, ἀφεθήσονται, τῇ διὰ πυρὸς ὑποκεισόμενοι δίκῃ· ἔσται τοίνυν καὶ ἐπ' αὐτοῖς πλείστη τίς καὶ ἀκριβὴς τῶν τρόπων ἡ δοκιμασία· καὶ ὁ μὲν χρηστὸς, παραληφθήσεται· ὅ γε μὴν οὐ τοιοῦτος, ἀφεθήσεται (1).

Christum caritatem, coronae instar, capiti suo circumponentes. Sed qui animi sententiaeque mollitie fidem negaverunt, et praesentem carnis mortem vitaverunt, hi revera animarum suarum carnifices extiterunt. Abibunt enim ad inferos, suaeque ignaviae poenas sustinebunt.

In illa nocte erunt duo in lecto uno; unus adsumetur, et alter relinquetur.

Noctem quidem nominat iudicii tempus, quemadmodum ego arbitror, propter incognitum et improvisum Christi adventum. Per duos autem qui in uno sunt lecto, innuere videtur homines in otio opibusque viventes, mundanasque voluptates aeque invicem participantes: nam lectus requiei symbolum est. Sed ex his hominibus unus, inquit, adsumetur, et alter relinquitur. Cur? vel quomodo? Quia non omnes qui in divitiis et tranquillitate praesentem vitam exegerunt, improbi fuerunt et immisericordes. Quid enim? Si quis dives quidem est, simul tamen clemens et misericors atque orthodoxus, hic sane adsumitur: at alter, quia talis non fuit, relinquetur. Per feminas vero molentes, videtur pauperes et laboriferos homines subindicare. Sed in his quoque grandis est, inquit, diversitas: alii enim paupertatis pondus viriliter ferentes, modesteque ac mansuete viventes, utpote iusti adsumentur: alii vero cum non fuerint huiusmodi, sed acres potius ad maleficia, et cuiuslibet nequitiae studiosi, relinquentur, ignis poenam experturi. Erit itaque circa hos quoque plurima et accurata morum exploratio; et bonus quidem adsumetur; qui vero secus fuerit, relinquetur. – Quum di-

(1) Heic paulo amplior est Cyrillus apud Corderium in lat. cat. « Cyrillus. Valde autem accommodate » defectionis tempus, et rationalis lucis privationem, noctem appellavit: nocte siquidem et tenebris deterior hominum tunc erit constitutio, propter amentiam et errorem qui tum illos adprehendet. Quapropter, inquit dico vobis, duo erunt in lecto uno, et duo erunt in molendino, quorum unus assumetur » tamquam alienus ab ira, et alter relinquetur igni tradendus, quem thesaurizavit sibi in die irae. Atque » ita fiet separatio proborum et amicorum Dei ab improbis, ne indifferenter ira superveniens etiam iustos » adprehendat. Quapropter sicuti ad Lot misit Deus angelos suos, qui illum e Sodomorum eversione eduxerunt, sic etiam ante consummationem universi, ante quam improbos ira corripiat, ne una cum hoc » mundo etiam iusti condemnentur, mittet quoque angelos suos, qui impiis poenam passuris in terra relictis, sanctos et iustos ad Deum adducent. Tum duorum in lecto iacentium, unus tamquam Deo dignus

xisset, adsumetur, utiliter immo necessario interrogant discipuli: « ubi, Domine? Qui dixit illis: ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur aquilae. » – Quid vero est hoc? Ex re communi ac manifestissima, grande atque profundum mysterium innuitur. Quale porro hoc est? Descendet nimirum caelo, ut aequo iure mundum iudicet: sed tamen angelos suos praemittet, qui a peccatoribus iustos sanctosque secernent, eique exhibebunt; reliquos autem in terra relinquent, puniendos videlicet. Huiusmodi aliquid sapientissimus quoque Paulus significat scribens: « dico enim vobis, quod nos qui vivimus, qui residui sumus, non praevenіemus eos qui dormierunt; sed ipse bucina clanget, et mortui in Christo resurgent incorrupti, in puncto temporis, in ictu oculi. Et nos qui vivimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obviam Christo in aërem, et sic semper cum Domino erimus. » Sicut ergo iacente cadavere, carnivorae aves in id convolant; ita cum filius hominis veniet, tunc omnes aquilae, id est qui alte volaverint, et supra terrenas mundanasque res sese extulerint, ad ipsum concurrent.

– Εἰπόντος γε μὴν τὸ παραληφθήσεται, v. 36. 37. A. f. 235. b.
χρησίμως καὶ ἀναγκαίως διερωτῶσιν οἱ μαθηταί· ποῦ κύριε; ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς· ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται οἱ ἀετοί.
– Καὶ τί δὲ τοῦτο ἐστίν; ἀπὸ κοινοῦ καὶ ἐμ- B. f. 167. D. f. 58. b.
φανεστάτου πράγματος, μέγα καὶ βαθὺ μυστήριον ὑπαινίττεται· καὶ ποῖον τοῦτο ἐστί; καταβήσεται μὲν γὰρ ἐξ οὐρανῶν, ἵνα κρίνῃ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ· ἀλλ' αὐτός φησιν ἀποστελεῖ τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ, καὶ ἐκλέξουσιν ἐκ τῶν ἁμαρτωλῶν τοὺς δικαίους καὶ ἁγίους, καὶ προσοίσουσιν αὐτῷ· τούς γε μὴν ἑτέρους ἀφιᾶσιν ἐν γῇ, κολασθησομένους δηλονότι· τοιοῦτόν τι καὶ ὁ πάνσοφος Παῦλος ὑποδη-
λοῖ γράφων· * „ λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι ἡμεῖς οἱ * I. Thess. IV. 14. seq.
ζῶντες οἱ περιλειπόμενοι, οὐ μὴ φθάσωμεν τοὺς κοιμηθέντας, ἀλλ' αὐτὸς σαλπίσει, καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται ἄφθαρτοι, ἐν ἀτόμῳ ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ· καὶ ἡμεῖς οἱ ζῶντες, ἅμα σὺν αὐτοῖς ἁρπαγησόμεθα ἐν νεφέλαις εἰς ἀπάντησιν τοῦ κυρίου, εἰς ἀέρα· καὶ οὕτως πάντοτε σὺν κυρίῳ ἐσόμεθα· „ ὥσπερ οὖν σώματος κειμένου νεκροῦ, τὰ σαρκοβόρα τῶν πτηνῶν ἐπ' αὐτὸ συντρέχει, οὕτως ὅταν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραγένηται, τότε δὴ πάντες οἱ ἀετοὶ, τουτέστιν οἱ τὰ ὑψηλὰ πετόμενοι, καὶ τῶν ἐπιγείων καὶ κοσμικῶν ἀνενηγμένοι πραγμάτων, ἐπ' αὐτὸν συνδραμοῦνται.

Cap. XVIII.

Quoniam oportet semper orare et non deficere.

Sine intermissione itaque oportet orare, secundum beati Pauli dictum; bene conscios firmiterque credentes, omnia Deum invocatum feliciter posse praestare. « Postulet enim quisque, inquit, fide nihil haesitans. Nam qui haesitat, similis est fluctui maris qui a vento movetur et circumfertur. » Certe huiusmodi homo haud putet se quicquam a Domino accepturum: nam

ΚΕΦ. ΙΗ΄.

Πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. v. 1.

Ἀδιαλείπτως οὖν χρὴ προσεύχεσθαι, κατὰ A. f. 236. C. f. 144. b.
τὴν τοῦ μακαρίου Παύλου φωνὴν *, εὖ εἰδότας καὶ D. f. 59. * I. Thess. V. 17.
ἀραρότως πιστεύοντας, ὅτι πάντα δύναται κατορθοῦν ὁ παρακαλούμενος· αἰτείτω γάρ
τις, φησὶ *, πίστει μηδὲν διακρινόμενος· ὁ * Iac. I. 6.
γὰρ διακρινόμενος, ἔοικε κλύδωνι θαλάσσης, ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ· μὴ γὰρ οἰέσθω φησὶν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος, ὡς λήψεταί τι παρὰ τοῦ κυρίου· ὑβριστὴς γὰρ ὁμο-

» adsumetur; alter vero, quippe dignus quem impiorum ira punitioque corripiat, relinquetur. Eadem erit » ratio de duobus in uno molendino molentibus. Molentes autem appellavit eos qui tenuem atque inopem » inter homines vitam ducunt. In lecto vero iacentes vocavit eos, qui mollem et dissolutam vitam tradu- » cunt. Simile quid etiam Moyses scripsit in exodo (XII. 29.) ubi ait iram Domini percussisse primoge- » nita Aegypti a primogenito Pharaonis usque ad primogenitum captivae quae erat in carcere, aut eius » quae pinsebat in mola. Per quod, ut nobis scriptura innuit, et in fastigio honoris existentes, et infimos » atque abiectissimae conditionis homines voluit significare. »

λογουμένως ὁ διακρινόμενος· εἰ γὰρ μὴ πεπίστευκας ὅτι τὴν σὴν αἴτησιν ἀποπερανεῖ, μὴ δὲ προσέλθῃς ὅλως· ἵνα μὴ κατήγορος εὑρεθῇς τοῦ πάντα ἰσχύοντος, διψυχήσας ἀβούλως· χρὴ τοιγαροῦν τὴν οὕτως αἰσχρὰν παραιτεῖσθαι νόσον· ὅτι δὲ τοῖς οὐ περιέργως ἢ ἀτημελῶς, ἀλλ' ἐν σπουδῇ καὶ ἀδιαλείπτως ποιουμένοις τὰς λιτὰς κατανεύσει ὁ θεὸς, ἡ προκειμένη παραβολὴ πιστώσεται· εἰ γὰρ τὸν ἄδικον κριτὴν, τὸν μήτε θεὸν φοβούμενον, μήτε μὲν ἄνθρωπον ἐντρεπόμενον, δεδυσώπηκε τῆς χήρας ἡ συνεχὴς πρόσοδος, ὥστε καὶ ἄκοντα ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν αὐτῆς, πῶς ὁ φιλοικτίρμων καὶ μισοπόνηρος, ὁ τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν χεῖρα νέμων ἀεὶ τὴν σώζουσαν, οὐ προσδέξεται μὲν προσιόντας αὐτῷ καὶ ἐν ἡμέρᾳ καὶ ἐν νυκτὶ, ποιήσει δὲ τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ὡς ἐξειλεγμένων;

A. I. 236. Ἀλλὰ γάρ τινες ὅλως οἱ ἀδικοῦντες αὐτοὺς, φέρε δὴ φέρε καταθρήσωμεν· * ἀδικοῦσιν ἁγίους πλεῖστοι τε ὅσοι καὶ ἐπὶ πολλοῖς, τοὺς τῆς ἀληθείας ὀρθοτομοῦντας λόγον, οἱ τῶν ἱερῶν δογμάτων ἀνεπιστήμονες, καὶ πάσης ὀρθότητος ἀπενηνεγμένοι· οὗτοι δέ εἰσι, τὰ μιαρὰ καὶ βέβηλα τῶν αἱρετικῶν ἐργαστήρια, ἅπερ ἂν εἴποι τις θανάτου πύλας· οὗτοι διωγμοὺς καὶ θλίψεις ἐπάγουσι τοῖς ὀρθοποδοῦσι περὶ τὴν πίστιν· κατὰ τούτων οἱ θεῷ γνώριμοι ποιοῦνται τὰς λιτὰς, τοὺς ἁγίους ἀποστόλους ἀπομιμούμενοι, οἳ τῆς Ἰουδαίων σκαιότητος κατακεκραγότες, ἔφασκον· * " καὶ τὰ νῦν κύριε, ἔπιδε ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου μετὰ παῤῥησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου." Ἀλλὰ γὰρ ἴσως ἐρεῖ τις· τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις ἔφη πού Χριστὸς * " ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, προσεύχεσθε ἐπὶ τῶν ἐπηρεαζόντων." πῶς οὖν ἄρα προσευξόμεθα κατ' αὐτῶν, εἶτα τῆς θείας οὐκ ἀλογήσομεν ἐντολῆς; πρὸς τοῦτο φαμέν· ἆρ' οὖν εὐξόμεθα παῤῥησίαν αὐτοῖς καὶ ἰσχὺν δοθῆναι παρὰ θεοῦ, ἵνα τοὺς τὰ αὐτὰ πρεσβεύοντας μὴ ἐῶσι μυσταγωγεῖν; καὶ πῶς οὐκ εὐήθες παντελῶς τὸ χρῆμα ἐστίν; οὐκοῦν ὅταν μὲν εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τὰ παρά τινων ἔρχηται πλημμελήματα, τότε δὴ τότε καύχημα ποιησόμεθα τὸ ἐπ' αὐτοῖς ἀμνησίκακον καὶ φιλάλληλον·

* cod. καταθρηνήσωμεν.

* Act. IV. 29.

* Luc. VI. 27. 28.

sine dubio facit iniuriam qui haesitat. Nisi enim credideris, Deum precibus tuis fore consensurum, numquam ad eum supplex accedas; ne accusator omnipotentis fias, dum inconsulte haesitaveris. Oportet itaque tam turpem morbum aversari. Quod autem nec ambitiose nec temere orantibus sed studiose atque incessanter, Deus annuet, praesens parabola confirmabit. Nam si iniustum iudicem, qui neque Deum timebat, neque hominem reverebatur, perseverans viduae instantia pudore suffudit, ut, invitus licet, ius ei redderet, quomodo ille misericors et iniquitatis osor, qui salutarem semper diligentibus ipsum manum porrigit, sibi diu noctuque supplicantes non exaudiet, eosque tamquam electos defensabit?

Sed quinam omnino adversus eos iniuriosi sint, age iam videamus. Sanctos, qui veritatis doctrinam recte docent, plurimi admodum et multifariam offendunt, qui sacrorum dogmatum sunt imperiti, et procul omni recta via deferuntur. Sunt autem hi, exsecrabiles et impurae haereticorum officinae, quas merito quis appellarit mortis ianuas. Hi persecutiones tribulationesque recte in fide incedentibus concitant. Contra hos amici Dei preces fundunt, sanctos imitantes apostolos, qui adversus Iudaeorum nequitiam reclamantes aiebant: « et nunc, Domine, respice in minas eorum, et da servis tuis cum fiducia loqui verbum tuum. » Atqui aliquis fortasse, dicet: sanctis apostolis ait aliquando Christus « diligite inimicos vestros, orate pro calumniantibus vos. » Quomodo ergo orabimus contra ipsos, quin simul divinum praeceptum negligamus? Ad haec respondemus. Num igitur orabimus, quò fiducia improbis viresque suppeditentur a Deo, ut eos qui sic orant non sinant religionem propagare? Quid ni hoc usquequaque fatuum negotium sit? Cum ergo contra nos ipsos aliqui peccant, tunc enimvero oblivisci iniuriarum, et amorem exhibere glo-

riabimur: tunc sanctorum patrum exempla sectantes, verberent licet, convicientur, alia iniuriarum genera inferant, omni eos culpa absolvemus, iram doloremque omittemus. Sed cum in ipsam Dei maiestatem peccaverint aliqui, et sacram sacerdotum praedicationem, bella et tribulationes cumulantes, tunc Deo supplicamus auxilium eius implorantes, et adversus ipsiusmet gloriae hostes reclamamus. Sicut nimirum et magnus Moyses, qui ait: « exsurge, Domine; dissipentur inimici tui; fugiant omnes qui oderunt nomen tuum. » Ipsa quoque sanctorum apostolorum verba demonstrant, non parum prodesse divinae doctrinae, si infirmetur quodammodo persecutorum manus: respice, aiunt, in minas eorum; id est illorum adgressiones fac vanas; daque servis tuis cum fiducia loqui verbum tuum. Nam quod orthodoxam doctrinam nonnulli cauponaturi forent, atque a recta fide multos alienaturi, praedixit dicens:

Verumtamen filius hominis veniens, putas inveniet fidem in terra?

Profecto haud hoc ignorabat. Cur? Quia Deus rerum omnium conscius est. Significat autem fore ut frigescat multorum caritas, et deficiant aliqui extremis temporibus a recta et inviolabili fide, attendentes fraudulentis spiritibus et falsis hominum sermonibus mentem cauteriatam habentium. Adversus quos, tamquam fideles famuli ad Deum nos accedimus, orantes ut inefficaces sint illorum improbitates, et contra illius maiestatem conatus. Offendunt autem Dei famulos alii quoque nonnulli, contra quos plane inculpabile erit nostrum certamen quod oratione fit. Quinam vero hi? Improbae et contrariae potestates, et omnium hostis Satanas, is qui cuilibet bene vivere volenti acriter adversatur, qui in nequitiae foveas dormitantes impellit, qui denique peccati omnis semina nobis inmittit. Urget enim nos intolerabiliter cum propriis satellitibus. Quam ob rem incla-

τότε τοὺς ἁγίους πατέρας ἀπομιμούμενοι, κἂν παίωσι, κἂν ὑβρίζωσι, κἂν ἑτέρους ἡμῖν πλεονεξίας ἐπιφέρωσι τρόπους, ἀπαλλαξόμενοι πάσης αἰτίας αὐτοὺς, κρείττους ἐσόμεθα καὶ ὀργῆς καὶ λύπης· ὅταν δέ τινες εἰς αὐτὴν ἁμαρτάνωσι τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν, τὸ τὸ θεῖον ἱερουργούντων κήρυγμα, πολέμους καὶ θλίψεις κατασωρεύοντες, τότε πρόσιμεν θεῷ, τὴν παρ' αὐτοῦ ζητοῦντες ἐπικουρίαν, καὶ τῶν μαχομένων αὐτοῦ τῇ δόξῃ κατακεκραγότες· καθάπερ ἀμέλει καὶ ὁ μεγας Μωϋσῆς· ἔφη γὰρ * « ἐξεγέρθητι * Num. X. 35.
κύριε· διασκορπισθήτωσαν οἱ ἐχθροί σου· φυγέτωσαν πάντες οἱ μισοῦντες τὸ ὄνομά σου· » καὶ αὐτὸ δὲ τὸ εἰρημένον παρὰ ἁγίων ἀποστόλων, ἐκδείξειεν ἂν οὐκ ἀσυντελοῦν πρὸς ὄνησιν τῷ θείῳ κηρύγματι, τὸ ἀσθενῆσαί πως τὴν τῶν διωκόντων τὴν χεῖρα· ἔπιδε γάρ, φησιν *, * Act. loc. cit.
ἐπὶ τὰς ἀπειλὰς αὐτῶν, τουτέστι ματαίωσον αὐτῶν τὰς ἐπαναστάσεις· καὶ δὸς τοῖς δούλοις σου, μετὰ παρρησίας λαλεῖν τὸν λόγον σου· ὅτι γὰρ ἤμελλον τοὺς τῆς ὀρθότητος λόγους ἐκκαπηλεύειν τινὲς, καὶ τῆς ὑγιαινούσης πίστεως ἀποφέρειν πολλοὺς, προαναπεφώνηκε λέγων·

Πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; v. 8.

Οὐκ ἠγνόησε τοῦτο· πόθεν; θεὸς γάρ ἐστιν ὁ πάντα εἰδώς· ὑπεμφαίνει δὲ ὅτι ψυγήσεται ἡ ἀγάπη τῶν πολλῶν, καὶ ἀποδραμοῦνταί τινες ἐν ἐσχάτοις καιροῖς τῆς ὀρθῆς καὶ ἀδιαβλήτου πίστεως, προσέχοντες πνεύμασι πλάνοις καὶ ψευδηγορίαις ἀνθρώπων κεκαυτηριασμένων νοῦν· καθ' ὧν ὡς οἰκέται γνήσιοι τῷ θεῷ πρόσιμεν, ἀπράκτους αὐτῶν παρακαλοῦντες ἀποφανθῆναι τὰς πονηρίας, καὶ τὰ κατὰ τῆς αὐτοῦ δόξης ἐπιχειρήματα· ἀδικοῦσι δὲ τοὺς θεῷ δουλεύοντας καὶ ἕτεροί τινες, καθ' ὧν ἀνέγκλητος ἡ παρ' ἡμῶν ἔσται πρόσοδος, ἡ διά γε τῆς προσευχῆς· τίνες δὲ οὗτοι πάλιν; αἱ πονηραὶ καὶ ἀντικείμεναι δυνάμεις, καὶ ὁ πάντων ἀντίδικος σατανᾶς, ὁ τοῖς εὖ βιοῦν ἐθέλουσιν ἀγρίως ἀντανιστάμενος, ὁ τοῖς φαυλότητος βόθροις ἐνιεὶς τοὺς νυστάζοντας, ὁ πάσης ἡμῖν ἁμαρτίας ἐμφυτεύων σπέρματα· ἔγκειται γὰρ οὐ φορητῶς μετὰ τῶν ἰδίων ὑπασπιστῶν· καὶ ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ καταβεβόηκεν αὐτοῦ ὁ ψαλμῳ-

A. f. 236. B. f. 168. C. f. 145. D. f. 59.

* Ps. LXI. 4. δὸς, λέγων· * " ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον; φονεύετε πάντες ὑμεῖς, ὡς τοίχῳ κεκλιμένῳ καὶ φραγμῷ ὠσμένῳ; " ὥσπερ γὰρ τοῖχος ἤδη τὸ κλίνεσθαι παθὼν, καὶ φραγμὸς ὠσθεὶς ἤγουν ἀναῤῥαγεὶς, πίπτουσιν ἑτοίμως ὠθοῦντος τινὸς, οὕτως ὁ ἀνθρώπινος νοῦς, πλείστην ἐξ ἑαυτοῦ ἔχων τὴν ῥοπὴν εἰς φιληδονίας κοσμικὰς, πίπτει πρὸς αὐτὰς ἑτοίμως, ἕλκοντός τινος καὶ κατερεθίζοντος· ἔργον δὲ τοῦτο τῷ σατανᾷ· οὐκοῦν περὶ τούτων ἐροῦμεν ἐν προσευχαῖς πρὸς τὸν διασῶσαι δυνάμενον· ἐκδίκησόν με ἐκ τοῦ ἀντιδίκου μου· ὃ δὴ καὶ πέπραχεν ὁ μονογενὴς τοῦ θεοῦ λόγος γενόμενος ἄνθρωπος· ἐκβέβληκε γὰρ τῆς καθ' ἡμῶν τυραννίδος τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, ἐξείλετο δὲ καὶ σέσωκε, καὶ τοῖς τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ὑπήγαγε ζυγοῖς· καὶ γὰρ ἐξ ὑμῶν τινὲς ὡς οἰκέται γνήσιοι ἐν ἑδραιότητι πίστεως διατηρηθήσονται παρὰ θεοῦ ἐπὶ γῆς ὄντες· καλὴ τοίνυν ἡ ἔντευξις ἡ διὰ συχνῆς προσευχῆς· προσδέξεται γὰρ ἡμῶν τὰς λιτὰς, πληρώσει τε τὰ αἰτήματα Χριστός· εἰ γὰρ τὸν κριτὴν τῆς ἀδικίας, τὸν καὶ πρὸς θεὸν καὶ πρὸς ἀνθρώπους ἀπαναιδευσάμενον, καὶ πάσης κακίας πεπληρωμένον, ἡ τῆς χήρας προσεδρεία καὶ καρτερία ἐμάλαξε, πόσῳ μᾶλλον ἡμεῖς τὸν πατέρα τοῦ ἐλέους εἰς οἶκτον ἑλκύσομεν, κἂν μακροθυμῇ πρὸς τὸ παρόν;

Ἐπειράθησαν δέ τινες περιεργότερον τὴν παραβολὴν ταύτην ἑρμηνεῦσαι, χήραν μὲν τὴν ἀποβαλοῦσαν τὸν διάβολον, ψυχὴν λέγοντες· ἀντίδικον δὲ αὐτῆς, αὐτὸν καθ' οὗ καὶ πρόσεισι τῷ θεῷ τῷ κριτῇ τῆς ἀδικίας, τουτέστι, τῷ κατακρίνοντι τὴν ἀδικίαν, ὃς οὐκ ἔχει θεὸν ὃν φοβηθήσεται, οὐδὲ πρόσωπον ἀνθρώπου λαμβάνει, ὃς καὶ τὴν προσεδρεύουσαν αὐτῷ ψυχὴν οἰκτείρει· ἀλλὰ ταῦτα μὲν τολμηρῶς καὶ φαύλως τινὲς ἐξελάβοντο· ὁ μέντοι κύριος, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς συντελείας πρὸς τοὺς τότε κινδύνους τῇ προσευχῇ συντόνως χρηστέον, ἐπιφέρει· ὅτι ἆρα ἐλθὼν εὑρήσει τὴν πίστιν; ἐν σχήματι ἐρωτήσεως τὸ σπάνιον παριστῶν· εἴωθε γὰρ ἐπὶ τοῦ σπανίου, τῷ ἐρωτηματικῷ τρόπῳ χρᾶσθαι· ὡς κἀνταῦθα δηλῶν, ὅτι βραχεῖς ἔσον-

mat illi psalmista dicens: « Quousque irruitis in hominem, interficitis universi vos; tamquam parieti inclinato, et maceriae depulsae? » Sicut enim paries iam inclinatus, et maceria depulsa sive subruta, ilico procumbunt impellente aliquo, sic mens humana, plurimam naturaliter habens ad mundanas voluptates proclivitatem, in eas facillime decidit, trahente alio vel provocante. Est autem hoc Satanae officium. Ergo de his dicemus in precibus ad eum qui salvare potest: vindica me Deus de adversario meo. Quod sane fecit unigenitum Dei Verbum homo factum. Depulit de tyrannide sua principem huius saeculi, liberavit nos salvosque fecit, suique regni iugo subiecit. Nam ex nobis nonnulli, ut fideles servi, in fidei stabilitate conservabuntur a Deo, adhuc in terra manentes. Bona est itaque frequentis orationis consuetudo. Excipiet enim nostras preces, et postulatis annuet Christus. Nam si iudicem iniustum, qui neque Deum neque homines reverebatur, viduae adsiduitas et perseverantia flexit, quanto magis nos misericordiae patrem ad pium sensum trahemus, etiamsi forte in praesentiarum moretur?

Moliti vero sunt nonnulli parabolam hanc curiosius interpretari: nempe viduam, quae diabolum (ceu pristinum virum) abiecit, animam esse dicentes: adversarium vero eius, ipsum diabolum, contra quem fit supplex Deo iniquitatis iudici, id est qui iniquitatem condemnat; qui quidem non habet alium Deum quem timeat, neque humanam personam veretur, et supplicis sibi animae miseretur. Sed enim audacter haec et perperam ita quidam intellexerunt. Dominus quidem, quia tempore mundanae consummationis, propter instantia tunc pericula constanter ad orationem est incumbendum, subdit: num quum venerit, fidem inveniet? figura nimirum interrogativa raritatem denotans. Solebat enim in re rara, interrogativo modo uti; sicuti et nunc,

significans paucos fore qui fidem retinebunt, eamque apud paucos se in terra reperturum quum nubibus insidens venerit.

Ut autem discas quali poenae sit obnoxius is qui alios condemnat, nec suorum potius peccatorum paenitentia tangitur, ex ipsis tibi evangeliis testimonia exhibebimus. Itaque beatus hic Lucas de ipso servatore nostro Christo ait: « dixit autem et ipsis parabolam, de illis qui se ipsos iustos dicebant, et ceteros aspernabantur. » Quaenam porro est haec parabola?

Duo homines ascenderunt in templum ut orarent etc.

Heic scilicet docet nos quemadmodum ad Deum precationes faciendae sint, ne res sine effectu utentibus fiat; et ne dum putat aliquis utilitatem capere, hoc ipso sibi iratum faciat supernorum munerum datorem Deum. Scriptum est enim: est iustus qui perit in iustitia sua. En hoc loco pharisaeus condemnatus fuit, quia imprudenter instruxit orationem. Multae enim ipsius contra eundem militant culpae. Primum quia arrogans est et fatuus: admiratur enim se ipsum, quum sacrae litterae clament: « laudet te proximus, et non os tuum; alienus, et non labia tua. » Deinde quia nescivit, eum qui peccato resistit, non omnino esse summa admiratione dignum; sed studium aemulandi eos qui virtute praestare solent, id demum facere hominem splendidum et excellentem, atque in eorum numero collocare, quos merito admiramur. – Publicanus itaque procul constiterat; neque, ut ita dicam, oculos attollere audebat, sed pudibundo aspectu, animae timiditatem significabat. – Viden, ut fiduciam cohibens, quasi ea sibi nulla esset, conscientiae suae morsibus vulneratur? Vel solum quippe Dei conspectum veretur, quoniam leges eius parvi fecerat; et ipso exteriore habitu iniquitatem suam accusat. Pectus tundit, peccata fatetur, ostendit velut medico morbum suum, misericordiam implorat. – Sicuti ne publi-

ται οἱ τὴν πίστιν φυλάττοντες· καὶ ἐν ὀλίγοις αὐτὴν εὑρήσει ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν νεφέλαις ἐλθών.

Ἵνα δὲ μάθῃς ὅσην ἔχει ζημίαν τὸ A. f. 236. b.
κατακρίνειν ἑτέρους, καὶ μὴ ἐπὶ τοῖς οἰκείοις πταίσμασι μετανοεῖν, ἐξ αὐτῶν σε τῶν εὐαγγελίων πιστωσόμεθα· λέγει τοιγαροῦν οὗτος ὁ μακάριος Λουκᾶς περὶ τοῦ σω-
τῆρος ἡμῶν Χριστοῦ· « εἶπε δὲ αὐτοῖς καὶ v. 9.
παραβολὴν περὶ τῶν δικαιούντων ἑαυτοὺς, ἐξουθενούντων δὲ τοὺς ἑτέρους· » καὶ τίς ἡ παραβολή;

Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν εἰς τὸ ἱερὸν v. 10.
προσεύξασθαι κ. τ. λ.

Ἐνταῦθα γὰρ διδάσκει ἡμᾶς, τίνα χρὴ A. f. 236. b. C. f. 115. E. f. 298.
τρόπον τὰς πρὸς αὐτὸν ποιεῖσθαι λιτὰς, ἵνα μὴ ἄμισθον εὑρεθῇ τοῖς χρωμένοις τὸ χρῆμα· μὴ δὲ δι' ὧν ἄν τις ὠφελεῖσθαι νομίζοι, διὰ τούτων αὐτῶν παροξύνῃ καθ' ἑαυτοῦ τὸν τῶν ἄνωθεν χαρισμάτων δοτῆρα θεόν· γέγραπται
γάρ· * ὅτι ἐστὶ δίκαιος ἀπολλύμενος ἐν δι- * Eccle. VII. 16.
καίῳ αὐτοῦ· ἰδοὺ γὰρ ἐνταῦθα ὁ φαρισαῖος κατακέκριται, ὅτι μὴ ἐπιστημόνως ἐποιεῖτο τὴν προσευχήν· πολλὰ γὰρ κατ' αὐτὸν αὐτοῦ τὰ ἐγκλήματα· πρῶτον μὲν φορτικός ἐστι καὶ ἄνους· τεθαύμακε γὰρ αὐτὸς ἑαυτὸν, καί τοι
βοῶντος τοῦ ἱεροῦ γράμματος· * « ἐγκωμιαζέ- * Prov. XXVII. 2.
τω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα· ἀλλότριος, καὶ μὴ τὰ σὰ χείλη· », εἶτα, ἠγνόησεν ὅτι τὸ κακῶν εἶναι κρείττονα, οὐχὶ πάντη τε καὶ πάντως ἀξιοθαύμαστον ἀποφαίνει τινά· τὸ δὲ ἁμιλλᾶσθαι φιλεῖν τοῖς εἰωθόσιν εὐδοκιμεῖν, λαμπρὸν καὶ διαπρεπῆ, καὶ τοῖς δικαίως τεθαυμασμένοις ἐναρίθμιον ἀπεργάζεται.
– Ὁ γοῦν τελώνης εἱστήκει μακρόθεν· οὐδ' v. 13.
ὅσον εἰπεῖν ἀνατεῖναι τολμῶν εἰς ὕψος τοὺς A. f. 239. E. f. 298.
ὀφθαλμοὺς, ἀλλὰ τῷ ἐρυθριῶντι βλέμματι, τὸ τῆς ψυχῆς μηνύων ἀπαρρησίαστον. – Ὁρᾷς ὅτι περιστείλας τὴν παρρησίαν, ὡς οὐκ ἔχων αὐτὴν, τοῖς ὑπὸ τοῦ συνειδότος ἐλέγχοις πλήττεται; δέδιε γὰρ καὶ μόνον ὀφθῆναι θεῷ, ὡς ὀλίγως φροντίσας τῶν αὐτοῦ νόμων· καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ φαινομένου σχήματος, τῆς ἑαυτοῦ φαυλότητος κατηγορεῖ· τύπτεται τὸ στῆθος, ὁμολο-
γεῖ τὰ ἐγκλήματα, δείκνυσιν ὡς ἰατρῷ τὴν νό- v. 14.
σον, καὶ κατοικτείρεσθαι παρακαλεῖ. – Ὥσπερ A. f. 241. b. E. f. 305.

οὖν οὐδὲ ὁ τελώνης [ἐξουδενώθη·] τί γάρ φησι περὶ αὐτοῦ, τοῦ τὰς οἰκείας ἁμαρτίας ὁμολογοῦντος, ὁ πάντων κριτὴς, ὁ τὰς καρδίας ἐπιγνώσκων, ὁ τὰς πάντων δεχόμενος προσευχάς; « λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδικαιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ γὰρ ἐκεῖνος. » — Κἂν εἴ τις γὰρ γένοιτο χρηστὸς καὶ ἐπιεικὴς, μὴ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας ὑπεροψίαν νοσείτω· μεμνήσθω δὲ μᾶλλον Χριστοῦ λέγοντος
* Luc. XVII. 10. τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις· * « ὅταν ταῦτα ποιήσητε, δῆλον δὲ ὅτι τὰ διατεταγμένα, λέγετε ὡς δοῦλοι ἀχρεῖοι ἐσμέν· ὃ ὠφείλομεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν. » ὀφείλομεν δὲ ὡς ἐξ ἀναγκαίου ζυγοῦ τῷ ἐπὶ πάντας θεῷ τὴν δουλείαν, τὴν ὑποταγὴν τὴν εἰς πᾶν ὁτιοῦν· ὁρᾷς ὅπως ὁ τελώνης τὰ ἁμαρτήματα ἀπεδύσατο, τὴν τοῦ φαρισαίου κατηγορίαν πρᾴως ἐνεγκών; καὶ ὁ μὲν ἀπὸ δόξης, εἰς τὸ τῆς ἀτιμίας κατέπεσε βάραθρον· ὁ δὲ ἀπὸ τῆς ἐπονειδίστου ζωῆς, εἰς μακαρίαν ἐπανῆλθε κατάστασιν· καὶ ὁ μὲν πολλῷ τῷ μέσῳ τῆς πρὸς θεὸν ἐγγύτητος ἐκεχώριστο· ὁ δὲ πρὸς τὴν τῆς παῤῥησίας χώραν ἀνείλκυστο· καὶ ὁ μὲν ἐξ ὄγκου τεταπείνωτο, ὁ δὲ ἐκ ταπεινώσεως ὕψωτο.

canus quidem despectus fuit. Quid enim de ipso dixit, propria peccata confitente, omnium iudex, qui corda novit, qui omnium preces recipit? « Dico vobis: descendit hic iustificatus in domum suam prae illo. » – Etiamsi aliquis bonus sit et pius, caveat ne ob hanc causam superbiae morbo laboret. Meminerit potius Christi dicentis sanctis apostolis: « postquam haec feceritis, scilicet imperata, dicite: servi inutiles sumus; quod facere debueramus, fecimus. » Utique nos debemus, tamquam iugo necessario suppositi, supremo Deo famulatum, omnimodam inquam subiectionem. Viden ut publicanus peccatis se suis exuit, dum pharisaei accusationem mansuete pertulit? Et hic quidem a gloria in ignominiae barathrum decidit; ille autem e turpissima vita ad beatam morum regulam consurrexit. Hic multo intervallo a Dei familiaritate fuit seiunctus; ille ad fiduciae gradum fuit erectus. Hic e tumore depressus est, ille ex humilitate exaltatus.

v. 15. Προσέφερον δὲ αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη ἵνα αὐτῶν ἅπτηται.

Afferebant autem ad illos et infantes, ut eos tangeret.

A. f. 213. b. B. f. 169. D. f. 60. Προσέθει ποτὲ γύναια, καὶ δὴ καὶ βρέφη προσεκόμιζον αἱ μητέρες, ἵνα ἐπιθῇ αὐτοῖς τὰς χεῖρας· ὄχλον δὲ τὸ χρῆμα νομίσαντες εἶναι, ἀπεῖργον οἱ μαθηταί· αὐτὸς δὲ καὶ λίαν ἀσμένως προσίετο, λέγων· ἄφετε, τῶν γὰρ τοιούτων, ἡ βασιλεία· ἐντεῦθεν ἀταλαίπωρον ἰδεῖν, ὡς ἀκακίας σύμβολον τὸ ἀρτιγενές ἐστι παιδίον· νέα γὰρ ὥσπερ κτίσις, τὸ βρέφος· οὐ βασκαίνοντες μέν τοι τοῖς βρέφεσιν ἐπετίμων οἱ μαθηταὶ, ἀπονέμοντες δὲ μᾶλλον ὡς διδασκάλῳ τὸ χρεὼν, καὶ οἱονεὶ τὰς περιττὰς ὀχλήσεις ἀπείργοντες· οὐκ ἀσυνέτους δὲ ἡμᾶς εἶναι βούλεται Χριστὸς, φάσκων· τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν, ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ἀλλὰ τῇ κακίᾳ νηπιάζειν, ταῖς δὲ φρεσὶ τελείους ὑπάρχειν· τὸ γὰρ βρέφος, ἢ ὀλίγα παντελῶς, ἢ οὐδὲν ὅλως εἰδὸς, ἀπαλλάττοιτο ἂν εἰκότως τῆς ἐπὶ φαυλότητι καὶ πονηρίᾳ διαβολῆς· οἷς καὶ ἡμᾶς ἐξομοιοῦσθαι προσήκει, ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον διαζῶντας

Accurrebant aliquando mulierculae, et infantes quoque adferebant matres, ut eis manus imponeret, quam rem molestam existimantes discipuli, illos arcebant. Is autem libenter admodum excipiebat dicens: sinite, horum enim regnum est. Hinc facile agnoscitur, innocentiae symbolum esse recens natum infantem; est enim nova veluti creatura, puer. Neque tamen livore aliquo increpabant puerulos discipuli, sed officium potius magistro praestabant, dum vanas veluti molestias arcebant. Neque idcirco insipientes nos vult esse Christus, dum ait talium esse regnum caelorum; sed malitia puerulos, praecordiis perfectos requirit. Nam puerulus, vel oppido pauca, vel nihil sciens, merito malitiae atque nequitiae accusationem vitat. Quibus nos similes esse decet, simplicem et innoxiam vitam gerentes. Attamen perfectis praecor-

diis esse debemus, maturam habentes mentem ad perspicue sciendum quis sit omnium Deus, tum ad vitanda etiam diabolica scandala. Definitur enim philosophia, cum prudentia simplicitas.

Interrogavit eum quidem princeps etc.

Qui heic introducitur princeps ut acutus ac suspicax, existimavit posse a se Christum coargui, quasi is Moysis spretis legibus, suas obtruderet. Accedit ergo, et benivole loqui simulat; nam et magistrum appellat, et bonum dicit, et se discendi cupidum profitetur. Iam quia tentator interrogat, merito is qui sapientes capit in astutia ipsorum, ait illi: si quidem non credis me esse Deum, cur vocabula uni convenientia supremae naturae mihi apponis? Cur bonum appellas, quem hominem arbitratu tuo iudicas? Nam bonus suapte natura Deus est, et haec illius propria est substantialiter insita et singularis dignitas, ut sit bonus; per participationem autem, angeli atque nos. Haec fuit verborum Christi sententia. Fortasse vero non patietur hanc sensuum rectitudinem quisquis impietatis Arii consors est, dicetque: en manifeste negavit se esse bonum, idque decus uni patri Deo ut congruum adtribuit. Iam si esset ei consubstantialis, et ex eodem naturaliter natus, nonne ipse quoque bonus foret, utpote Deus? Verum his ita respondendum est. Quoniam tota orthodoxa atque accurata doctrina consubstantialem agnoscit patri filium, cur non hic sit bonus, si quidem Deus est? Non enim potest arbor bona malos fructus facere, neque ex dulci fonte fluvius pariter dulcis non procedere. Dei ergo boni bonus fructus filius; atque ut imago, gignentis pulchritudinem in propria natura demonstrat. – Sed haec quidem in praesenti sufficiant; namque et-

βίον· τελείους δὲ εἶναι χρὴ τὰς φρεσὶν, ἑδραῖον
ἔχοντας τὸν νοῦν, εἰς τὸ εἰδέναι σαφῶς τίς ὁ
τῶν ὅλων θεὸς, καὶ διαβολικῶν σκανδάλων
ἀποφοιτᾶν· ἐστι γὰρ ὅρος φιλοσοφίας (1),
τὸ μετὰ συνέσεως ἄπλαστον εἶναι (2).

Ἐπηρώτησέ τις αὐτὸν ἄρχων κ. τ. λ. v. 18.

Ὁ ἐνθάδε λεγόμενος ἄρχων, ἀκριβὴς A. f. 244. D. f. 60.
εἶναί τις ὑπονοούμενος, ᾠήθη δύνασθαι ἐλέγ-
ξαι Χριστὸν, ἀτιμάζοντα μὲν τὴν διὰ Μωϋ-
σέως ἐντολὴν, ἰδίους δὲ νόμους εἰσκεκομικό-
τα· προσέρχεται τοίνυν, καὶ χριστολογεῖν
ὑποπλάττεται. διδάσκαλον γὰρ ὑποκαλεῖ,
καὶ ἀγαθὸν ὀνομάζει, καὶ μαθητιᾶν ἐπαγ-
γέλλεται· εἰ δὲ πειράζων ἐπύθετο, εἰκότως v. 19.
ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ
αὐτῶν *, φησὶ πρὸς αὐτόν· εἰ μὴ πεπίστευ- * Iob. V. 13.
κας ὅτι θεός εἰμι, πῶς τὰ μόνῃ πρέποντα
τῇ ἀνωτάτω φύσει περιτέθεικάς μοι; καὶ ἀγα-
θὸν ἀποκαλεῖς, ὃν δὴ καὶ νενόμικας ἄνθρω-
πον εἶναι κατὰ σέ; φύσει γὰρ ἀγαθὸς ὁ θεὸς, καὶ
ἴδιον αὐτοῦ καὶ οὐσιωδῶς ἐμπεφυκὸς καὶ ἐξαί-
ρετον ἀξίωμα, τὸ εἶναι ἀγαθὸν, κατὰ μέθεξιν
δὲ ἄγγελοι καὶ ἡμεῖς· καὶ ἐστι μὲν ὁ τοῦ λόγου
σκοπὸς γέγονε τῷ Χριστῷ. Οὐκ ἀνέξεται δὲ
ἴσως τῆς τῶν ἐννοιῶν ὀρθότητος, ὁ τῆς Ἀρείου
δυσσεβείας μέτοχος, φάσκων· ἰδοὺ σαφῶς
ἠρνήσατο εἶναι ἀγαθὸς, ἀνατίθησι δὲ ὡς
μόνῳ πρέπον τῷ θεῷ καὶ πατρί· ἀλλ' εἴπερ
ἦν, φησὶν, ὁμοούσιος αὐτῷ καὶ ἐξ αὐτοῦ κατὰ
φύσιν, οὐκ ἂν ὑπῆρχε καὶ αὐτὸς ὡς θεὸς ἀγα-
θός; ἀλλὰ λεκτέον πρὸς αὐτούς· ἐπεὶ πᾶς
λόγος ὀρθός τε καὶ ἀκριβὴς, ὁμοούσιον οἶ-
δεν ὄντα τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, πῶς οὐκ ἔστιν
ἀγαθὸς, θεὸς ὤν; οὐ γὰρ δύναται δένδρον
ἀγαθὸν καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν, οὐδὲ ἐκ
γλυκείας πηγῆς ποταμὸς πρόεισιν οὐ γλυ-
κύς· θεοῦ τοιγαροῦν ἀγαθοῦ, καρπὸς ἀγα-
θὸς, ὁ υἱός· καὶ ὡς εἰκὼν, τοῦ γεννήσαντος τὸ
κάλλος ἐν ἰδίᾳ φύσει δεικνύς. – Ἀλλὰ ταῦ- v. 20. A. f. 245.
τα μὲν ἀπόχρη πρός γε τὰ παρόντα· εἴρη-
ται δὲ καὶ ἐν τῷ Ματθαίῳ (3)· προσδοκῶν-

(1) Intellige philosophiam praesertim christianam, ea notione qua saepe apud ecclesiae patres hoc vocabulum usurpatur. Et vide Suicerum thesaur. eccl.

(2) Refertur ad Christi domini dictum Matth. X. 16: *estote prudentes et simplices*. Quo in effato philosophiae summa est.

(3) Nempe ad Matth. XIX. 17. Periit tamen Cyrilli nostri ad Matthaeum commentarius, neque in Possini et Corderii symbolis, quicquam Cyrilli hoc loco occurrit.

τος δὲ τοῦ ἄρχοντος, ἀκούσεσθαι λέγοντος τοῦ
Χριστοῦ· ἀποπήδησον τῶν Μωϋσέως γραμμά-
των, καὶ πρόσιθι τοῖς δι' ἐμοῦ θεσπίσμασι·
τοῦτο μὲν οὐκ ἔφη, τὸν ἐνόντα σκοπὸν τῷ
πειράζοντι θεοπρεπέστατα βλέπων· ὥσπερ
δὲ οὐκ οὐσῶν ἑτέρων ἐντολῶν, πλὴν ὅτι μό-
νων τῶν διὰ Μωϋσέως, πέμπει τὸν ἄνθρωπον
πρὸς αὐτάς, καὶ φησί·

v. 20. *Τὰς ἐντολὰς οἶδας· μὴ μοιχεύσῃς, μὴ φονεύσῃς κ.τ.λ.*

A. f. 216. b. Ὁ μέν τοι νόμος πᾶν εἶδος ἀποφάσκει
φαυλότητος, καὶ πάντα τὸν τῆς ἀνοσιότητος κατα-
κιβδηλεύει τρόπους· οὐ γὰρ μοιχεύσεις, φη-
* Exod. XX. 13. seq. σὶν, οὐ φονεύσεις *, καὶ τὰ λοιπὰ ἐναργῶς
ἀποφάσκων, τὸ μήτε χρῆναι φονεῖν, μήτε
μὴν ἀλλοτρίοις γάμοις ἐπιμαίνεσθαι· κατα-
δικάζων δὲ καὶ κλοπῆς, καὶ ἐπιορκίας, καὶ τοῦ
ψευδομαρτυρεῖν, καὶ ποινὰς τοῖς πλημμε-
λοῦσιν ὁρίζων· εἶτα τοὺς εἰς γονέας αἰδοῦς ἐπι-
μελητὰς γενέσθαι προστέταχεν, ἀξιόκτητα
τοῖς εὐδοκιμεῖν ἐθέλουσι τὰ γέρα προθείς·
τίμα γάρ φησι τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα
σου, ἵνα εὖ σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρό-
v. 21. A. f. 247. D. f. 59. b. νιος ἐπὶ τῆς γῆς. — Ἐνόμισεν ὁ δύστροπος καὶ
δεινὸς εἰς κακουργίας, καί τοι θεὸν ὄντα τὸν
ἐρωτώμενον συναρπάσειν ἀκονιτὶ, πρὸς τὸ
αὐτῷ δοκοῦν ἀποκρινόμενον· ὁ δὲ Χριστὸς,
καί τοι πονηρὸν ὄντα, οὐκ ἀπεσόβησεν.
v. 23. A f. 247. b. « Ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, περίλυπος ἐγένετο. »
Ὁ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἄρχων, τὸν νέον
οὐκ ἐχώρησεν οἶνον, ἀσκὸς παλαιὸς ὑπάρ-
χων, ἀλλ' ἐρράγη· καὶ ἀχρεῖος ἦν, λελύ-
πηται γὰρ, καί τοι μάθημα λαβὼν ζωῆς
v. 25. B. f. 171. C. f. 146. τῆς εἰς αἰῶνα πρόξενον. — Κάμηλον, οὐ τὸ
ζῷον, ἀλλὰ τὸ ἐν τοῖς πλοίοις παχὺ σχοι-
νίον (2). — Ἔξεστι γὰρ αὐτοῖς, εἰ μὴ εἰσάπαν
ἕλοιντο τὸ τῶν ὅλων ὄντων ἀπολισθεῖν, ἑτέ-
ρως εὐδοκιμεῖν, ποιῆσαι φίλους ἐκ τοῦ ἀδίκου
μαμωνᾶ, ἵνα ὅταν ἐκλίπωσι, δέξωνται
* Luc. XVI. 9. αὐτοὺς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς *.

v. 28. *Ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι.*

A. f. 250. C. f. 146. Προσεπάγει δὲ τούτοις ὁ Ματθαῖος, τὸ

iam in commentariis ad Matthaeum de his dictum fuit. Expectante autem principe audire a Christo, omitte Moysis scripta, transi ad constituta mea; nihil hic huiusmodi dixit, arcanam tentatoris mentem divinitus introspiciens. Tamquam vero nulla alia praeter Moysis praecepta extarent, hominem ad haec amandat dicens:

Mandata nosti; non moechaberis, non occides etc.

Lex quidem omne genus nequitiae vetat, et quamlibet malitiae rationem improbat. Non moechaberis, inquit, non occides: itemque reliquis diserte interdicit, nempe ne caedes patretur, ne contra alienas nuptias insaniamus. Damnat insuper furtum, periurium, testimonium falsum; et peccantibus poenas decernit. Tum etiam ut parentes studiose honoremus iubet, praeclara recte agentibus praemia spondens: honora, inquit, patrem tuum et matrem tuam, ut bene sit tibi, et longaevus in terra vivas. – Existimavit homo hic improbus, et ad malitiam ingeniosus, Deus licet esset quem interrogabat, nihilominus a se facile deceptum iri. Ceteroqui Christus quantumlibet perversum, non repulit (1). « His ille auditis, contristatus est. » Iudaicae synagogae princeps novum vinum capere non poterat, etenim erat utriculus vetus, diruptusque est. Non erat idoneus, ideoque contristatus est, quamquam doctrinam audierat aeternae vitae donatricem. – Camelum dicit non animal, sed navium crassum rudentem. – Possunt enim hi, nisi prorsus volunt re omni funditus everti, aliter se gratos facere, nimirum amicos sibi ex iniusto mamona conciliare, ut cum defecerint, ab his in aeterna tabernacula recipiantur.

Dimisimus omnia, et secuti sumus te.

Adiicit his Matthaeus (XIX. 27.) quid

(1) Heic apud Corderium in cat. lat. prosequitur sic Cyrillus » non repulit, sed ostendit, quod si » aliquis vetus testamentum peregerit, perfectus non sit, sed adhuc desit illa sequela Christi. Quaeris, » inquit, quomodo possidenda sit vita aeterna? Accipe responsum: sparge facultates pauperibus, et obti- » nebis illam: parva sunt quae impendis, magna quae recipis. »

(2) Ergo ante Theophylactum dixerat hoc egregie Cyrillus, vel potius recentior ille a prisco nostro sumpsit. Hieronymus tamen cum aliis veteribus maluit de camelo iumento cogitare.

ergo erit nobis? Heic aliquis dicet: quid demum discipuli dimiserant, vel quorumnam compensationem a Christo postulant? Nos vero quid respondebimus? Utique ob hanc maxime causam necessario interrogant. Nam quia nihil possederant, praeter pauca et vilia, scire volunt quomodo Deus remunerabitur minima etiam deserentes propter regni caelorum adipiscendi cupiditatem, et propter Dei amorem. Congruenter sane dives homo multis opibus contemptis, praemium expectabit; qui vero pauca possidens, mox haec dimiserit, cur non cognoscere aveat, quid sit speraturus? Insuper et illud necessario dicendum est: sive multa sive pauca quis dimittat, par videtur hominis meritum, si recto sensu iudicare velimus. Ergo quod adtinet ad obedientiam atque propositum, pari ac divites gradu erunt, qui pari opum gradu non sunt, sed tamen pari proposito res suas sponte vendiderunt. Tum vero his quid respondit Christus?

Amen dico vobis: nemo est qui reliquit domum, aut parentes etc.

Digna Deo vox, et sanctum decretum! Namque in spem firmam audientes cunctos adducit: iuratamque adeo facit promissionem, praeposito amen vocabulo, quod iurisiurandi vice fungitur. Est autem operae pretium quaerere quinam sint qui patrem reliquerunt aut matrem, uxorem, et fratres, atque domos: et deinde singillatim perpendere quomodo hi multiplicatam habebunt praesente tempore remunerationem? Derelinquunt itaque interdum quidam patrem, et universae cognationis affectum negligunt, propter Christi amorem. Quomodo autem id fiat, ipse nos docebit his verbis: qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Praeterea: veni separare hominem a patre suo, et reliqua. Nam dum mundum divina praedicatio in fidei sagenam pertrahit, volunt quidem aliqui huic se cursui tradere; sed tamen patres aut matres infideles adhuc,

τί ἄρα ἔσται ἡμῖν; πρὸς τοῦτο ἐρεῖ τίς, τί γὰρ ὅλως ἀφῆκαν οἱ μαθηταὶ, ἢ τίνων ἀντέκτισιν αἰτοῦσι παρὰ Χριστοῦ; τί οὖν πρὸς ταῦτα φαμέν; μάλιστα μὲν ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, ἀναγκαιοτάτην ἐποιοῦντο τὴν πεῦσιν· ὡς γὰρ οὐδὲν κεκτημένοι, πλὴν ὅτι μικρὰ καὶ εὐτελῆ, βούλονται μαθεῖν τίνα τρόπον ἀμείψεται θεὸς, καὶ τοὺς ὀλίγιστα καταλελοιπότας, διὰ τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ, τουτέστι διὰ τὸ ἐφίεσθαι τυχεῖν τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἀγάπης· ἀραρότως μὲν γὰρ ὁ πλούσιος καταφρονήσας πολλῶν, προσδοκήσει τὰς ἀμοιβάς· ὁ δέ γε μικρὰ κεκτημένος, εἶτα τούτων ἀποστὰς, ἐν ποίαις ἐλπίσιν ἔσται, πῶς οὐκ ἔδει μαθεῖν; εἶτα πρὸς τούτοις, κἀκεῖνο εἰπεῖν ἀνάγκη· τὸ γάρ τοι πολλῶν ἢ ὀλίγων ἀπολισθεῖν, ἶσον τοῖς παθοῦσιν εἴη ἂν κατὰ τὸν τῆς ὀρθότητος λόγον· οὐκοῦν τό γε ἧκον εἰς ὑπακοὴν καὶ πρόθεσιν, ἐν ἴσῃ τάξει καταλογισθεῖεν ἂν τοῖς πολλὰ κεκτημένοις οἱ μὴ κατ᾽ αὐτοὺς μὲν ὄντες, εἶτα ταῖς ἴσαις προθυμίαις χρώμενοι, καὶ τῶν ἐνόντων τὴν ἀπεμπολὴν ἑκούσιον ὑπομένοντες· εἶτα τί πρὸς αὐτοὺς ὁ Χριστός;

Ἀμὴν λέγω ὑμῖν. ὅτι οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν v. 29.
οἰκίαν ἢ γονεῖς κ. τ. λ.

Θεοπρεπὴς ἡ φωνὴ, καὶ ἡ ψῆφος ὁσία· A. f. 250. B. f. 172. D. f. 60. b.
εἰς ἐλπίδα γὰρ βεβαίαν ἀνακομίζει ἅπαντας τοὺς ἀκροωμένους· καὶ ἐνώμοτον ποιεῖται τὴν ὑπόσχεσιν, προτιθεὶς τοῦ λόγου τὸ ἀμὴν, οἷον ὅρκου χρείαν ἀποπληροῦν· ζητῆσαι δὲ πρέπει, τίνες ἂν εἶεν οἱ ἀφιέντες πατέρα ἢ μητέρα, γυναῖκά τε καὶ ἀδελφοὺς καὶ οἰκίας· εἶθ᾽ οὕτως πολυπραγμονῆσαι λεπτῶς, πῶς ἂν οἱ τοιοῦτοι πολλαπλασίονα λάβοιεν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ; οὐκοῦν καταλιμπάνουσί τινες πατέρα, καὶ τῆς εἰς ἅπαν τὸ γένος φιλοστοργίας ὀλιγωροῦσιν ἔσθ᾽ ὅτε, διά γε τὴν εἰς Χριστὸν ἀγάπην· καὶ τίνα τρόπον, αὐτὸς ἡμᾶς διδάξει λέγων· * ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος· καὶ ἦλθον μερίσαι ἄνθρωπον ἀπὸ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ *, καὶ τὰ ἑξῆς· σαγηνεύοντος γὰρ εἰς τὴν ὑπ᾽ αὐτῷ πίστιν τοῦ θείου κηρύγματος τὴν ὑπ᾽ οὐρανὸν, βούλονται μὲν πρὸς τοῦτο ἰέναί τινες, ὑφορῶνται δὲ ἴσως πατέρας ἢ μητέρας ἀπίστους ὄντας καὶ πονηρούς· καὶ υἱοὺς

* Matth. X. 37.

* Idem X. 35.

δὲ πολλάκις οὐκ ἠνέσχοντο λυπῆσαι πατέρες, διὰ τὸ προσδραμεῖν τῇ πίστει· ὁ αὐτὸς δ' ἂν γένοιτο λόγος καὶ περὶ ἀδελφῶν πρὸς ἀδελφοὺς, καὶ νύμφης πρὸς πενθερὰν, κἀκείνης πρὸς ταύτην· ἀλλ' οἵ γε τῇ πίστει ἑδραῖοι προτάττουσιν οὐδὲν τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης, τὸ κατὰ σάρκα γένος ἐν οὐδενὶ ποιούμενοι λόγῳ.

Σκοπῆσαι δὲ λοιπὸν χρὴ πῶς ἄν τις τούτους ἀφεὶς, πολλαπλασίονα λήψεται ἐν τῷ νῦν αἰῶνι· ἆρα γὰρ πολλῶν γυναικῶν ἔσται ἀνὴρ, ἢ πολλοὺς ἀνθ' ἑνὸς πατέρας εὑρήσει ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πολυπλασιασθὲν οὕτω τὸ κατὰ σάρκα γένος; οὐ τοῦτο φαμέν· ἀλλ' ὅτι τὰ σαρκικὰ καὶ πρόσκαιρα καταλελοιπὼς, τὰ πολλῷ κρείττονα λήψεται, καὶ οἷον πολλαπλασίονα τῶν καταφρονουμένων (1)· καὶ οἱ ἀπόστολοι γὰρ ἀφέντες ὀλίγα, ἁγίου μεμέστωνται πνεύματος, καὶ παντοδαπῶν ἔτυχον χαρισμάτων, ἀπόλεκτοί τε καὶ ἀοίδιμοι γεγόνασι τοῖς ἁπανταχοῦ· ἅπαντες οὖν ἐσόμεθα κατ' ἐκείνους οἱ πιστεύσαντες εἰς Χριστὸν, καὶ ἠγαπηκότες αὐτοῦ τὸ ὄνομα· κἂν οἶκον ἀφῇ τις, τὰς ἄνω λήψεται μονάς· κἂν ἀπολισθήσῃ πατρὸς, τὸν ἐν οὐρανοῖς ἔχει πατέρα· κἂν ἀδελφῶν γένηται μακρὰν, ἀλλ' εἰς ἀδελφότητα αὐτὸν παραλήψεται Χριστός· ὅταν ἀφῇ γυναῖκα σύνοικον εὑρήσει τὴν ἄνωθεν καὶ παρὰ θεοῦ σοφίαν (2), ἐξ ἧς τεκνογονήσει εὐκαρπίας· κἂν ἀφήσῃ μητέρα, εὑρήσει τὴν ἄνω Ἱερουσαλὴμ, ἥ τις ἐστὶν ἐλευθέρα καὶ μήτηρ ἡμῶν.

v. 31. Τελεσθήσονται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου.

A. f. 250. B. f. 172. b. D. f. 61. Προαποκείρει διὰ τοῦ λέγειν τὰ συμβησόμενα, καὶ λογισμῶν ἀτοπίαν, καὶ παντὸς σκανδάλου πρόφασιν· οἱ γὰρ τὰς παρ' αὐ-

aut improbe viventes, subverentur. Certe patres saepe non desinunt esse filiis molesti, quia ad fidem accurrunt. Idem dicendum est de fratribus erga fratres, de nuru erga socrum, et de hac erga illam. Sed enim qui firmiter in fide perstant, nihil anteferunt Christi amori, et carnale genus nullius pensi habent.

Superest videndum, quomodo qui hos reliquerit, multiplicatam mercedem hoc quoque in saeculo accipiet. Num enim multarum feminarum fiet vir, aut multos pro uno reperiet in terra patres, et multiplicatum suum carnale genus? Haud sane hoc dicimus; sed quod carnalibus temporalibusque dimissis, meliora multo recipiet, et quasi prae contemptis multiplicia. Nam et apostoli exiguis rebus relictis, Spiritu sancto repleti fuerunt, et complura charismata adepti sunt, et eximii ac perillustres toto orbe evaserunt. Cuncti igitur pares illis fiemus, qui Christo credidimus, eiusque nomen in pretio habuimus. Et si domum quis reliquerit, supernas sedes accipiet: si patre destituetur, habet in caelo patrem: si fratribus procul discesserit, eum ad suam fraternitatem Christus adsumet: cum uxorem omiserit, supernam inveniet apud Deum sapientiam, ex qua bonos fructus procreabit: et si matrem aeque dereliquerit, inveniet supernam Hierusalem, quae est libera, et mater nostra (3).

Consummabuntur omnia quae scripta sunt per prophetas de filio hominis.

Eventura praedicens, praecidit simul perversas cogitationes, et cuiusvis scandali causam. Namque hi, qui nunc miracula

(1) Sic etiam S. Hieronymus interpretatur lib. III. in Matth. XX: *qui carnalia pro Salvatore dimiserit, spiritalia recipiet* etc. Egregius est toto eo tractu Hieronymus; nam et paulo ante, contra illam sententiam, quam Graeci male tuentur, quod coniux innocens, dimisso reo, novas nuptias inire queat, ita peremptorio stilo scribit: *quia evenire poterat, ut aliquis calumniam faceret innocenti, et ob secundam copulam nuptiarum, veteri crimen impingeret, sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut secundam, prima vivente, non habeat. — Nec non quia poterat evenire ut iuxta eandem legem uxor quoque marito daret repudium, eadem cautela praecipitur, ne secundum accipiat virum.*

(2) Sic prorsus idem Hieronymus lib. III. in Matth. XVIII. fin. *Iusti uxor, dicitur sapientia.*

(3) Paulo plura apud divi Thomae catenam lat. « Cyrillus. Inveniet Hierusalem caelestem, quae est » mater nostra. A fratribus etiam et a sororibus sui propositi glutino spiritali colligatis multo in hac vita » gratiosiorem accipiet caritatem. »

eius spectaverant, eiusdemque verbis ad fortitudinem roborati fuerant, nihilominus visuri eum erant a Iudaeis irrisum, cruci fixum, dehonestatum. Verisimile ergo erat, his ludibriis scandalizatos, ita apud se cogitare: hic tanta potentia praeditus, et vel solo nutu prodigia patrans, qui patris providentiam usque ad passeres pertingere aiebat, hic unigenitus ac primogenitus, quomodo eventura ignoravit? quomodo ab inimicis captus est, qui nosmet ipsos salvaturum promiserat? Ut ergo agnoscerent, se et passionem praescire, et quum vitare facile posset, sponte ad hanc venturum, iam nunc significat quae futura sunt. Necessario insuper adiecit, cuncta a sanctis prophetis fuisse praedicta, Deo id etiam antea commode consulente, ut quum haec fierent, nemo scandalum pateretur. Etenim licebat sine dubio ei vitare passionem, qui futuram esse noverat. Sed nemo eum coëgit, sponte pati voluit, probe sciens salutarem universo orbi fore passionem suam. Nam pertulit in carne necem, sed resurrexit victa corruptione; et per suam a mortuis resurrectionem, infudit in humana corpora propriam vitam; universa enim hominum natura cum ipso reversa ad immortalitatem est.

Ipsi nihil horum intellexerunt.

Et communis quidem Servator haec sanctis apostolis praenunciabat, illi autem haud intellexerunt, inquit, quae dicebantur; nondum enim prophetarum vaticinia accurate cognoverant. Quamobrem discipulorum princeps, mysterii adhuc profunditate non intellecta, contradixit ita: absit a te Domine; non eveniet tibi hoc. Quod dictum obiurgatione castigatum fuit. Postquam autem a mortuis resurrexit Christus, aperuit illorum oculos, ceu quidam sanctorum evangelistarum ait; illuminati quippe fuerunt, copiosam Spiritus participationem adepti; ita ut dicerent: « habemus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes quasi lucernae lucenti

τοῦ θεοσημείας τεθεαμένοι, καὶ τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ λόγοις πρὸς εὐανδρίαν διανδρούμενοι, ἔμελλον ὁρᾶν αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων ὑπομένοντα γέλωτα, σταυρούμενον, καὶ ἀτιμαζόμενον· ἦν οὖν εἰκὸς ἐπ᾽ αὐτοῖς δὴ τούτοις σκανδαλιζομένους, ἐκεῖνα καθ᾽ ἑαυτοὺς διενθυμεῖσθαί τε καὶ λέγειν· ὁ τοσοῦτος ἐν ἰσχύϊ, καὶ νεύματι μόνῳ θαυματουργῶν, ὁ τὴν τοῦ πατρὸς πρόνοιαν καὶ μέχρι στρουθίων καθικνεῖσθαι λέγων, ὁ μονογενὴς καὶ πρωτότοκος, πῶς ἠγνόησε τὰ ἐσόμενα; καὶ τεθήρευται παρ᾽ ἐχθρῶν ὁ καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς διασώσειν ὑπισχνούμενος; ἵνα τοίνυν εἰδεῖεν, ὡς καὶ προέγνω τὸ πάθος, καὶ διαφυγεῖν εὐκόλως ἐξὸν, ἑκὼν εἰς τοῦτο παρῆλθε, προκαταμηνύει τὰ συμβησόμενα· προσετίθει δὲ ἀναγκαίως, ὡς πάντα προείρηται διὰ προφητῶν ἁγίων, προοικονομοῦντος θεοῦ καὶ τοῦτο χρησίμως, ἵν᾽ ὅταν γίνεσθαι συμβῇ, σκανδαλισθείη μηδείς· ἐξῆν γὰρ ὅλως μὴ δὲ παθεῖν τῷ προεγνωκότι τὸ συμβησόμενον· ἀλλ᾽ οὐ βεβίασται πρός τινος, εἵλετο δὲ τὸ παθεῖν ἑκὼν, εὖ εἰδὼς ὅτι σωτηρία ἔσται τῷ κόσμῳ παντὶ, τὸ παθεῖν αὐτόν· ὑπέστη μὲν γὰρ τὸν κατὰ σάρκα θάνατον, ἐγήγερται δὲ πατήσας τὴν φθορὰν, καὶ διὰ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἐνεφύτευσε τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασι τὴν παρ᾽ ἑαυτοῦ ζωήν· ὅλη γὰρ ἦν ἡ ἀνθρώπου φύσις ἐν αὐτῷ παλινδρομοῦσα πρὸς ἀφθαρσίαν.

Αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν. v. 34.

Ὁ μὲν τῶν ὅλων σωτὴρ προαπήγγελλε A. f. 250. b.
ταῦτα τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις, οἱ δὲ οὐ συνῆκαν φησὶ τὰ λεγόμενα· οὔπω γὰρ ᾔδεισαν ἀκριβῶς τὰ παρὰ τῶν ἁγίων προφητῶν προκεκηρυγμένα· καὶ γοῦν ὁ προὔχων ἐν μαθηταῖς, συνεὶς οὔπω τοῦ μυστηρίου τὸ βάθος, ἀντανίστατο λέγων· * ἵλεώς σοι κύριε, οὐ * Matth. XVI. 22.
μὴ ἔσται σοι τοῦτο· ἐπετιμήθη δὲ τοῦτο λέγων· ἐπεὶ δὲ ἀνεβίω Χριστὸς ἐκ νεκρῶν, διήνοιξεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς καθ᾽ ὃ γέγραφέ τις τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν· * κατεφω- * Luc. XXIV. 31.
τίσθησαν γὰρ, τὴν τοῦ πνεύματος μέθεξιν ἀμφιλαφῆ πλουτήσαντες· ὡς λέγειν· * « καὶ ἔχο- * II. Petr. I. 19.
μεν βεβαιότερον τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυ-

γάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. „

v. 38. Ἰησοῦ υἱὲ Δαβίδ, ἐλέησόν με.

A. f. 251. b. C. f. 146. b. Προσῆλθε μὲν οὖν ὡς Θεῷ τῷ πάντα ἰσχύοντι· ὀνομάζει δὲ αὐτὸν υἱὸν Δαβίδ· τεθραμμένος γὰρ ἐν ἰουδαϊσμῷ, καὶ αὐθιγενὴς ὑπάρχων, οὐκ ἠγνόησε τὰ διά γε τοῦ νόμου καὶ τῶν ἁγίων προφητῶν περὶ αὐτοῦ προηγορευμένα, καὶ ὡς ἐκ γένους ὑπῆρχε τοῦ Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα· οὐκοῦν ὡς ἤδη πεπιστευκὼς ὅτι Θεὸς ὢν ὁ λόγος, ὑπέμεινεν ἑκὼν τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν, τὴν ἀπό γε φημὶ τῆς ἁγίας παρθένου, πρόσεισιν ὡς Θεῷ, λέγων· ἐλέησόν με υἱὲ Δαβίδ· ὅτι γὰρ οὕτω διατεθεὶς προσεκόμισε τὴν ἱκετηρίαν, ἐπιμαρτυρήσει λέγων αὐτῷ ὁ Χριστός· ἡ πίστις σου σέσωκέ σε· μιμησάσθωσαν αὐτὸν τὸν τὰς ὄψεις ἠῤῥωστηκότα, οἱ διαιροῦντες εἰς δύο τὸν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν (2), ὃς ὡς Θεῷ πρόσεισι τῷ πάντων σωτῆρι Χριστῷ, καὶ κύριον (3) αὐτὸν, καὶ υἱὸν ὀνομάζει Δαβίδ· μαρτυρεῖ δὲ αὐτοῦ τῇ δόξῃ, διὰ τοῦ θεοπρεπεστάτην ἐνέργειαν παρ᾽ αὐτοῦ ζητεῖν· θαυμαζέτωσαν αὐτοῦ τὴν ἔνστασιν τῆς ὁμολογίας· τινὲς μὲν γὰρ ἐπετίμων ὁμολογοῦντι τὴν πίστιν· ὁ δὲ οὐκ ἀνίει, οὐδ᾽ ἐνεποδίζετο ἡ παῤῥησία διὰ τῶν κωλυόντων· οἶδεν ἡ πίστις πρὸς πάντα μάχεσθαι καὶ πάντα νικᾷν· διὸ ἐπετίμων, ὁ δὲ πιστὸς οὐχ ὑπεστέλλετο, ἀλλ᾽ ἠκολούθει τῷ δεσπότῃ, εἰδὼς ὅτι καλὴ ἡ ὑπὲρ εὐσεβείας ἀναίδεια· εἰ γὰρ ὑπὲρ χρημάτων ἀναιδεῖς πολλοὶ, ὑπὲρ σωτηρίας ψυχῆς οὐ χρὴ
v. 40. A. f. 251. b. D. f. 61. b. τὴν καλὴν ἀναίδειαν ἐνδύσασθαι; — Ἵστησι τὸν κύριον ἡ φωνὴ τοῦ μετὰ πίστεως ἐπικαλουμένου· καὶ τετίμηται εἰκότως παρὰ Χριστοῦ ὁ τυφλός· κέκληται γὰρ παρ᾽ αὐτοῦ. καὶ ἐγγὺς γενέσθαι προστέτακται, ἵν᾽ ὁ ἐγγίσας αὐτῷ τῇ πίστει πρότερον, πλησιάσῃ καὶ τῷ σώμα-

in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris. »

Iesu fili Davidis, miserere mei.

(1) Accessit hic ut ad omnipotentem Deum, quem tamen Davidis filium appellat: etenim enutritus in iudaismo atque indigena, non ignorabat praedicta de eo in lege et a sanctis prophetis, et quod de genere Davidis esset secundum carnem. Ergo ut iam credens, eum uti Dei Verbum sponte sustinuisse carnalem de sancta virgine sortiri nativitatem, adest ut Deo dicens: miserere mei, fili Davidis. Quod enim ita animo comparatus preces obtulerit, testis mox erit Christus qui illi dicit: fides tua salvum te fecit. Imitentur hunc oculis captum, hi qui in duos Christum dividunt: hic enim ut Deum adit communem servatorem Christum, simulque dominum, et filium Davidis nominat: eiusdem vero maiestatem testatur, dum ab eo dignam Deo operationem expostulat. Mirentur in eodem caeco confessionis constantiam; etenim nonnulli dum is fidem profitebatur, increpabant; qui tamen non desinebat, neque prohibentium causa fiduciam dicendi amittebat. Novit fides proeliari cum omnibus, et omnia vincere. Ideo illi quidem increpabant, hic autem fidelis non cedebat, sed Dominum sequebatur, sciens pulchram esse in religione tuenda audaciam. Nam si divitiarum causa multi audent, propter animae salutem nonne oportet pulchram audaciam sumere? – Domini gressum sistit hominis vox cum fide invocantis, meritoque honoratur a Christo caecus. Ab ipso enim prope advocatur, ut qui fide iam appropinquaverat, nunc corpore etiam fiat

(1) Apud S. Thomam in cat. lat. « Cyrillus. Multus autem erat populus circa Christum; et caecus » eum quidem non noverat, sentiebat autem effectum, et rapiebat per affectum quod non hausit aspectus; » unde subditur: et cum audiret turbam praetereuntem, interrogabat quid hoc esset. Et oculati quidem » secundum opinionem loquebantur. Sequitur enim: dixerunt autem ei, quod Iesus nazarenus transiret. » Caecus vero vera clamabat. Alia docetur, et alia praedicat. Et clamavit dicens: Iesu fili David, mise- » rere mei. Quis te docuit haec, o homo? Num perlegisti libros privatus luminibus? Unde igitur nosti lu- » minare mundi? Vere Dominus illuminat caecos. In iudaismo autem nutritus etc. »

(2) Contra Nestorianos.

(3) Nam Nestoriani in vocabulo *Dominus* (v. gr. cum Elisabeth salutavit matrem Domini) Deum non agnoscebant. Idcirco Cyrillus animadvertit, eumdem dominum simul ac Deum dici.

proximus. Nos quoque fides Christo sic admovet, ut etiam sermones eius audire digni fiamus. Iam vero caecum prope adstantem interrogavit dicens: quid tibi vis faciam? Num caeci votum Dominus ignorabat? quomodo hoc credibile sit? Prudente oeconomia sciscitatus est, ut qui coram aderant, unaque incedebant, discerent, pecuniam ab eo caecum non petere, sed tamquam a Deo divinam operationem. – Num itaque solutus infirmitate caecus diligere Christum neglexit? Minime; sed opere gratum animum demonstravit. – Duplici liberatus est caecitate, et corporali et mentis atque cordis: non enim honorasset illum ut Deum, nisi vere visum recuperasset. Sed et ceteris quoque glorificandi Christum causa extitit.

Cap. XIX.

Ecce vir nomine Zacchaeus.

Publicanorum princeps erat Zacchaeus, pecuniae amore plurimum captus, et avaritiam unice spectans: hoc enim est publicanorum studium; quod idololatriae nomine appellat Paulus, ceu illorum tantummodo proprium qui Deum ignorant. Convenientissime igitur publicanos hanc prae se ferentes impudentiam, cum meretricibus contulit Dominus dicens Iudaeorum ducibus: meretrices et publicani praecedent vos in regnum Dei. Sed tamen inter hos non mansit Zacchaeus, sed Christi clementia dignus fuit. Ipse enim prope advocat qui longinqui erant, et illuminat obtenebratos. Quaenam vero se obtulerit Zacchaeo conversionis occasio, age videamus. Cupiebat Iesum videre, quia salutis semen iam in eo germinabat. Viderat eam rem Christus divinitatis oculis: nunc vero suspiciens ipsum quoque humano visu observavit. Et quia finem sibi proposuerat omnium hominum salutem, benignitatem expromit, eique animos addens, descende inquit; siquidem ille videre Iesum cupierat, sed turba impediebatur non tam hominum

τι· καὶ ἡμᾶς οὖν ἡ πίστις παρίστησι καὶ ἐγγὺς
ἀποφέρει Χριστοῦ, ὥστε καὶ λόγων ἀξιωθῆναι
τῶν παρ' αὐτοῦ· ἐγγὺς γὰρ ἐνεχθέντα τὸν τυ-
φλὸν, ἤρετο λέγων· τί σοι θέλεις ἵνα ποιή-
σω; ἆρ' οὖν ἠγνόει τὴν αἴτησιν; καὶ πῶς ἂν
ἔχοι τοῦτο λόγον; ἐρώτα τοίνυν οἰκονομι-
κῶς, ἵνα δὴ μάθοιεν οἱ παρεστηκότες ἤγουν
συμβαδίζοντες, ὡς οὐ χρήματα μᾶλλον αἰ-
τεῖ αὐτὸν, ἀλλ' ἐνέργειαν θεικὴν ὡς παρὰ
θεοῦ. — Ἆρ' οὖν ἀπηλλάττετο μὲν τοῦ νο- v. 41.
σεῖν ὁ τυφλὸς, κατημέλει δὲ τοῦ εἶναι φιλό- A. f. 255. D. f. 61. b.
χριστος; οὐδαμῶς· ἀλλὰ τοῖς ἔργοις τὴν
εὐγνωμοσύνην ἐπεδείκνυτο. — Καὶ διττῆς v. 43.
ἠλευθέρωτο τυφλότητος, τῆς τε σωματι-
κῆς, καὶ τῆς εἰς νοῦν καὶ καρδίαν· οὐ γὰρ ἂν
ἐδόξασεν αὐτὸν ὡς θεὸν, εἰ μὴ ἀνέβλεψεν
ὄντως· γέγονε δὲ καὶ ἑτέροις πρόφασις τοῦ
δοξάζειν αὐτόν.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος. v. 2.

Ἀρχιτελώνης ἦν ὁ Ζακχαῖος, ἐν ἐπι- A. f. 252. B. f. 173.
τάσει τε πολλῇ παρ' αὐτῷ φιλάργυρον, C. f. 146. b. D. f. 62.
καὶ τῆς πλεονεξίας ὁ σκοπὸς, τοῦτο γὰρ
τοῖς τελώναις τὸ ἐπιτήδευμα· ταύτην δὲ
καὶ εἰδωλολατρείαν ὀνομάζει ὁ Παῦλος *, * Ephes. V. 5.
ὡς τάχα πρέπουσαν μόνοις τοῖς οὐκ εἰδόσι
θεόν· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως παῤῥη-
σίαν ἀναιδῆ τοῖς προσώποις ἐνδύσαντας
τοὺς τελώνας, πόρναις συντέταχεν ὁ κύ-
ριος, οὕτω λέγων τοῖς Ἰουδαίων καθηγη-
ταῖς· * αἱ πόρναι καὶ οἱ τελῶναι προάγου- * Matth. XXI. 31.
σιν ὑμᾶς εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ· ἀλλ'
οὐ μεμένηκεν ἐν τούτοις ὁ Ζακχαῖος. ἠξιώ-
θη δὲ φειδοῦς τῆς παρὰ Χριστοῦ· αὐτὸς γάρ
ἐστιν ὁ καλῶν ἐγγὺς τοὺς μακρὰν, καὶ φω-
τίζων τοὺς ἐσκοτισμένους· ὁποία δὲ γέγονε
τῷ Ζακχαίῳ τῆς ἐπιστροφῆς ἡ ὁδὸς, φέρε
ἴδωμεν. Ἐπεθύμησεν ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν· v. 3. B. f. 173. b.
ἐβλάστησε γὰρ ἐν αὐτῷ σπέρμα σωτηρίας·
τεθέαται τοῦτο Χριστὸς τοῖς τῆς θεότητος
ὀφθαλμοῖς· ἀναβλέψας οὖν εἶδεν αὐτὸν καὶ
τοῖς τῆς ἀνθρωπότητος· καὶ ἐπειδὴ σκοπὸς
ἦν αὐτῷ, πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι,
προτείνει τὴν ἡμερότητα· καὶ παραθαῤῥύ-
νων αὐτὸν λέγει, σπεύσας κατάβηθι· ἐζή-

τει γὰρ αὐτὸν θεάσασθαι, καὶ ἐκώλυεν αὐτὸν ὁ ὄχλος, οὐ τοσοῦτον ὁ τῶν ἀνθρώπων, ὅσον ὁ τῶν ἁμαρτημάτων· ἦν δὲ καὶ μικρὸς τὴν ἡλικίαν οὐ μόνον τὴν σωματικὴν, ἀλλὰ καὶ τὴν πνευματικήν· καὶ οὐκ ἄλλως ἠδυνήθη ἰδεῖν αὐτὸν, εἰ μὴ ὑψώθη ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἀνέβη ἐπὶ τὴν συκομωραίαν, δι᾽ ἧς ἔμελλε διελθεῖν ὁ Χριστός· ἔχει δὲ αἴνιγμα ὁ λόγος· οὐκ ἄλλως γὰρ δύναταί τις ἰδεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ πιστεῦσαι εἰς αὐτὸν, εἰ μὴ ἐπὶ τὴν συκομωραίαν ἀρθῇ, μωράνας τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, πορνείαν, ἀκαθαρσίαν, καὶ τὰ ἑξῆς· ἔμελλε δὲ, φησὶν, ὁ Χριστὸς διὰ τῆς συκομωραίας διέρχεσθαι· τὴν γὰρ νομικὴν ὁδεύσας πολιτείαν, ὅ ἐστι συκῆν, τὰ μωρὰ τοῦ κόσμου ἐξελέξατο, ὅ ἐστι τὸν σταυρὸν καὶ τὸν θάνατον· καὶ πᾶς ὃς αἴρει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθεῖ τῇ τοῦ Χριστοῦ πολιτείᾳ, σώζεται, συνετῶς τὸν νόμον ἐργαζόμενος, ὅς ἐστι συκῆ μὴ ποιοῦσα σῦκα ἀλλὰ μῶρα· μωρία γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις φαίνεται ἡ κεκρυμμένη τοῖς πιστοῖς ἐργασία, ἐν περιτομῇ κακίας, καὶ ἀργίᾳ φαύλης πράξεως· μὴ μέν τοι αἰσθητῶς ἀκροβυστίαν περιτεμόντων, καὶ τηρούντων τὸ σάββατον· ἔγνω τοίνυν αὐτὸν ἕτοιμον εἰς ὑπακοὴν, καὶ θερμὸν εἰς πίστιν, καὶ εὐμετάβλητον ἀπὸ κακίας εἰς ἀρετήν· διὸ καὶ καλεῖ, καὶ ἄπεισι κερδήσων αὐτόν· ὁ δὲ σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων, οὐ μόνον ὅτι εἶδεν αὐτὸν ὡς ἐζήτει, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ ἐκλήθη παρ᾽ αὐτοῦ, καὶ ὅτι ὑπεδέξατο αὐτὸν, ὡς οὐκ ἂν ποτε προσεδόκησεν.

quam peccatorum (1). Eratque statura exiguus non corporali solum (2) verum etiam spiritali; neque aliter illum videre poterat, nisi in ficum fatuam conscendens, iuxta quam Christus praeteriturus erat. Latet autem in sermone aenigma. Quippe nemo aliter Christum videre potest, atque in eum credere, nisi in fatuam ficum se attollat, id est nisi membra sua, dum in terra degit sine sensu efficiat, ad fornicationem scilicet, ad immunditiam, et reliqua. Futurum enim erat, ut Christus prope fatuam ficum transiret. Nempe quia legalem decurrens viam, quae ficus instar erat, stulta mundi elegit, id est crucem atque necem. Et quicumque sibi tollit crucem eius, et Christi vitam sectatur, salvus fit. Sapienter scilicet legem exsequens, quae est ficulnea, haud ficus fructificans sed mora (fatuitatem.) Fatuitas enim Iudaeis videtur interioris fidelium vitae ratio, circumcisio nempe malitiae, otium ab iniqua actione; qui sane haud sensibile praeputium caedunt, neque sabbatum observant. Cognovit itaque illum ad obedientiam paratum, fide ferventem, et ex nequitia in virtutem flecti cereum. Quare et vocat, et accedit illum lucraturus; qui festinus descendit, Christumque laetabundus domi excepit; laetabundus, inquam, non solum quia illum ut satagebat viderat, verum etiam quia nominatim appellatus ab eo fuerat, eumdemque hospitio praeter suam expectationem suscepturus erat.

v. 5. *Ζακχαῖε σπεύσας κατάβηθι· σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι.*

Zacchaee festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere.

A. f. 252. b. B. f. 171. Πρόγνωσις αὕτη θεία, εὖ γὰρ ἠπίστατο τὸ ἐσόμενον· εἶδεν ἀνθρώπου ψυχὴν ἑτοιμότατα διανεύουσαν εἴς γε τὸ βιοῦν ἑλέσθαι ἁγίως· καὶ μετέθηκεν εἰς εὐσέβειαν, ὑπεδέξατο γάρ φησι τὸν Ἰησοῦν χαίρων· ἔτυχε γὰρ

Provisio haec erat, probe enim rem futuram sciebat. Noverat hominis animam ad sanctum vitae genus eligendum perquam proclivem. Ergo cum ad pietatem convertit, qui Iesum libenter suscepit: rem quip-

(1) Heic apud S. Thomam in cat. « Cyrillus. Turba autem est imperitae confusio multitudinis, quae » verticem nequivit videre sapientiae. Ergo Zacchaeus quamdiu in turba est, non videt Christum; sed ple- » beiam transgressus inscitiam, meruit quem desiderabat aspicere. »

(2) Statura ergo Zacchaei pusilla erat, ut nemo hactenus dubitavit; non autem Christi domini, ut hodiernus quidam scripsit, qui praepostere fortasse intellexit vulgati latini versiculum: *Zacchaeus quaerebat videre Iesum; et non poterat prae turba, quia statura pusillus erat.*

pe insperatam consecutus. Sed fortasse aliquis dicturus erat communi nostro servatori Christo: apud Zacchaeum hospitaris, apud inquam publicanorum praefectum, qui avaritiae mores nondum exuit? Utique, respondisset; id sciebam, quum Deus naturâ sim, et terrestrium omnium vias inspiciam: cumque insuper futurorum scientiam habeam, ad paenitentiam hunc vocavi, quia paratus huic agendae est.

Dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus.

Viden quomodo publicanorum praefectus, ille inquam avarus, repente misericors, et pauperum amator factus est? Distributurum se spondet egentibus opes; et quos fraudaverat certiores facit redditurum se illis ex legis norma; quatuor iubentis pro una ove restituere; iuxta Davidis iudicium, qui ovem pauperi raptam, quadruplam reddi a plagiario mandavit.

Hodie salus domui huic facta est.

Quò enim ingreditur Christus, ibi omnino salus fit. Neque post aliquas moras, vel promittentis ritu, sed hodie Zacchaeo salutem Christus denunciat, quoniam et ille statim quae promisit, in rem contulit. Non enim dixit: dabo dimidium; neque fraudatis dixit: reddam quadruplum. Obtemperavit quippe Salomoni monenti: ne dicas, postea revertere, et cras dabo. Sed ecce dixit do, et reddo. Quare et Christus, hodie das, ait; hodie tibi salus. – Oportuisset itaque Iudaeos gratulari Zacchaeo praeter spem salvato; quia et ipse de filiis erat Abrahae, quibus per Christum redemptionem Deus oraculo prophetarum promiserat.

Adiiciens dixit parabolam. — Homo quidam nobilis etc.

Hac, quae in manibus est, parabola priorem simul suum ad homines adventum, et hinc discessum, et post haec regni receptionem, nec non secundam quam

ὧν μὴ προσεδόκα· ἀλλ᾽ ἴσως ἐκεῖνο φαίη τίς ἂν τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ· αὐλίζῃ παρὰ Ζακχαίῳ καὶ παρὰ τῷ τελωνῶν ἡγουμένῳ, ὃς οὔπω τοὺς τῆς φιλοκερδείας ἀπενίψατο τρόπους; ναί φησιν οἶδα τοῦτο, Θεὸς ὢν φύσει, καὶ τὰς ἑκάστου τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἐποπτεύων ὁδοὺς, καὶ πρὸς τούτοις ἔχων τῶν ἐσομένων τὴν γνῶσιν· κέκληκα πρὸς μετάγνωσιν, πρόθυμον ὄντα πρὸς τοῦτο.

Τὰ ἡμίση τῶν ὑπαρχόντων μου, κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς. v. 8.

Ὁρᾷς πῶς ὁ τελωνῶν ἡγούμενος, ὁ φι- A. f. 252. b.
λάργυρος, εὐθὺς ἐλεήμων καὶ φιλοπτωχίας γέγονεν ἐραστὴς, διανέμειν ἐπαγγελλόμενος τοῖς ἐνδεέσι τὸν πλοῦτον, καὶ τοῖς ἠδικημένοις ἀπολογούμενος, κατὰ τὸν νόμον τὸν τέσσαρα πρόβατα ἀνθ᾽ ἑνὸς ἐκτίσειν κελεύοντα. κατὰ τὴν τοῦ Δαβὶδ κρίσιν περὶ τοῦ τὴν ἀμνάδα λεχθέντος ἀπεστερηκέναι τοῦ πτωχοῦ, καὶ τὴν ἀμνάδα γάρ φησι ἀποτίσει τετραπλασίονα * (1). * II. Reg. XII. 6.

Σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο. v. 9.

Ἔνθα γὰρ ἂν εἰσβάλῃ Χριστὸς, ἐκεῖ A. f. 251.
πάντως ἐστὶ καὶ σωτηρία· οὐκ εἰς ἀναβολὰς ἢ οὐδὲ ἐπαγγελίας, ἀλλὰ σήμερον τῷ Ζακχαίῳ τὴν σωτηρίαν ὁ Χριστὸς εὐαγγελίζεται· ἐπεὶ καὶ αὐτὸς αὐτίκα πεποίηκεν ἃ ἐπηγγείλατο· οὐ γὰρ εἶπεν. δώσω τὰ ἡμίση, καὶ τοῖς ἀδικηθεῖσιν ἀποδώσω τετραπλοῦν· ἤκουσε γὰρ τοῦ Σολομῶντος· * μὴ εἴπῃς ἐπάνηκε * Prov. III. 28
καὶ αὔριον δώσω, ἀλλ᾽ ἰδού φησι δίδωμι καὶ ἀποδίδωμι· διὸ καὶ ὁ Χριστὸς, σήμερον φησὶ δίδως, σήμερόν σοι καὶ ἡ σωτηρία. — Ἔδει τοίνυν τοὺς Ἰουδαίους, χαίρειν ἐπὶ Ζακχαίῳ σεσωσμένῳ παραδόξως· ὅτι καὶ αὐτὸς εἰς υἱοὺς ἐτέλει τῷ Ἀβραὰμ, οἷς τὴν διὰ Χριστοῦ λύτρωσιν διὰ προφητῶν ἁγίων ἐπηγγείλατο ὁ Θεός.

Προσθεὶς εἶπε παραβολήν. — Ἄνθρωπός τις εὐγενὴς κ. τ. λ. v. 11.

Διὰ τῆς ἐν χερσὶ ἢ παραβολῆς, ὁμοῦ καὶ B. f. 255.
τὴν προτέραν εἰς ἀνθρώπους ἄφιξιν ἑαυτοῦ, καὶ τὴν ἐνθένδε ἀποδημίαν, τήν τε μετὰ ταῦτα τῆς βασιλείας ὑποδοχὴν, καὶ τὴν ἐπὶ τούτοις ἐπ᾽

(1) Sic etiam vulgatus latinus; nec non Exod. XXII. 1. At graecus vaticanus heic ἑπταπλασίονα *septuplum.*

ἀγαθαῖς ἐλπίσι προσδοκωμένην ἡμῖν δευτέραν αὐτοῦ θεοφάνειαν, αἰνίττεται καὶ ὡς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, τῶν μὲν ἀξίων αὐτοῦ βασιλεύσει, κοινωνοὺς αὐτοὺς τῶν ἀγαθῶν καὶ δὴ καὶ τῆς βασιλείας ποιησάμενος· τῶν δὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος βίου τὸ κήρυγμα παραιτησαμένων, ἐν ἐχθρῶν τε χώρᾳ καὶ πολεμίων ἑαυτοὺς καταλεξάντων, κριτὴς ἔσται ἀπαραίτητος· ταῦτα δ' ἐν παραβολῆς ἐθέσπιζε τρόπῳ· σαφῶς διδάσκων, ὅτι μήπω τότε ταῦτ' ἐξέφαινεν ἀνθρώποις συνὼν, ὁ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἐνειστήκει καιρός· ἔλεγε δ' οὖν ταῦτα καὶ παρεδίδου, ἐν Ἱεριχοῖ μὲν ποιούμενος τὰς διατριβὰς, ὁρμῶν δὲ λοιπὸν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα· καὶ ἔλεγεν ἀναγκαίως· ἐπειδὴ πολὺς ἦν ὁ περὶ αὐτοῦ παρὰ τοῖς πᾶσι λόγος, ὡς αὐτίκα τότε μέλλοντος ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τὴν διὰ τῶν προφητῶν ἀνακεκηρυγμένην αὐτοῦ βασιλείαν παραλήψεσθαι· ἧς ὑπονοίας μυρία τοῖς πολλοῖς ἐγίνετο αἴτια, τὰ πρὸς αὐτοῦ δρώμενα θαύματα, αἵ τε παράδοξοι δυνάμεις, δι' ὧν αὐτοὺς θεωμένους ἔπειθεν ἀραρότως, αὐτὸν εἶναι ἡγεῖσθαι τὸν ἐκ πατέρων αὐτοῖς κατηγγελμένον καὶ προσδοκώμενον Χριστόν· ἐπειδὴ τοίνυν ἤδη παρεῖναι τῆς αὐτοῦ βασιλείας τὸν καιρὸν ὑπελάμβανον, ἀναγκαίως αὐτοὺς τοῦτο νομίζοντας διωρθοῦτο τῆς ψευδοῦς δόξης.

v. 12. A. f. 255. b. B. f. 175. b. Ὅπερ οὖν ἔφημεν, καταγράφει τῆς παραβολῆς ὁ σκοπὸς ὅλην ὡς ἐν βραχέσι τῆς ἐφ' ἡμῖν γενομένης οἰκονομίας τὴν δύναμιν, καὶ τὸ κατὰ Χριστὸν μυστήριον τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους· γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος Θεὸς ὢν ὁ λόγος· κεχρημάτικε δὲ διὰ τοῦτο δοῦλος· ἀλλ' ἦν καὶ ἔστιν εὐγενὴς, κατά γε τὴν ἐκ πατρὸς ἄρρητον γέννησιν· ἀποπεράνας δὲ τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ μυστήριον, εἰς τὴν ἐνοῦσαν αὐτῷ κατὰ φύσιν ἀναπεφοίτηκε δόξαν, καὶ οἷον ἀποδεδήμηκεν εἰς χώραν μακράν· χώρα γὰρ ἑτέρα παρὰ τὴν γῆν, ὁ οὐρανός· ἀνέβη δὲ λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν· πῶς δὲ ὁ τῶν ὅλων βασιλεύων μετὰ τοῦ πατρὸς, ἄνεισι πρὸς αὐτὸν ληψόμενος βασιλείαν; δηλονότι ἐνανθρωπήσαντι τῷ υἱῷ καὶ τοῦτο δίδωσιν ὁ πατήρ· ἀναφοιτήσας γὰρ εἰς οὐρανὸν, κεκάθικεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, τὸ λοιπὸν ἐκδεχό-

bona spe expectamus Dei manifestationem, significat: et quod illo tempore super dignos se regnaturus sit, eosque bonorum suorum adeoque et regni facturus participes: illis contra qui in praesente vita evangelium recusaverint, seque in adversariorum et hostium loco constituerint, inexorabilis iudex futurus. Haec autem sub parabolae forma edixit; perspicue docens, quandoquidem haec patefaciebat cum hominibus versans, nondum regni sui tempus instare. Hos ergo sermones serebat Hierichunte diversans, et mox Hierosolyma quoque profectus. Sic autem necessario loquebatur, quia multus erat de ipso apud omnes rumor, quasi tunc in ipsis Hierolymis capturus esset praedicatum a prophetis regnum: cuius suspicionis quam plurimae causae apud populum erant, patrata nimirum ab eo miracula, et virtutes extraordinariae, quibus firmiter spectatoribus persuadebat ut crederent se esse promissum illum iam inde a patrum aetatibus et expectatum Christum. Quia igitur regni eius tempus tunc adesse putabant, necessario eos qui ita existimabant, a falsa opinione retrahebat.

Sicut ergo iam diximus, scopus parabolae est breviter repraesentandi totam, quae nostri causa suscepta fuit, incarnationis rationem, Christique a primordiis ad finem usque mysterium. Factus est enim Deus Verbum homo, in servili conditione se gessit; sed tamen erat et est nobilis, quod adtinet ad ineffabilem ex patre nativitatem. Peracto autem in suscepta carne mysterio, ad insitam sibi naturaliter gloriam reversus est, atque in longinquam veluti regionem profectus. Nam diversa a terra regio caelum est. Ascendit autem ad capiendum debitum sibi regnum. Sed enim quomodo is qui universaliter cum patre regnat, ad capiendum apud eundem ascendit regnum? Nempe humanato filio id quoque pater attribuit: namque in caelum redux, sedet ad dexteram maiestatis in ex-

celsis, de cetero expectans donec ponantur inimici sui scabellum pedum ipsius.

Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas.

Fidelibus quippe suis divinarum gratiarum varietatem impertit Servator. Has enim esse dicimus decem mnas. Verumtamen grandis est his discordia adversus eos, qui regnum illius detrectarunt: alteri enim resistunt, alteri servitio eius gloriantur. Igitur ceu bonis famulis dominicae commissae fuerunt opes, ut aliquid in his negotiati, debitas fidelitati suae laudes reportarent. Sed enim sui, inquit, cives illum oderant. Hoc nimirum imputat Iudaeis Christus: nisi opera inter eos fecissem, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt, et nihilominus oderunt me patremque meum. Hi noluerunt illum super se regnare; Zacharia propheta nequicquam clamante: « gaude valde filia Sion; quia ecce rex tuus venit ad te iustus et salvator. » Et Isaias similiter: « ecce, inquit, rex iustus regnabit, et principes cum iudicio imperabunt. » Immo et ipse quandoque Christus per psalmistae lyram dixit: « ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion monte sancto eius. » Negarunt itaque regnum eius (Iudaei), dum Pilato dixerunt: non habemus regem nisi Caesarem.

Cum rediret, accepto regno.

Igitur reverso, post acceptum regnum, viro illo nobili, id est Christo, laudem consequentur, et supernis deliciis abundabunt doctrinae ministri. Nam decuplo vel saltem quinquiplo effecto talento, quia multos homines lucrati sunt, decem vel quinque urbibus praeficientur; id est non iis tantummodo quibus antea, verum etiam aliis multis dominabuntur. – Nunc quoque

μένος, ἕως οὗ τεθῶσιν οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ.

Καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς v. 13.
δέκα μνᾶς.

(1) Διανέμει γὰρ ὁ σωτὴρ τοῖς πιστεύ- A. f. 255. b. B f. 275. b.
σασιν εἰς αὐτὸν, τὴν τῶν θείων χαρισμάτων C. f. 147.
διαφοράν· τοῦτο γάρ εἶναι φαμὲν τὰς δέκα μνᾶς· πλὴν πολλὴ τούτων ἡ διαφορὰ πρὸς ἐκείνους, οἳ καὶ ὅλως ἠρνήσαντο τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· οἱ μὲν γὰρ ἀνταίρουσιν, οἱ δὲ τῆς ἐπ' αὐτῷ δουλείας φέρουσι τὸ καύχημα· οὐκοῦν ὡς οἰκέται γνήσιοι, τὸν δεσποτικὸν ἐθαῤῥήθησαν πλοῦτον, ἵνα τι προσεργασάμενοι, τοὺς τῇ γνησιότητι πρέποντας ἐπαίνους κερδάνωσι. Ἀλλ' οἱ πολῖται αὐτοῦ, φησιν, ἐμίσουν αὐτόν· τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις ὠνείδισεν ὁ Χρι-
στός· * εἰ μὴ τὰ ἔργα ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ * Ioh. XV. 24.
οὐδεὶς ἄλλος ἐποίησεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ καὶ ἑωράκασι καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου· αὐτοὶ οὐκ ἠθέλησαν αὐτὸν ἐπ' αὐτῶν βασιλεῦσαι· καί τοι Ζαχαρίου τοῦ προ-
φήτου βοῶντος· * χαῖρε σφόδρα θύγατερ * Zach. IX. 9.
Σιών· ὅτι ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι δί-
καιος καὶ σώζων· καὶ Ἡσαΐας δὲ ὁμοίως· * ἰδοὺ * Is. XXXII. 1.
δή, φησι, βασιλεὺς δίκαιος βασιλεύσει, καὶ ἄρχοντες μετὰ κρίσεως ἄρξουσι· ναὶ μὴν καὶ αὐτὸς ἔφη που Χριστὸς διὰ τῆς τοῦ ψάλλοντος λύ-
ρας· * ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ἐπ' αὐτοῦ, * Ps. II. 6.
ἐπὶ Σιὼν ὄρος τὸ ἅγιον αὐτοῦ· ἠρνήσαντο τοίνυν τὴν βασιλείαν αὐτοῦ, φάσκοντες Πιλά-
τῳ· * οὐκ ἔχομεν βασιλέα, εἰ μὴ Καίσαρα. * Ioh. XIX. 15.

Ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν. v. 15.

Ὑποστρέψαντος τοίνυν μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν A. f. 256.
βασιλείαν τοῦ ἀνθρώπου τοῦ εὐγενοῦς, δῆλον δὲ ὅτι τοῦ Χριστοῦ, ἐπαίνων τεύξονται, καὶ τῶν ἀνωτάτω τιμαῖς ἐντρυφήσουσιν οἱ τοῦ λόγου διάκονοι· δεκαπλασιάσαντες γάρ, ἢ γοῦν πενταπλασιάσαντες τὸ τάλαντον διὰ τοῦ κερδάναι πολλοὺς, ἐπάνω δέκα πόλεων ἢ πέντε γενήσονται· τουτέστιν ἄρξουσι πάλιν, οὐχ ὧν ἦρξαν πρὸ τούτου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρων ἔτι πολλῶν.

(1) Heic plura apud S. Thomam in cat. lat. « Cyrillus. Ascendens autem (ad caelos) dispensavit credentibus in eum divinorum charismatum differentiam; sicut servis committuntur dominicae facultates, ut aliquid lucrantes, famulatus sui ferant praeconia. Unde sequitur: *rocatis autem servis suis* etc. Consuevit sacra scriptura in signum perfectionis uti numero denario; quem si quis numerando excedere velit, ab unitate iterum inchoabit, quasi denario perducto ad metam. Et ideo in dispensatione talentorum eum qui metam attigit divini officii, decem ait mnas recepisse. »

In marg. Κυρίλλου ὁμιλία (1). A. f. 257. B. f. 175. b.

— Διανέμει καὶ νῦν ὁ σωτὴρ τάλαντα τοῖς ἰδίοις οἰκέταις, κατά γε τὴν ἐν εὐαγγελίοις παραβολήν· οὐκοῦν ἁπλώσατε τὰς καρδίας, καὶ ὑποδέξασθε χαίροντες· δόκιμοι γένεσθε τραπεζῖται· ἐμπορεύσασθε τὸ δοθὲν, ἐπιστημόνως· πολυπλασιάσατε τῇ ἐπιεικείαις· μέγα καὶ ἁγιοπρεπὲς τὸ καύχημα, καὶ σὺν τῷ γνησιότητος ἐπαίνους προξενεῖ· καὶ τί τοῦτο λέγω, τὸ ἔτι μεῖζον ἀφείς; οὐρανοῦ πολίτην ἐργάζεται, εἰς βασιλείαν ἀναφέρει, αὐτῷ συνδοξάζεσθαι ποιεῖ τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Χριστῷ· ἴδωμεν δὲ τοῦτο, καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν εὐαγγελικῶν γραμμάτων· * ὁ τὰ πέντε τάλαντα λαβὼν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, προσεργασάμενος δὲ καὶ ἕτερα πέντε, τί προσέρχεται λέγων: κύριε, πέντε τάλαντά μοι ἔδωκας, ἴδε ἐποίησα ἄλλα πέντε· ὁρᾷς ὅσον ἐστὶ τῆς φιλοπονίας τὸ καύχημα; καὶ τί πρὸς αὐτὸν ἔφη Χριστός; εὖ δοῦλε ἀγαθὲ καὶ πιστὲ, ἐπὶ ὀλίγα ἦς πιστὸς, ἐπὶ πολλῶν σε καταστήσω· εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου· τί τούτου τὸ μεῖζον εἰς δύναμιν: τί τὸ αἱρετώτερον εἰς εὐημερίαν; ἔπαινοι παρὰ Χριστοῦ, καὶ ψῆφος δεσποτικὴ στεφανοῦσα τὸν φιλεργήσαντα, πιστὸν ὀνομάζει τὸν καρποφορήσαντα γοητῶς· μὴ γὰρ τῷ δεσπότῃ τὸ κέρδος προσήνεγκε; μὴ γὰρ χρήζει τινὸς ἐν τοῖς καθ᾽ ἑαυτόν: αὐτός ἐστι τὸ πάντων πλήρωμα, καὶ ὡς ὁ πάνσοφος Ἰωάννης φησὶν *, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ πάντες ἡμεῖς ἐλάβομεν· ἀλλ᾽ ὅταν ἡμεῖς ἑαυτοὺς κερδάνωμεν, προσωφελῶμεν δὲ καὶ ἑτέρους, τότε χαίρει Χριστός· πλοῦτον ἡγεῖται, τὴν ἡμῶν εὐδοκίμησιν· καὶ τὸ ἔτι μεῖζον, ἐρῶ· τροφὴν ὥσπερ ποιεῖται τὸ πρᾶγμα· ὅτι δὲ ἐστιν ἀληθὲς ὅ φημι, πάλιν ἐκ τῶν εὐαγγελικῶν μαθήσῃ γραμμάτων· νενουθέτηκε μὲν γὰρ τὴν ἐκ Σαμαρείας γυναῖκα· εἶτα λεγούσης ἐκείνης, ὅτε ἔλθῃ Μεσίας, ἀπαγγελεῖ ἡμῖν πάντα, ἑαυτὸν ἐμφανῆ κατέστησε, λέγων· ἐγώ εἰμι ὁ λαλῶν σοι· καὶ τὸ μὲν γύναιον, δρόμῳ συντείνεται, καὶ τὴν Σαμαρειτῶν μεμυσταγώγηκε πόλιν· εἰδὼς δὲ Χριστὸς ὅτι

* Matth. XXV. 15.

* Ioh. I. 16.

Servator talenta famulis suis distribuit, ad evangelicae normam parabolae. Eia pandite corda vestra, et laetanter excipite. Strenui estote mensarii; quod datum est, prudenter negotiamini, vestraque devotione augete. Grande sanctisque dignum hinc gaudium confit, et fidelitatis laus subsequitur. Sed cur haec aio, omisso quod maius est? caeli cives nos efficit, ad regnum ducit, et cum nostro communi servatore Christo glorificat. Id ex ipsis quoque evangelicis litteris agesis cognoscamus. Qui talentis quinque a patrefamilias acceptis, alia quinque superlucratus est, quid ait, ad dominum accedens? domine, quinque talenta dedisti mihi, ecce alia quinque ex his confeci. Viden quanta sit studiosi laboris gloria? Quid vero ad haec Christus? Euge serve bone et fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, super multa te constituam; intra in gaudium domini tui. Quid his verbis ad potentiam maius? quid praestantius ad felicitatem? Laudes a Christo, suffragium dominicum studiosam coronans operam: fidelem eum appellat, qui sua industria fructum peperit. Iam vero num lucrum illud domino adtulit? Num hic re aliqua ad usum suum eget? Ipse est rerum omnium plenitudo; atque ut Iohannes ait, de plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed cum nobis ipsi lucramur, et ceteris simul prosumus, tunc Christus laetatur: opes suas existimat bonam nostram vitam. Sed et maius aliquid dicam: alimoniae suae loco, hoc habet negotium. Quod autem vere dicam, rursus ex evangelicis disces litteris. Samaritanae mulieri monita dabat; cumque illa diceret venturum esse Messiam qui omnia nobis nunciabit; ipse semet revelat dicens: ego ille sum, qui tecum loquor. Tunc mulier cursim reversa, Samaritanorum civitatem sacra notitia imbuit. Videns autem Christus, multos sibi esse creditu-

(1) Nempe hic locus sumitur ex Cyrilli quadam homilia a catenae auctore Niceta. De Cyrilli homiliis deperditis diximus retro p. 114. Et quidem de Iohanne Baptista p. 139; de electione apostolorum p. 190; de divite horrea dilatare volente p. 295; denique de passione Domini infra cap. XXIII. 23.

ros, sanctis ait apostolis: ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Alit enim quodammodo perbenignam eius naturam, illorum, qui perierant, recuperata salus.

Ergo fidelis servus (rursus enim ad sermonis scopum revolvor) boni actus sui coronâ redimitur; introductus enim est in gaudium domini sui. Qui autem unum acceperat, deinde desidens nihil lucratus fuerat, sed illud potius humi defoderat, maximas poenas dedit. Caveamus itaque quominus hunc imitemur, eiiciamus animo sterilem ac detestandam ignaviam ad bonorum operum studium: ne otio, inquam, datam nobis a Christo gratiam mergamus. Ait alicubi Isaiae voce universalis Deus: sacerdos loquatur ad cor Hierusalem. Quid vero, si magister quidem utiles audientibus nectat sermones, hi vero in cor mentemque doctrinam non recipiant, sed solo plausu nudisque laudibus magistrum remunerantes, sacram reapse eruditionem non degustent? Num idcirco oportet magistrum quoque desidere? Atqui ante tribunal Christi quomodo sibimet patrocinabitur, si quidem audientium accusata ignavia, hanc otii sui ceu probabilem causam adferat? Potius enim condemnabitur, ut ex evangelica parabola cognoscere licet. Nam qui unum talentum acceperat a patrefamilias, id humi obruit, atque ita non multiplicatum servans, deinde retulit dicens: domine, en quod tuum est habes. Num ergo laudatus fuit et praemio adfectus? An potius uti ignavus damnatoria sententia perculsus? Oportuerat enim, inquit, a te pecuniam meam committi nummulariis, et tunc veniens ego recepissem utique quod meum est cum usura. Itaque ceu peritis nummulariis dominicam vobis pecuniam ego trado; vos vero accipientes, in mente quod datum est reponite, atque intra cordis penetralia recondite: bene conscii, semina in terram iacta, si modo glebis adobruantur, fructum reddere; minime autem infossa, diripi.

πολλοὶ πιστεύουσιν ἐπ' αὐτὸν, τοῖς ἁγίοις ἔφασκε μαθηταῖς· ἐγὼ βρῶσιν ἔχω φαγεῖν, ἣν ὑμεῖς οὐκ οἴδατε· * τρέφει γὰρ ὥσπερ τὴν ἡμερωτάτην φύσιν, ἡ τῶν ἀπολωλότων σωτηρία. * Ioh. IV. 32.

Ὁ μὲν οὖν γνήσιος οἰκέτης, ἀναβήσομαι γὰρ αὖθις ἐπὶ τὸν τοῦ λόγου σκοπὸν, τὸν τῆς ἐπιεικείας ἀνεδήσατο στέφανον· εἰσκεκόμισται γὰρ εἰς τὴν χαρὰν τοῦ ἰδίου δεσπότου· ὁ δέ γε λαβὼν τὸ [ἓν] τάλαντον, εἶτα γεγονὼς ὀκνηρὸς, προσεργασάμενος δὲ παντελῶς οὐδὲν, κατακρύψας δὲ μᾶλλον εἰς γῆν αὐτὸ, ταῖς ἐσχάταις περιπέπτωκε δίκαις· φύγωμεν τοίνυν τὴν μίμησιν, ἀποπεμψώμεθα τῆς ἑαυτῶν διανοίας τὸν ἀκερδῆ καὶ ἐπάρατον ὄκνον, τὸν ἐπ' ἀγαθοῖς δηλονότι σπουδάσμασι· μὴ εἰς ἀργίαν, τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν παρὰ Χριστοῦ καταχώσωμεν χάριν· φησί που διὰ φωνῆς Ἡσαΐου, ὁ τῶν ὅλων θεός· * ἱερεὺς λαλησάτω εἰς τὴν καρδίαν Ἱερουσαλήμ· τί δὲ, εἰ ὁ μὲν διδάσκων, τοὺς ὠφελεῖν εἰωθότας ἐξυφαίνοι λόγους τοῖς ἀκροωμένοις, οἱ δὲ οὐκ εἰς νοῦν καὶ καρδίαν ἀποτίθενται τὴν μυσταγωγίαν, ἀλλ' ἐπικροτήσαντες μόνον, καὶ γυμνοῖς ἐπαίνοις ἀμειψάμενοι τὸν μυσταγωγὸν, ἄγευστοι τῶν ἱερῶν ἀπομένουσι διδαγμάτων; ἆρα ὀκνῆσαι προσήκει τὸν μυσταγωγόν; εἶτα, ποίους εὑρήσει λόγους ἐπὶ τοῦ θείου βήματος τοὺς ἐπικουροῦντας αὐτῷ, ὅταν αἰτιάσηται τῶν ἀκροωμένων τὸ ῥᾴθυμον, καὶ εὐάφορμον εἴπῃ διὰ τοῦτο τὸν ὄκνον; κατακριθήσεται γὰρ μᾶλλον, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐκ τῆς εὐαγγελικῆς παραβολῆς· ὁ γάρ τοι τὸ τάλαντον λαβὼν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου, κατέχωσε μὲν εἰς γῆν αὐτὸ, καὶ ἀπολυπλασίαστον ἔχων, προσεκόμιζε λέγων· κύριε, ἴδε ἔχεις τὸ σόν· ἆρ' οὖν ἐπῃνέχθαι καὶ γέρως ἠξίωται, ἢ κατεδικάσθη μᾶλλον ὡς ὀκνηρός; ἔδει σε γάρ φησι καταβαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις· κἀγὼ ἐλθὼν ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ· οὐκοῦν ὡς τραπεζίταις ὑμῖν ἐπιστήμοσι τὸ δεσποτικὸν ἀργύριον ἐξοδιάζω ἐγώ· ὑμεῖς δὲ λαβόντες, ἀπόθεσθε εἰς νοῦν τὸ δοθὲν, καὶ εἰς τὸ βάθος τῆς ἑαυτῶν καρδίας κρύψατε· εὖ εἰδότες, ὅτι τὰ εἰς γῆν πεμπόμενα τῶν σπερμάτων, ἐγχωννύμενα μὲν ταῖς βώλοις, καρποφορεῖ· τὰ δὲ ἀκατάχωστα διαρπάζεται. * Is. XL. 2.

v. 22. A. f. 257. b. Ἐρεῖ καὶ ὑμῖν ὁ χρήσας τὰ τάλαντα· εἰ γὰρ αὐστηρός εἰμί φησι, θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρα, διὰ τί μὴ τὴν δοθεῖσάν σοι χάριν, τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ μνᾶ, δέδωκας τοῖς τραπεζίταις, τουτέστι προὔθηκας εἰς ἀπόλαυσιν τοῖς εὖ εἰδόσι δοκιμάζειν τὰ παρὰ σοῦ; ἐγὼ γὰρ ἐλθὼν, ἔπραξα ἂν, τουτέστιν ἀπήτησα, τὸ ἐμὸν, σὺν τόκῳ· τῶν μὲν γὰρ διδασκάλων ἐστὶ τὸ καταπείρειν τοῖς ἀκροωμένοις τὸν ἐπωφελῆ καὶ σωτήριον λόγον· ἔργον δὲ ἰσχύος τῆς παρὰ θεοῦ, τὸ καλεῖν εἰς εὐπείθειαν τοὺς ἀκροωμένους καὶ εὔκαρπον αὐ-
v. 24. A. f. 256. b. τῶν ἀποφαίνειν τὸν νοῦν (1). — Ὁ μὲν ὀκνηρὸς οἰκέτης νεκρὸν θεὶς τὸ χάρισμα καὶ μὴ ἐπεργασάμενος, γυμνὸς καὶ τοῦ δοθέντος ἔσται χαρίσματος· οἱ δὲ τὴν ἀμείνω βαδίσαντες ὁδὸν, ἐν προσθήκαις ἔσονται τῶν ἄνωθεν
B. f. 175. b. ἀγαθῶν. — Σημειωτέον δὲ ὅτι ὁ ἕτερος τῶν
* Matth. XXV. 15. εὐαγγελιστῶν * οἶδε καὶ ποσότητος διαφορὰς τῆς γινομένης τῶν ταλάντων διανομῆς· ᾧ μὲν γάρ φησι, δέδωκε πέντε τάλαντα, ᾧ δὲ δύο, ᾧ δὲ ἓν, τοῖς ἑκάστου μέτροις ἀναλόγως τὴν διανέμησιν ποιούμενος· τίνες δ' ἂν εἶεν οἱ θαρσούμενοι, φέρε λέγωμεν· οἱ τέλειοι τὴν ἕξιν, οἷς ἂν πρέποι καὶ ἡ στερεὰ τροφὴ, μυσταγωγεῖν εἰδότες ὀρθῶς, καὶ πρὸς πᾶν ὁτιοῦν τῶν ἐπιτηδευμάτων ἑαυτούς τε καὶ ἑτέρους ἀπευθύνοντες, ὁποῖοι γεγόνασιν οἱ θεσπέσιοι μαθηταὶ, καὶ οἱ μετ' ἐκείνους τὴν αὐτὴν διακονίαν διαδεξάμενοι· τούτοις ὁ σωτὴρ τὴν τῶν θείων χαρισμάτων δίδωσι διαφοράν· ἵνα ὦσι φωστῆρες ἐν κόσμῳ, λόγον ζωῆς ἐπέχοντες· οὗτοι νουθετοῦντες τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαοὺς, προσεργάζονται τῷ ταλάντῳ, καὶ τὸν τοῖς ἁγίοις πρέποντα κερ-
v. 27. A. f. 259. δανοῦσι κλῆρον. — Οἱ μὴ θελήσαντες ἐπ' αὐτοὺς βασιλεῦσαι τὸν ἄνθρωπον τὸν εὐγενῆ, κατεσφάγησαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ· τοῦτο πεπόνθασιν οἱ ἐξ αἵματος Ἰσραήλ· ἀρνησάμενοι γὰρ τὴν Χριστοῦ βασιλείαν, ταῖς ἐσχάταις περιπεπτώκασι συμφοραῖς, καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολώλασιν.

Καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

v. 35. B. f. 178. b. C. f. 148. Ἄγεται ὁ πῶλος, δύο μαθητῶν ἀπε-

Dicet etiam vobis is qui talenta utenda commisit: si ego homo austerus sum, metens quod non sevi; cur datam tibi gratiam, haec enim est mna, mensariis non commisisti, id est illorum usui non tradidisti, qui accepta a te recte aestimare poterant? Namque ego veniens, exegissem rem meam non sine usura. Certe magistrorum officium est, serere coram auditoribus utilem salutaremque sermonem; divinae autem virtutis opera est vocare ad obedientiam eos qui audiunt, et illorum mentem reddere fructuosam. – Ignavus servus qui velut mortuum reposuerit charisma, neque ex eo quicquam lucratus fuerit, etiam hoc dato charismate spoliabitur: qui vero meliore via incesserint, supernis bonis cumulabuntur. – Animadvertendum est, alium evangelistam adnotare qualis quoque fuerit distributorum differentia talentorum: uni enim dedit, inquit, quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique secundum propriam virtutem dividens. Quinam porro hi sunt, quibus talenta commendata fuerunt, age dicamus. Sunt hi perfecto animi statu praediti, quibus utique solidus cibus congruit, recte initiando idonei, atque ad omne boni studii genus semet ipsos atque alios dirigentes; cuiusmodi fuere divi discipuli, et qui post illos ministerium idem exceperunt. His Servator divinarum gratiarum pro rata parte numerum confert; ut sint mundi lumina, verbumque vitae contineant. Hi dum subiectas sibi plebes monitis instruunt, talentum negotiantur, debitamque sanctis hereditatem capiunt. – Qui noluerunt nobilem illum virum sibi dominari, iugulati ante eius conspectum fuerunt. Hoc Israhelitae sunt experti; negato enim ab ipsis Christi regno, in extremas inciderunt calamitates, et mali male perierunt.

Et duxerunt illum ad Iesum.

Adducitur iumentum a duobus quos

(1) Animadverte divinae necessitatem gratiae ad mentes hominum permovendas; sine qua sacri concionatores frustra declamant.

Christus miserat discipulis: cui rei efficiendae duo suffragantur ordines, prophetae videlicet atque apostoli, a quibus pertracti fuerunt ad fidem ethnici, quorum figura iumentum erat. Adducitur autem e villa quadam, ut his quoque verbis iniquam ethnicorum denotet mentem, qui non civiliter sed rustice inculteque vivebant. Attamen ad mites mores conversi sunt, postquam docenti omnia Christo se submiserunt. Alius vero evangelista ait, pueros quoque palmarum ramos praeferentes, Christo praecessisse, atque una cum discipulis laudes cecinisse; ut in his etiam novum ex ethnicis populum, tamquam in tabula pictum videamus. Scriptum est enim: et populus qui creabitur laudabit Dominum. – Poenales tenebras exteriores intelligit paratum diabolo angelisque eius ignem. Haec erit immisericordium sors.

Eunte autem illo etc.

Pergebat Hierosolyma Christus, ut pro omnium salute ac vita crucem pateretur. Asello autem insidebat, occurrebantque ei Iudaeorum turbae, unaque pueri impuberes, multisque cum acclamationibus plausibusque certabant ornare. Nam turbae quidem vestimenta sua sternebant in via; tenera vero adhuc aetate pueri, erectas palmarum spathulas manu tenentes, canticum Christo accinebant dicentes: pax in caelo, quia Deus iam nobis non est adversus, sed in regione nostra, qui ei olim invisi fuimus, incedit; ideoque ab angelis collaudatur. Nam rex supernus, deorsum venit, et unum ab utroque coetu hymnum elicuit.

Et quidam pharisaeorum de turbis dixerunt etc.

Sed enim principibus visum non est po-

σταλμένων παρὰ Χριστοῦ· ὑπηρετοῦσι γὰρ πρὸς τοῦτο αὐτῷ δύο τάγματα, προφῆται καὶ ἀπόστολοι· δι' ὧν σαγηνεύεται εἰς πίστιν τὰ ἔθνη, ὧν ἐστι τύπος ὁ πῶλος· ἄγεται δὲ ἀπό τινος κώμης, ἵνα καὶ διὰ τούτων τὸ ἄδικον τῶν ἐθνῶν καταδείξῃ φρένα, οὐκ ἐννόμως ἀλλ' ἀγρίως, καὶ ἀτημελῶς ζησάντων· πλὴν μετέστη ἐπὶ τὸ ἥμερον, γέγονε γὰρ ὑπὸ Χριστῷ τῷ πάντα διδάσκοντι· ἕτερος δὲ εὐαγγελιστὴς *, καὶ * Matth. XXI. 8. Marc. XI. 8. Ioh. XII. 13. παῖδας ἔφη βαΐα φοινίκων ἀνατείνοντας προτρέχειν αὐτοῦ, καὶ ὁμοῦ τοῖς μαθηταῖς δοξολογεῖν· ἵνα καὶ δι' αὐτῶν τὸν νέον καὶ ἐξ ἐθνῶν λαὸν, ὥσπερ ἐν πίνακι γεγραμμένον ἴδωμεν· γέγραπται γὰρ, καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν κύριον *. – Τὸν τῆς * Ps. CI. 19. l. f. 106. b. κολάσεως δηλονότι, τὸ ἐξώτερον σκότον, τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ· ἐστὶ τῶν ἀφιλοικτιρμόνων ὁ κλῆρος (1).

Πορευομένου δὲ αὐτοῦ κ. τ. λ. v. 36.

Ἀνῄει μὲν εἰς Ἱεροσόλυμα Χριστὸς, τὸν A. f. 260. ὑπὲρ τῆς ἁπάντων σωτηρίας καὶ ζωῆς ἀνατλῆναι σταυρόν· ἐπεκάθισέ τε τῷ πώλῳ· προσυπήντων δὲ τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι, καὶ παῖδες ἄνηβοι σὺν αὐτοῖς. καὶ πολλαῖς αὐτὸν εὐφημίαις καὶ κρότοις ἠπείγοντο στεφανοῦν· οἱ μὲν γὰρ ἐστρώννυον ἐν τῇ ὁδῷ τὰ ἱμάτια ἑαυτῶν, οἱ δὲ βραχεῖαν ἔτι κομιδῇ τὴν ἡλικίαν ἔχοντες, τὰ κάλυντρα (2) τῶν φοινίκων ἀνατείνοντες ὑψοῦ, ᾠδὴν ἐποιοῦντο Χριστὸν, λέγοντες· εἰρήνη ἐν οὐρανῷ· οὐκέτι τοῦ θεοῦ ἡμῖν ἐκπεπολεμωμένου, ἀλλ' ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ περιπατοῦντος, καὶ διὰ τοῦτο ὑπὸ τῶν ἀγγέλων δοξαζομένου· ὁ γὰρ ἄνω βασιλεὺς, κατέβη κάτω, καὶ μίαν ὑπακοὴν (3) πεποίηκεν.

Καί τινες τῶν φαρισαίων ἀπὸ τοῦ ὄχλου εἶπον κ. τ. λ. v. 39.

Ἀλλ' οὐκ ἐδόκει συμφέρεσθαι τὸν τῶν πλή- A. f. 260. b.

(1) Fragmentum hoc citatur nominatim ex Cyrillo in Lucae evangelium a catena ottob. vat. in prophetas p. 106. Heic autem coniecturaliter ego collocavi, quia in loco parallelo Matth. XXV. 30. (ad quem solet provocare Cyrillus) servus piger, qui talentum abscondit, in tenebras exteriores eiicitur.

(2) Animadverte vocabulum, ut p. 328.

(3) Ὑπακοή, vel ὑπακουή, in ecclesiastico Graecorum sermone hymni genus est, de quo Cangius in glossario, et citatus ab eo Goarius. Sane de hymno heic loqui Cyrillus videtur. Ceteroqui pervulgata notio vocabuli ὑπακοή *obedientia* est. Quamobrem haud scio an quis malet interpretari *cunctosque sibi obedientes fecit*.

θους σπουδαῖς τοῖς καθηγεῖσθαι λαχοῦσιν·
ὑπέβριζον γὰρ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν, καὶ πρὸς
τὴν τῶν παίδων ταύτην φωνὴν ἠγανάκτουν οἱ
βάσκανοι φαρισαῖοι, ἐπείπερ ὁρώμενος ἄνθρω-
πος τὴν θεῷ πρέπουσαν ὑμνολογίαν ἐδέχετο·
καὶ δὴ καὶ προσήεσαν οἱ θρασεῖς, μονονουχὶ
διαμαρτυρόμενοί τε καὶ λέγοντες, οὐκ ἀκούεις
τί οὗτοι λέγουσιν; ἀντὶ τοῦ, ἄνθρωπος ὢν ἀνέχῃ
δοξολογούμενος καὶ ὡς θεὸς ὑμνούμενος, καὶ
τὰς θεῷ πρεπούσας εὐφημίας δέχῃ παρὰ
τῶν παίδων; καὶ τί πρὸς ταῦτα Χριστός; ἠγα-
νάκτησεν ἄρα κατὰ τῶν παίδων; ἀπεσείσατο τὴν
δοξολογίαν; ἐπετίμησε τοῖς εὐφημοῦσιν αὐ-
τὸν ὡς θεόν; οὐδαμῶς· ἔφη γὰρ μᾶλλον πρὸς
τοὺς φιλεγκλήμονας, ἐπιστομίζων αὐτούς·
v. 40. ὅτι ἐὰν οὗτοι σιωπήσωσιν, οἱ λίθοι κεκρά-
ξονται· ὁρᾷς, ὅπως προσμεμαρτύρηκεν ἑαυ-
τῷ τὴν τῆς θεότητος δόξαν, ὁ ἐποχούμενος τῷ
πώλῳ καὶ κατὰ σάρκα υἱὸς Δαβίδ; ἀλλ' οὐκ
ἦν δόξης ἀλλοτρίας κοινωνὸς ὡς οἱ χριστό-
μαχοι φασὶν (1), ἀλλ' οὐδὲ ὕστερος παρὰ
τὸν ἐκ θεοῦ πατρὸς λόγον ὡς υἱὸς κατὰ μόνας·
διὰ τοῦτο καὶ θεὸς, καὶ κύριος, καὶ ὕψιστος
ὀνομάζεται.

v. 41. Καὶ ὡς ἤγγισεν, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ, λέγων κ. τ. λ.

A. f. 260. b. Ἔφη που διὰ φωνῆς Ἱερεμίου ὁ τῶν ὅλων
* Hier. VI. 30. θεὸς, περὶ τῶν Ἰουδαίων· * „ ἀργύριον ἀποδε-
δοκιμασμένον, καλέσατε αὐτούς, ὅτι ἀπε-
* Idem v. 19. δοκίμασεν αὐτοὺς ὁ κύριος·„ καὶ πάλιν· *
„ ἄκουε γῆ, ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω ἐπὶ τὸν λαὸν
τοῦτον κακὰ, τὸν καρπὸν ἀποστροφῆς αὐτῶν,
ὅτι τῷ λόγῳ μου οὐ προσέσχον, καὶ τὸν νόμον
μου ἀπώσαντο.„ Καρποὶ τοίνυν γεγόνασι
τῆς αὐτῶν ἀποστροφῆς, τὰ συμβεβηκότα αὐ-
τοῖς σκυθρωπὰ δηλονότι· πλὴν καὶ οὕτως
ἔχοντας γνώμης, κατηλέει Χριστὸς, ὃς πάν-
τας ἀνθρώπους θέλει σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπί-
* I. Tim. II. 4. γνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· * καὶ γοῦν, ἰδών φησι
τὴν πόλιν ἔκλαυσεν, ἵνα διὰ τούτου μάθωμεν
ὅτι λελύπηται· εἴπερ ὅλως χρή τι τοιοῦτον
εἰπεῖν περὶ τοῦ πάντων ἐπέκεινα θεοῦ· ἀλλ'
οὐκ ἂν ἔγνωμεν ἡμεῖς ὅτι κακοὺς ὄντας
ἠλέει, εἰ μὴ διὰ πράγματος ἀνθρωπίνου κατ-

puli studiis suffragari: nam dentibus potius stridebant, et puerorum vocem stomachabantur invidi pharisaei, quia quum is homo appareret, convenientem Deo hymnologiam excipiebat. Quin et audacter accedebant, contestantes dicentesque: nonne audis quaenam hi dicunt? Nempe: homo quum sis, pateris te glorificari et tamquam Deum hymnis celebrari? Deo inquam congruas laudes a pueris excipis? Quid porro ad haec Christus? Num pueris indignatus est? num hymnum repulit? aut se veluti Deum laudantes increpuit? Nequaquam. Immo potius calumniatoribus ait, silentium indicens: etiamsi hi taceant, lapides ipsi clamabunt. Viden quomodo divinitatis gloriam proprio testimonio sibi vindicavit, is qui iumento insidebat, et Davidis filius secundum carnem erat? Sed reapse alienam a se maiestatem non participabat, ut Christi hostes aiunt; neque inferior erat Dei patris Verbo, ceu si filius alius seorsum esset. Propterea et Deus, et dominus, et altissimus appellatur.

Et ut appropinquavit, videns civitatem, flevit super illam, dicens etc.

Dixit quodam loco ore Hieremiae universalis Deus de Iudaeis: « argentum reprobum vocate eos, quia Dominus reprobavit illos. » Item. « Audi, terra: ecce ego adducam super populum istum mala, fructum apostasiae ipsorum; quia sermoni meo non auscultarunt, et legem meam abiecerunt. » Fructus ergo apostasiae ipsorum fuerunt, ea quae experti sunt tristia. Qui quum ita se haberent, eorum nihilominus miserebatur Christus, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire. Itaque videns, inquit, civitatem, flevit; ut hinc cognoscamus, eum maestum fuisse, si tamen quid huiusmodi de supremo Deo dicendum est. Sed nos haud sciremus Christum perversos illos fuisse miseratum, nisi humano

(1) Adhuc manifeste theologiceque invehitur contra Nestorianos.

actu id manifestasset quod nos eum pati, cognoscere non poteramus. Nam lacryma emissa, tristitiae indicium est. Sic etiam super Lazaro flevit, ut intelligamus moleste eum tulisse, hominis naturam in mortem incidisse. « Ipse enim omnia condidit ad immortalitatem; invidia autem diaboli, mors in orbem terrarum introivit. » Reapse tamen haud superavit Dei voluntatem invidia diaboli; sed necesse fuit, ut mandati transgressionem subsequeretur poena, quae ad exterminium conferret hominem, qui vitae leges contempserat. Sic igitur flevisse Christum super Hierosolyma dicimus. Voluisset enim, ut dixit, eam urbem felicem videre, admissa erga Christum fide, et pace cum Deo conservata. In hoc ergo reprehendit civitatem Christus, aitque: si cognovisses, quae ad pacem tuam sunt! id est quae utilia tibi ac necessaria sunt, ut pacem cum Deo retineas. Porro haec erant, fides, obedientia, figurarum cultusque legalis omissio, proque eo ille qui in spiritu et veritate fit, id est per Christum.

Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.

Non enim digni erant cognoscere, sive intelligere, inspiratas scripturas, quae Christi sacramentum loquuntur. Nam usque in hodiernum diem idem manet velamen in veteris testamenti lectione. Cum enim legitur Moyses, velamen supra cor illorum iacet non revelatum, id est, quin agnoscant quoniam in Christo evacuatur; qui quum sit veritas, umbram destruit. Sed quia legis figuris non adtenderunt, ideo veritatem non agnoverunt; indignosque se Christi salute Israhelitae ostenderunt. Propterea et sancto Dei decreto obtenebrati sunt; nempe abscondita Hierosolymorum urbi fuerunt, quae ad pacem cum Deo fovendam conferebant, quorum prima est fides, impium iustificans, et per sanctificationem atque iustitiam Deo coniungens quicumque ea praediti sunt.

Eo quod non cognoveris tempus visitationis tuae.

Cuiusnam visitationis? illius inquam,

ἔστησεν ἐναργές, ὅπερ οὐκ ἦν ἰδεῖν πεπονθότα· δάκρυον γὰρ κατενεχθὲν, λύπης ἐστὶ σημεῖον· οὕτω δεδάκρυκε καὶ ἐπὶ Λαζάρῳ, ἵνα συνῶμεν ὅτι λελύπηκεν αὐτὸν ἡ ἀνθρώπου φύσις πεσοῦσα πρὸς θάνατον· “ἔκτισε γὰρ αὐτὸς ἐπὶ ἀφθαρσίᾳ τὰ πάντα· φθόνῳ δὲ διαβόλου, θάνατος εἰσῆλθεν εἰς τὸν κόσμον· * ” * Sap. II. 23. ἀλλ' οὐ γέγονε κρείττων τῶν τοῦ κτίσαντος θελημάτων ὁ τοῦ διαβόλου φθόνος· ἦν δὲ ἀναγκαῖον τῇ παραβάσει τῆς ἐντολῆς ἀκολουθῆσαι δίκην καταφέρουσαν εἰς φθορὰν τὸν ἀτιμάσαντα νόμους ζωῆς· οὕτω τοιγαροῦν δακρῦσαι φαμὲν αὐτὸν καὶ ἐπί γε τῇ Ἱερσαλήμ· ἤθελε γὰρ ὡς ἔφην εὐδοκιμοῦσαν ὁρᾷν, διὰ τοῦ τε πρὸς αὐτὸν προσήκασθαι πίστιν, καὶ τὴν πρὸς θεὸν εἰρήνην ἀσπάσασθαι· αἰτιᾶται τοίνυν ἐπ' αὐτῷ δὴ τούτῳ Χριστὸς, καὶ φησὶν, εἰ ἔγνως τὰ πρὸς εἰρήνην σου καὶ σύ· τουτέστι τὰ χρήσιμά σοι καὶ ἀναγκαῖα πρὸς τὸ εἰρηνεῦσαι πρὸς θεόν· ταῦτα δὲ ἦν, ἡ πίστις, ἡ ὑπακοὴ, τὸ ἀπέχεσθαι τῶν τύπων καὶ τῆς ἐν νόμῳ λατρείας· ἀνθελέσθαι δὲ μᾶλλον τὴν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ, δῆλον δὲ ὅτι τὴν διὰ Χριστοῦ.

Νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. v. 42.

Οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι τοῦ εἰδέναι, ἤγουν A. I. 260. b. συνιέναι, τὰς θεοπνεύστους γραφὰς, αἳ τὸ Χριστοῦ λαλοῦσι μυστήριον· ἄχρι γὰρ σήμερον, τὸ αὐτὸ κάλυμμα ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς παλαιᾶς διαθήκης μένει· * ἡνίκα γὰρ * II. Cor. III. 14. ἀναγινώσκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται μὴ ἀνακαλυπτόμενον, ὅτι ἐν Χριστῷ καταργεῖται· αὐτὸς γὰρ ὢν ἡ ἀλήθεια, παύει τὴν σκιάν· ἐπειδὴ δὲ τοῖς τοῦ νόμου τύποις οὐ προσεσχήκασιν, οὐ τεθέανται τὴν ἀλήθειαν· ἀναξίους ἀπέφηναν ἑαυτοὺς τῆς ἐν Χριστῷ σωτηρίας, οἱ ἐξ Ἰσραήλ· ταύτῃ τοι καὶ ὁσίᾳ ψήφῳ θεοῦ κατεκρύπτοντο· κέκρυπται τοίνυν ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὰ τῆς πρὸς θεὸν εἰρήνης ἐμποιητικὰ, ὧν ἓν ἐστι καὶ πρῶτον ἡ πίστις, δικαιοῦσα τὸν ἀσεβῆ καὶ συνάπτουσα δι' ἁγιασμοῦ καὶ δικαιοσύνης τῷ πανάγνῳ θεῷ τοὺς ἔχοντας αὐτήν.

Ἀνθ' ὧν οὐκ ἔγνως καιρὸν τῆς ἐπισκοπῆς σου. v. 44.

Ποίας ἐπισκοπῆς; τῆς διά γε φημὶ τοῦ A. I. 261.

*

πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ· καὶ φανερὰ ἡ ἔκβασις· καὶ γὰρ οἱ πιστεύσαντες, τῆς ἁλώσεως ὑπέρτεροι γεγόνασι, γνόντες τὸν ἐλθόντα αὐτοὺς ἐπισκέψασθαι καὶ σῶσαι, καὶ ἀπὸ τὴν Ῥωμαίων εἰρήνην σχόντες· ὥστε εἰ καὶ πᾶσα ἡ πόλις ἔγνω τὰ πρὸς εἰρήνην αὐτῇ συντελοῦντα, οὐδεὶς ἂν ἑάλω.

quae a communi Servatore nostro Christo peracta fuit. Iam rei exitus exploratus est. Nam qui crediderant, extra urbis excidium fuerunt, quia visitatorem servatoremque suum agnoverunt, nihil turbata a Romanis ipsorum pace. Quare si universa pariter civitas, quae ipsius paci conducebant agnovisset, nemo captus periisset.

v. 45. Εἰσελθὼν εἰς τὸ ἱερὸν ἤρξατο ἐκβάλλειν τοὺς πωλοῦντας ἐν αὐτῷ καὶ ἀγοράζοντας.

Ingressus in templum coepit eiicere vendentes in illo et ementes.

A. f. 261. a. b. Ἦν μὲν ἐν τῷ ἱερῷ πλῆθος, ἀργυραμοιβοὶ, καὶ οἱ τὰ θυόμενα κατὰ νόμον ζῶα πωλοῦντες· ἀλλ' ἦν ἤδη καιρὸς τὴν καταλῆξαι τὴν σκιὰν, ἀναλάμψαι δὲ τὴν ἐν Χριστῷ ἀλήθειαν· διὰ τοῦτο Χριστὸς, ἅτε δὴ μετὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς ἐν τῷ παρ' αὐτοῖς νεῷ τιμώμενος, συστέλλεσθαι τὰ ἐν νόμῳ προστέταχεν, οἶκον δὲ προσευχῆς ἀναδείκνυσθαι τὸν ναόν· τὸ γὰρ ἐπιπλήττειν καὶ ἀποσοβεῖν τῶν ἱερῶν περιβόλων τοὺς τὰ εἰς θυσίαν χρήσιμα διαπιπράσκοντας, τοῦτο πάντως ἐστὶ, καὶ
A. f. 261. b. B. f. 180. b. ἕτερον οὐδέν. — Ὁ μὲν τῶν ὅλων σωτὴρ καὶ κύριος χρησίμως τοῦτο ποιεῖ, ἐμφανῆ καθιστὰς τοῖς Ἰουδαίοις τὴν ἑαυτοῦ δόξαν, ἵνα πιστεύσωσιν, ὅτι υἱός ἐστι τοῦ θεοῦ· ὡς γὰρ ἐξουσίαν ἔχων τοῦ ναοῦ, ἐπεμελεῖτο αὐτοῦ· καὶ δὴ καὶ ὠνόμαζε πατέρα ἴδιον τὸν θεόν· ὡς
* Ioh. II. 15. et 16. γὰρ ἄλλος φησὶν εὐαγγελιστὴς *, τοῖς ἐμπόροις ἔφη· μὴ ποιεῖτε τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου οἶκον ἐμπορίου· καὶ πάλιν· γέγραπται, ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται· ὑμεῖς δὲ αὐτὸν ποιεῖτε σπήλαιον λῃστῶν· διὰ δὲ τοῦ ἐκβάλλειν τὰ πρὸς τὴν θυσίαν ἐπιτήδεια ζῶα, δείκνυσιν ὅτι καιρὸς λοιπὸν παύσασθαι τὴν νομικὴν λατρείαν, καὶ τὴν σκιὰν καταλῆξαι τῇ τῆς ἀληθείας παρουσίᾳ· τὸ δὲ καὶ φραγέλλιον ἐκ σχοινίων ποιῆσαι, καὶ ἀπειλῆσαι πληγὰς ἐπανατείνειν αὐτοῖς, δηλοῖ ὅτι οἱ τὴν νομικὴν τιμῶντες λατρείαν, μετὰ τὴν τῆς ἀληθείας ἀνάδειξιν, ἅτε πνεῦμα δουλείας ἔχοντες, καὶ τὸ ἐλευθεροῦσθαι παραιτούμενοι, ὑπὸ μάστιγας ἔσονται δουλοπρεπεῖς· ὅρα τὴν καταφρόνησιν αὐτῶν· ἐν τῷ ναῷ γὰρ ἐκαπήλευον, καὶ οἱ μὲν ἐπώλουν τὰ πρὸς θυσίαν ἐπιτήδεια τοῖς χρήζουσι, πρόβατα λέγω, καὶ βόας, καὶ περιστερὰς, ὡς ὁ Ἰωάννης ἐδήλω-

Erat in templo colluvies hominum, pecuniae scilicet negotiatores, et qui animalia legali ritu mactanda vendebant. Sed iam tempus aderat, quo umbra desineret, veritas autem rerum Christi elucesceret. Propterea Christus, utpote in illorum templo cum suo pariter patre cultus, cessare legalia iussit, domum vero orationis templum fieri. Nam quod increpuit sacrisque septis eiecit eos qui sacrificio idonea vendebant, id inquam nihil profecto aliud demonstrabat. — Communis quidem Servator ac dominus utiliter hoc agit, suam conspicuam Iudaeis faciens maiestatem, ut se esse Dei filium credant. Nam tamquam templi potestatem habens, curam eius gerebat. Quin et Deum patrem sibi esse dicebat, atque ut alius evangelista ait; negotiatoribus dixit: nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Itemque: scriptum est, domus mea, domus orationis est; vos autem fecistis eam speluncam latronum. Dum autem idonea sacrificio animalia eiicit, demonstrat tempus iam adesse quo legalis cultus desineret, et umbrae finis fieret, ob veritatis praesentiam. Quod denique flagellum quoque de funiculis fecerit, plagasque Iudaeis imponere comminatus sit, id demonstrat, eos qui legalem reverebantur cultum, post veritatis manifestationem, ceu spiritum servitutis habentes, et liberari renuentes, plagis servilibus suppositum iri. Specta, sodes, sacri loci contemptum; namque in templo negotiabantur; et alii quidem vendebant idonea sacrificiis animalia, oves dico, boves, atque

etiam columbas, ut Iohannes narrat, et alia huiusmodi: alii vero emebant. Κολλυβισταὶ autem sunt mensarii; nam κόλλυβος nummus est, et κολλυβίζω dicitur negotior; (sic enim solet consuetudo nomina immutare.) Introiit itaque Christus in templum cum fiducia ut dominus, et praedicta expulit, suamque omnium rerum quam habebat potestatem revelavit; propria simul impeccantia fretus, et quia decorem domus suae curabat, simulque denotabat cruentarum victimarum finem; denique ut nos pro ecclesia audere doceret. – Debuerant hunc adorare ut Deum; hi vero nedum hoc facerent, ipsum potius volebant extinguere, quod tamen haud potuerunt: etenim populus ab eius loquentis ore pendebat; quo facto graviorem scribis et pharisaeis et cunctis Iudaeorum principibus poenam inurebat, qui nec ipsi ad fidem accedebant, et aliis molesti erant.

Cap. XX.

In qua potestate haec facis?

Moysis lex solos, ut aiebant, attingere sacerdotalia officia levitas mandabat: ipsi res divini templi administrabant, ipsis religiosam doctrinam tradere datum erat, et sacrorum septorum commissa potestas. Tu vero, inquiebant, ex alia oriundus tribu, quippe de Iudae posteris, cur concessos nobis usurpas honores? Quis tibi hanc potestatem contulit? Atqui si inspiratas a Deo, o insipiens pharisaee, calleres scripturas, meminisses utique beati prophetae Davidis universali servatori Christo dicentis: iuravit Dominus, et non paenitebit eum; tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec. Dic igitur quaeso, quisnam de scribis aut pharisaeis Deo ministraverit secundum ordinem Melchi-

σε, καὶ εἴ τι τοιοῦτον· οἱ δὲ ἠγόραζον· κολλυβισταὶ δὲ εἰσὶν οἱ τραπεζῖται· κόλλυβος γὰρ ὁ ὀβολὸς (1), καὶ κολλυβίζω λέγεται τὸ καταλλάσσω (ὡς ἡ συνήθεια καταλλάσσει τὰ ὀνόματα· *) εἰσῆλθεν οὖν ὁ Χριστὸς εἰς τὸ ἱερὸν μετὰ παῤῥησίας ὡς δεσπότης, καὶ τὴν ἐκβολὴν τῶν ῥηθέντων ἐποιήσατο, τήν τε κατὰ πάντων ἐξουσίαν ὡς θεὸς, ἣν εἶχε, παραγυμνῶν, καὶ τῇ ἀναμαρτησίᾳ τεθαῤῥηκὼς, ἔτι τοῦτο δὲ προδηλῶν τὴν ἐκβολὴν τῶν δι' αἵματος θυσιῶν, ἅμα δὲ καὶ παιδεύων ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας παῤῥησιάζεσθαι. — Ἔδει δὴ οὖν προσκυνῆσαι μᾶλλον αὐτῷ ὡς θεῷ· οἱ δὲ τοῦτο μὲν οὐ πεπράχασιν· ἐζήτουν δὲ αὐτὸν ἀπολέσαι, ἀλλ' οὐχ εὕρισκον· ὁ γὰρ λαὸς ἐξεκρέματο αὐτοῦ ἀκούων, φορτικωτέραν τοῖς γραμματεῦσι καὶ φαρισαίοις καὶ ἅπασι τοῖς ἡγουμένοις τῶν Ἰουδαίων ἀποφαίνων τὴν κόλασιν, μή τε προσιεμένοις τὴν πίστιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἑτέροις ἐπισκήπτουσιν.

* haec sunt in marg. cod. B.

A. f. 261. b.

ΚΕΦ. Κ'.

Ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς; v. 2.

Ὁ νόμος, φησὶν, ὁ διὰ Μωϋσέως, μόνους ἐκέλευσε τῶν ἱερῶν ἅπτεσθαι σπουδασμάτων, τοὺς ἐξ αἵματος Λευΐ· αὐτοὶ διατάττουσι τὰ ἐν τῷ θείῳ ναῷ, αὐτοῖς δέδοται τὸ μυσταγωγεῖν, καὶ ἡ τῶν ἱερῶν περιβόλων ἐξουσία· σὺ δὲ πῶς ἐξ ἑτέρας ὑπάρχων φυλῆς, γέγονας γὰρ ἐξ Ἰούδα, τὰς ἡμῖν ἐκνεμηθείσας ἁρπάζεις τιμάς; τίς σοι δέδωκε τὴν ἐξουσίαν ταύτην; ἀλλ' εἰ τὰς θεοπνεύστους ᾔδεις γραφὰς, ὦ ἀσύνετε φαρισαῖε, ἐμνήσθης ἂν λέγοντος τοῦ μακαρίου προφήτου Δαβὶδ πρὸς τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν· ὤμοσε κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ· φράζε δὴ οὖν τίς ἐκ τῶν γραμματέων ἢ φαρισαίων λελειτούργηκε τῷ θεῷ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ὃς ηὐλόγηκέ τε καὶ δεδεκάτωκε τὸν Ἀβραάμ; ὡς

A. f. 261. b. C. f. 148. b. D. f. 65. b.

A. f. 262.

(1) Prorsus ut Aristophanis scholiastes ad Pac. 1199: εἶδος εὐτελοῦς νομίσματος· ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ὀβολοῦ. Pollux quoque IX. 72. εἴη δ' ἂν κόλλυβον λεπτόν τι νομισμάτιον. Sic etiam Hesychius et Thomas magister. Agnoscunt ipsi latini auctores. Iam quod Phrynichus ed. Paw. p. 192. reprehendit vocabulum κολλυβιστὴς, contra Menandri auctoritatem, scrupulosius id facere videtur; namque et Lucae et Cyrilli exemplis confirmatur. Et quidem Cyrillus superius scribit ἀργυραμοιβὸς, ut vult Phrynichus, sed tamen non reiicit κολλυβιστὰς, quod consuetudine ita immutatum dicitur.

Hebr. VII. 7. ἢ ὁ πάνσοφος γράφει Παῦλος *, χωρὶς πάσης ἀντιλογίας τὸ ἔλαττον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται· οὐκοῦν ἡ ῥίζα καὶ ἡ ἀπαρχὴ τῆς γενέσεως τῶν ἐξ Ἰσραήλ, τουτέστιν ὁ προπάτωρ Ἀβραάμ, ὑπὸ τῆς τοῦ Μελχισεδὲκ ἱερωσύνης ηὐλόγηται· τύπος δὲ ἦν ὁ Μελχισεδὲκ, καὶ ἡ κατ' αὐτὸν ἱερωσύνη, τοῦ πάντων σωτῆρος Χριστοῦ, ὃς γέγονεν ἡμῖν ἀρχιερεὺς καὶ ἀπόστολος, προσάγων τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τοὺς πεπιστευκότας εἰς αὐτὸν, διὰ ὑπὲρ νόμον λατρείας τελειῶν εἰς ἁγιασμόν· τί τοίνυν ἀσχάλλεις, φαρισαῖε, τῶν ἱερῶν περιβόλων ἐκπεμπομένων, ὅσα τῇ κατὰ νόμον θυσίαις ἦν χρήσιμα, καλοῦντος εἰς τὴν ἐπέκεινα τύπων ζωὴν, καὶ εἰς ἀληθῆ δικαίωσιν τὴν διὰ πίστεως δηλονότι, τῆς εἰς Χριστὸν, καὶ παρατιθέντος τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας τὴν ὁδόν; — Ἐγκαλεῖς, εἰπέ μοι, τῷ νομοθέτῃ τοῦ νόμου τὴν λύσιν, καὶ ὅτι μὴ ταῖς ἰδίαις ἠκολούθησεν ἐντολαῖς; ἀλλὰ νόμου παντὸς ἐπέκεινα θεός· ὁ γὰρ τοὺς νόμους οὐχ ἑαυτῷ μᾶλλον ἀλλ' ἡμῖν ὁρισάμενος, μεθίστησι κατὰ καιροὺς ἐφ' ὅπερ ἂν βούλοιτο τὰ διατεταγμένα, ἀναφέρων εἰς βελτίονα· ἦν οὖν καιρὸς τοῦ παύσασθαι τὰ ἐν τύποις, ἀναδειχθῆναι δὲ τὰ κρείττονα· καὶ γοῦν ἔφη που θεὸς διὰ φωνῆς Ἡσαΐου (1)· καὶ ἀφανισθήσεται νόμιμα λαοῦ μου· ἤργησε γὰρ τῆς νέας ἐντολῆς ἀναδεδειγμένης, ἣν δι' ἑαυτοῦ
A. I. 262. B. f. 181. b. λελάληκεν ἡμῖν ὁ υἱός. — Κατὰ ταῦτα καὶ τούτοις ἐρωτῶσιν ἐν ποίᾳ ἐξουσίᾳ ταῦτα ποιεῖς, ἀνθυπήνεγκεν ὁ σωτὴρ τὰ περὶ τοῦ
v. 3. βαπτίσματος Ἰωάννου· οἱ δὲ φεύγουσι τὴν ἀλήθειαν, καὶ δυσσεβοῦντες οὐ καταπεφρίκασιν· ὁ μὲν γὰρ θεὸς καὶ πατὴρ προαπέστειλεν τὸν μακάριον βαπτιστὴν διακεκραγότα, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους
Luc. III. 4. τοῦ θεοῦ ἡμῶν· * περὶ οὗ φησὶ καὶ ὁ σοφώτατος
Ioh. I. 7. εὐαγγελιστής· * οὗτος ἦλθεν εἰς μαρτυρίαν, ἵνα μαρτυρήσῃ περὶ τοῦ φωτός· μεμαρτύρηκε δὲ λέγων, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι
Ioh. I. 33. 34. ἁγίῳ, καὶ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ· * ἀξιόχρεως μὲν οὖν εἰς μαρτυρίαν τὴν ἐπὶ Χριστῷ, μέγας ὢν ὁ μακάριος Βαπτιστής· ἐπειδὴ δὲ ἔθος ἦν τοῖς Ἰουδαίοις διαβάλλειν τοὺς

sedeci, qui Abrahamo benedixit decimasque obtulit? Ut autem sapientissimus scribit Paulus, sine ulla contradictione quod minus est a meliore benedicitur. Ergo radix atque origo Israhelitarum, id est progenitor Abrahamus, a Melchisedeci sacerdotio benedictionem retulit. Figura autem erat Melchisedec, eiusque sacerdotium, communis servatoris Christi, qui factus est nobis pontifex et apostolus, Deo patri offerens credentes in ipsum, per cultum qui supra legem est, perficiens sanctificationem. Cur ergo aegre fers, quod sacris septis quae sacrificiis legalibus utilia sunt expulerit? quod ad superiorem figuris vitam, veramque in fide iustificationem invitet? quod denique evangelici moris viam demonstret? — Obiicis, sodes, legislatori legis abrogationem, et quod propriis non obediat mandatis? Atqui supra omnem legem Deus est. Nam qui leges non tam sui quam nostri causa tulit, tempore idoneo imperata pro libito immutat, et in meliora convertit. Iam ergo tempus aderat, quo figurae desinerent, et meliora nobis patefierent. Propterea dixit Deus Isaiae voce: et dissipabuntur legitima populi mei: lex enim fit cassa, novo subeunte instituto quod ipse ore proprio filius nobis edisseruit. — Propterea his quoque interrogantibus, in qua potestate haec facis, occurrit Servator, illata de Iohannis baptismo mentione. Illi autem veritatem fugiunt, et impie agere non verentur. Deus quidem pater praemisit beatum Baptistam clamantem: parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. De quo sapientissimus quoque evangelista dicit: « hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine. » Testatus est autem dicens: hic est qui baptizat in Spiritu sancto, et ipse filius Dei est. Idoneus itaque testis de Christo magnus beatus Baptista. Quia vero consuetudo erat Iudaeorum obtrectandi prophetis, quasi a Deo

(1) Immo dicendum est *Michaeae II* 15. Alias huiusmodi alibi fecimus emendationes.

minime missis, interrogavit Christus, quamnam ipsi de Baptista opinionem gererent? At illi veritatem quidem dicere metuerunt, ne forte audirent: cur ergo ei non credidistis? Ab accusando autem Praecursore abstinent, non Dei sed populi timore. Iam quia se nescire undenam esset Iohannis baptismus simulabant, malitioseque agebant, merito nihil eis responsum fuit.

Homo quidam plantavit vineam etc.

Totam possumus comperire filiorum Israhelis his verbis breviter comprehensam historiam. Nam vinea est Israhel, ut ait psalmista: vitem ex Aegypto transtulisti, eiecisti gentes, et plantasti eam. Praeterea Isaias: vinea facta est, inquit, dilecto. Hanc vineam postquam plantavit in terra promissionis Deus pater (hic enim dicitur hoc loco homo, propter suam erga homines benignitatem, et ob parabolae morem) peregre fuit annis multis. Atqui Deus omnia implet, nulloque loco abest; quomodo ergo peregre fuit? Ex quo olim sub ignis specie in montem Sinam descenderat, arcanamque formam suam Hebraeis visibilem ostenderat, haud ulterius praesentem se illorum oculis exhibuerat; ita ut more loquendi humano videretur in longinqua peregrinatione versari. Attamen loci eius curam gessisse agnoscitur, et mente haud pepulisse; nullum enim fuit intermedium tempus, quo Deus prophetas iustosque homines non miserit ad populum admonendum. Sed enim, ut ait Hieremias: « ecce verbum Domini factum est eis in opprobrium; nolunt id audire. » Obtemperare renuerunt, missosque ad se homines, vacuos remiserunt. – Reputat autem secum vineae dominus dicens: quid faciam? Non quod nullos praeterea haberet famulos, ait quid faciam; numquam enim deerunt sanctae eius voluntatis ministri; sed quia omnem medelae rationem insumpserat, quin tamen utilitatis aliquid consequeretur. Deinde ait quod sequitur: mittam filium meum dilectum; fortasse hunc verebuntur. Illi

προφήτας, ὡς οὐκ ἀπεσταλμένους παρὰ θεοῦ, ἤρετο Χριστὸς, ὁποίαν περὶ τοῦ Βαπτιστοῦ τὴν δόξαν ἐσχήκασιν· οἱ δὲ δεδίασι μὲν εἰπεῖν τὸ ἀληθὲς, ἵνα μὴ ἀκούσωσι, διὰ τί μὴ ἐπιστεύσατε αὐτῷ. φεύγουσι δὲ τὸ κατηγορεῖν τοῦ προδρόμου, δεδιότες οὐ θεὸν, ἀλλὰ τοὺς ὄχλους· ἐπεὶ δὲ μὴ εἰδέναι ὁπόθεν εἴη τὸ βάπτισμα Ἰωάννου προσεποιοῦντο, καὶ ἐκακούργουν, εἰκότως οὐδὲν αὐτοῖς ἀποκρίνεται.

Ἄνθρωπός τις ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα κ. τ. λ. v. 9.

A. f. 262. B. f. 182. C. f. 119. D. f. 66.

Ὅλην εὑρήσει τίς τὴν ἐπί γε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἱστορίαν ἐν τούτοις, ὡς ἐν βραχέσι συνενηνεγμένην· ἀμπελὼν γὰρ, ὁ Ἰσραὴλ, ὡς ὁ ψαλμῳδός φησιν· * ἄμπελον ἐξ Αἰγύπτου μετῆρας, ἐξέβαλες ἔθνη, καὶ κατεφύτευσας αὐτήν· καὶ ὁ Ἡσαΐας ἀμπελὼν ἐγενήθη φησὶ τῷ ἠγαπημένῳ· * τοῦτον τὸν ἀμπελῶνα φυτεύσας ἐν τῇ γῇ τῆς ἐπαγγελίας ὁ θεὸς καὶ πατὴρ, (τοῦτον γὰρ ἄνθρωπον νῦν λέγει διὰ τὸ φιλάνθρωπον καὶ τὸ τῆς παραβολῆς ἔθος,) ἀπεδήμησε χρόνους ἱκανούς· καί τοι πληροῖ τὰ πάντα, ἀπολιμπάνεται δὲ τῶν ὄντων οὐδενός· πῶς οὖν ἀπεδήμησε; μετὰ τὸ ὀφθῆναι ἐν εἴδει πυρὸς καταβεβηκὼς ἐπὶ τὸ ὄρος τὸ Σινᾶ, καὶ τὴν ἄρρητον μορφὴν ἐμφανῆ δεῖξαι αὐτοῖς οὐκέτι τὴν αὐτοῦ παρουσίαν ὀφθαλμοφανῆ δέδωκεν αὐτοῖς, ἀλλ' ὡς κατά γε τὸν τύπον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, ἔοικέ πως ἀποδημίᾳ μακρᾷ τὸ γεγενημένον· πλὴν ὁρᾶται πεφροντικὼς τοῦ χωρίου, καὶ εἰς νοῦν ἔχων αὐτό· οὐδεὶς γὰρ γέγονε διὰ μέσου καιρὸς, καθ' ὃν οὐκ ἀπεστέλλοντο παρὰ τοῦ θεοῦ προφῆται καὶ δίκαιοι νουθετοῦντες· ἀλλ' ἤ φησὶν Ἱερεμίας· * « ἰδοὺ τὸ ῥῆμα κυρίου ἐγενήθη αὐτοῖς εἰς ὀνειδισμόν· οὐ μὴ βουληθῶσιν αὐτοῦ ἀκοῦσαι. » γεγόνασιν ἀπειθεῖς, καὶ ἀτιμάσαντες τοὺς ἀπεσταλμένους, ἐξαπέστειλαν κενούς. — Διαλογίζεται δὲ καθ' ἑαυτὸν ὁ τοῦ ἀμπελῶνος δεσπότης, λέγων· τί ποιήσω; οὐχ' ὡς ἑτέρων ἀπορήσας οἰκετῶν, τὸ τί ποιήσω, φησὶν, οὐ γὰρ ἂν ἐπέλειψαν αὐτῷ τῶν ἁγίων αὐτοῦ θελημάτων οἱ ὑπουργοὶ, ἀλλ' ὡς πάσης ἰατρικῆς μεθόδου γεγενημένης, ὠφεληθέντος γε μὴν ἐκείνου μηδέν· εἶτα φησὶ τὸ ἐντεῦθεν· πέμψω

* Ps. LXXIX. 9.

* Is. V. 1

* Hier. VI. 10.

τὸν υἱόν μου τὸν ἀγαπητόν· ἴσως τοῦτον ἐντρα-
πήσονται· οἱ δὲ ἐπαγωνίζονται τοῖς μιάσμα-
σιν, ἀεὶ τὰ πρότερα τοῖς δευτέροις ἀποκρύ-
* Matth. XXIII. 32. πτοντες· ὃ καὶ αὐτὸς δηλῶν, ἔλεγε· * πληρώ-
σατε τὸ μέτρον τῶν πατέρων ὑμῶν· ἄνωθεν γὰρ
αὐτοῖς ταῦτα ἐνεκάλουν οἱ προφῆται, λέγον-
* Is. I. 15. τες· αἱ χεῖρες ὑμῶν, αἵματος πλήρεις· * καὶ
* Os. IV. 2. αἵματα ἐφ᾽ αἵμασι μίσγουσι· * καὶ οἰκοδο-
* Mich. III. 10. μοῦντες Σιὼν ἐν αἵμασιν· * ἀλλ᾽ οὐκ ἐσω-
φρονίζοντο, καί τοι ταύτην πρώτην λαβόν-
τες τὴν ἐντολὴν, τὸ οὐ φονεύσεις· καὶ διὰ πολ-
λῶν καὶ παντοδαπῶν, εἰς τὴν φυλακὴν τῆς ἐν-
τολῆς ταύτης ἐναγόμενοι· ἀλλ᾽ ὅμως τὴν
πονηρὰν ἐκείνην οὐκ ἀπέθεντο συνήθειαν·
ἀλλὰ μετὰ τοὺς προφήτας, καὶ τὸν φύσει υἱὸν
A. f. 262. b. ἀπεκτόνασιν· ἐκβέβληνται τοίνυν οἱ τῶν Ἰου-
δαίων ἡγούμενοι, ὡς καὶ δεσποτικοῖς θελή-
μασιν ἀντενηνεγμένοι, καὶ ἄκαρπον ἀποφήναν-
τες τὸν ἐγχειρισθέντα αὐτοῖς ἀμπελῶνα· ἐκ-
δέδοται δὲ τὸ χωρίον τοῖς τῆς καινῆς διαθή-
κης ἱερουργοῖς. Οἱ δὲ γραμματεῖς καὶ φαρισαῖοι
ἀκούσαντες, ἔφησαν· μὴ γένοιτο· ἐντεῦθεν
ἐστιν ἰδεῖν, ὅτι συνιέντες τῶν αἰνιγμάτων τὸ
βάθος, ἀποσείονται τὸ παθεῖν, καὶ δεδοί-
κασι τὸ ἐσόμενον· ἀλλ᾽ οὐκ ἔξω γεγόνασι
αὐτοῦ, διὰ τὸ ἀκάθεκτον εἰς παρακοὴν, καὶ
τὸ μὴ ἀνέχεσθαι πιστεῦσαι Χριστῷ.

v. 17. *Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες κ. τ. λ.*

A. f. 264. B. f. 183. b. C. f. 149. b. Λίθον ἑαυτὸν καλεῖ, καὶ οἰκοδόμους τοὺς τῶν
* Ezech. III. 10. Ἰουδαίων διδασκάλους· καὶ Ἰεζεκιὴλ φησὶν *,
οἰκοδομοῦντες τὸν τοῖχον, καὶ ἀλείφοντες ἀναρ-
τύτως· ἀπεδοκιμάσθη δὲ καί τοι λίθος ὢν
ἐκλεκτὸς ὁ σωτὴρ παρὰ τῶν ὀφειλόντων ὠφε-
λεῖν διὰ πάσης ὠφελείας, δηλονότι τῆς τῶν Ἰου-
δαίων συναγωγῆς· ἀλλὰ γέγονεν εἰς κεφαλὴν
γωνίας· γωνίᾳ δὲ παρεικάζει τὸ ἱερὸν γράμ-
μα τὴν σύνοδον ἤ τοι συνάφειαν εἰς ὁμοψυ-
χίαν τε καὶ ὁμοπιστίαν τῶν δύο λαῶν, φημὶ δὲ
τοῦ Ἰσραὴλ τε καὶ τῶν ἐξ ἐθνῶν· ἔκτισε γὰρ ὁ
σωτὴρ τοὺς δύο λαοὺς εἰς ἕνα καινὸν ἄνθρω-
πον, ποιῶν εἰρήνην, καὶ ἀποκαταλλάσσων
τοὺς ἀμφοτέρους ἐν ἑνὶ σώματι πρὸς τὸν πα-
* Ephes. II. 15. τέρα· * ἔοικε τοίνυν τὸ σχῆμα γωνίᾳ δύο
τοίχους συναπτούσῃ· ταύτην τεθαύμακε τὴν
γωνίαν, ἤτοι τῶν δύο λαῶν τὴν εἰς ταυτότητα
* Ps. CXXVII. 22. σύνοδον, ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγων· * λίθον

vero augendis piaculis certant, priora semper posterioribus superantes. Quod Christus significavit dicens: implete mensuram patrum vestrorum. Antiquitus enim hoc illis imputabant prophetae aientes: manus vestrae sanguine plenae sunt. Item: sanguines sanguinibus mixti sunt. Item: qui aedificatis Sionem in sanguinibus. Neque idcirco emendati sunt, etsi hoc praecipue in mandatis habebant: non occides; multisque aliis ac variis monitionibus ad huius praecepti observantiam impulsi fuerant. Nihilo tamen minus perversam illam consuetudinem numquam dimiserunt; sed post prophetas, naturalem quoque Dei filium interemerunt. Eiecti ergo fuerunt Iudaeorum duces, ceu qui dominicis voluntatibus adversati erant, et commissam ipsis vineam effecerant infructuosam: praedium autem sacerdotibus novi foederis traditum est. Quae quum scribae ac pharisaei audissent, dixerunt: absit. Hinc patet, intellexisse eos aenigmatis profunditatem, calamitatem a se deprecatos, et de futuris non sine metu fuisse. Sed malos casus non effugerunt, propter suam indomitam contumaciam, et quia Christo credere noluerunt.

Lapidem quem reprobaverunt aedificantes etc.

Lapidem se ipsum appellat, aedificatores vero magistros Iudaeorum. Et quidem etiam Ezechiel dicit: aedificantes parietem, et linientes absque compagine. Reprobatus autem fuit, quamquam lapis esset electus Servator, ab iis qui omni ope iuvare debuerant, id est a Iudaeorum synagoga. Sed factus est in caput anguli. Angulo autem sacra scriptura comparat coniunctionem, id est concordiam et copulam et communem fidem duorum populorum, israhelitici inquam et ethnici. Condidit enim Servator duos populos in unum hominem, pacem faciens, et reconcilians ambos in uno corpore patri. Haec ergo res similis est quodammodo angulo duos parietes coniungenti. Hunc miratur angulum, sive duorum populorum coniunctionem beatus Da-

vid dicens: lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli: a Domino factum est istud, id est anguli negotium, et est mirabile ante oculos nostros. Itaque salutaris quidem est lapis angulo, quem Deus construxit; contritio autem et exitium illis, qui extra hunc intellectualem spiritalemque conventum manserunt. Nam scandalum in Christo passus, in eumque impingens, Iudaeorum populus, contritus est. Audire noluit Isaiae vocem dicentem: Dominum ipsum sanctificate: ipse erit pavor tuus; et ne tamquam ad lapidem offensionis petramque lapsùs impingatis in eum. Lapis itaque offensionis incredulis ethnicis Christus, petra autem scandali Iudaeis, nobis denique credentibus lapis fundamenti, totam ecclesiae crepidinem constringens: petra ob firmitatem et infallibilitatem fidei, cui allisi haereseon fluctus in spumam solvuntur. Matthaeus quidem reliqua etiam prophetiae parte recitata, a Domino factum est istud, et cetera; tum prosecutus, ideo dico vobis, auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus eius, subiungit: et qui ceciderit super lapidem istum, confringetur, et reliqua. Est ergo apud Matthaeum accurata rei enuntiatio; apud Lucam vero, compendium. Atque apud cunctos evangelistas huiusmodi institutum comperimus, dum rem quisque modo latius modo brevius narrant.

Quaerebant principes sacerdotum et scribae mittere in illum manus.

Iterum exarsit in immanem iram officina pharisaeorum, et interficere volunt eum qui ob mortem destruendam homo factus est. Sed abrupit impium illorum molimen timor a populo: alioqui nullam ipsi pietatis erga Deum rationem habebant. Neque illis frenum ullum iniiciebat Moysis praeceptum: « insontem et iustum non occides. » Sed divinae reverentiae anteponunt hominum timorem. Quanam vero causa sic permoventur, quive tanti furoris prae-

ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας· παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, ἡ γωνία δηλονότι, καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν· οὐκοῦν σωτήριος μὲν ὁ λίθος τῇ γωνίᾳ τῇ παρ' αὐτοῦ γεγενημένῃ, συντριβὴ δὲ καὶ ὄλεθρος τοῖς ἔξωθεν μεμενηκόσι τῆς νοητῆς ταύτης καὶ πνευματικῆς συνδρομῆς· σκανδαλισθέντες γὰρ ἐπὶ Χριστῷ, καὶ προσπταίσαντες αὐτῷ τῶν Ἰουδαίων οἱ δῆμοι συνετρίβησαν· οὐ γὰρ ἤθελον ἀκοῦσαι τῆς Ἠσαΐου φωνῆς λεγούσης· * κύριον αὐτὸν ἁγιάσατε, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι φόβος, καὶ οὐχ ὡς λίθου προσκόμματι συναντήσετε αὐτῷ, οὐδὲ πέτρας πτώματι· λίθος μὲν οὖν προσκόμματος τοῖς ἀπίστοις ἐθνικοῖς ὁ Χριστός, πέτρα δὲ σκανδάλου τοῖς Ἰουδαίοις, τοῖς δὲ πιστοῖς ἡμῖν λίθος τοῦ θεμελίου, τῆς ἐκκλησίας πᾶσαν τὴν κρηπῖδα συνέχων· καὶ πέτρα διὰ τὸ στερρὸν καὶ ἄπτωτον τῆς ὁμολογίας, ᾗ προσαραττόμεναι αἱ τρικυμίαι τῶν αἱρέσεων εἰς ἀφρὸν διαλύονται· ὁ μέν τοι Ματθαῖος * καὶ τὸ λειπόμενον τῆς προφητείας εἰπών, τὸ παρὰ κυρίου ἐγένετο αὕτη, καὶ τὰ ἑξῆς· εἶτα εἰπών, διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς, τότε ἐπήγαγεν· καὶ ὁ πεσὼν ἐπὶ τὸν λίθον τοῦτον συνθλασθήσεται, καὶ τὰ ἑξῆς· ἔστι τοίνυν τὰ μὲν τοῦ Ματθαίου, ἀκρίβεια ἀπαγγελίας· τὰ δὲ τοῦ Λουκᾶ, συντομία· καὶ παρὰ πᾶσι δὲ τοῖς εὐαγγελισταῖς εὑρίσκομεν τὴν τοιαύτην οἰκονομίαν, ἑκάστου αὐτῶν ποτὲ μὲν ἀκριβῶς, ποτὲ δὲ συντόμως ἀπαγγέλλοντος.

* Is. VIII. 13

* Matth XXI. 42.

Ἐζήτησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς ἐπιβαλεῖν ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας. v. 19.

A. f. 261. C. f. 119. b.

Ἐξεκαύθη πάλιν εἰς ἀχαλίνους ὀργὰς τὸ τῶν φαρισαίων ἐργαστήριον, καὶ ἀποκτεῖναι βούλονται τὸν ἐπὶ λύσει θανάτου γενόμενον ἄνθρωπον· ἀλλὰ διέκοψεν αὐτῶν τὸ ἀνόσιον ἐγχείρημα, ὁ τοῦ λαοῦ φόβος· οὐ γὰρ τῆς εἰς θεὸν εὐσεβείας ἦν αὐτοῖς ὁ λόγος· οὐδὲ γέγονεν αὐτοῖς χαλινὸς ἡ διὰ Μωϋσέως ἐντολὴ λέγουσα· * ἀθῷον καὶ δίκαιον οὐκ ἀποκτενεῖς· προτιμῶσι δὲ μᾶλλον τῆς εἰς θεὸν αἰδοῦς, τὸν ἀνθρώπινον φόβον· ποία δὲ αὐτοῖς ἐστὶν ἡ αἰτία καὶ τῆς μανίας ἡ πρό-

* Exod. XXIII 7.

φασις; ἔγνωσαν, φησὶν, ὅτι πρὸς αὐτοὺς εἶπε τὴν παραβολὴν ταύτην· καί τοι πῶς οὐ μᾶλλον ἐχρῆν μεμαθηκότας τὸ ἐσόμενον, ἔξω φέρεσθαι τοῦ κακοῦ, καὶ τῇ πίστει τιμῆσαι τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ, καὶ ἀμνησικάκῳ χάριτι διασώζοντα τοὺς ταῖς ἁμαρτίαις ἐνισχημένους; ἀλλ' οὐδὲν τῶν τοιούτων ὑπολογισάμενοι, συκοφαντίας τὰς κατ' αὐτοῦ συλλέγουσιν ἀφορμάς.

textus est? Cognoverunt, inquit evangelista, Christum in ipsos similitudinem hanc dixisse. Quidni vero potius oportuisset, re futura intellecta, eripere semet malo, ac fide honorare illum qui impium iustificat, suaque gratia culparum immemore peccatis implicitos salvat? Sed nihil huiusmodi reputantes, calumniandi tantummodo occasiones captant.

v. 20. Καὶ παρατηρήσαντες ἀπέστειλαν ἐγκαθέτους, ὑποκρινομένους ἑαυτοὺς δικαίους κ. τ. λ.

Et observantes miserunt insidiatores, qui se iustos simularent etc.

A. f. 264. C. f. 149. b. D. f. 67. Καθῆκαν τινὰς ἐπιεικείας δόκησιν ἔχοντας, πονηροὺς δὲ ὄντας τὸν τρόπον· ἐπιλαθόμενοι τοῦ εἰπόντος θεοῦ· * τίς οὗτος ὁ κρύπτων με βουλήν; συνέχων δὲ ῥήματα ἐν καρδίᾳ, ἐμὲ οἴεται κρύπτειν; ὡς ἀνθρώπῳ προσιόντες κοινῷ τῷ πάντων σωτῆρι Χριστῷ· ἀλλ' ἦν ἄμεινον ἐννοεῖν, ὅτι γέγονε μὲν ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς θεὸς ὢν ὁ λόγος· ἀπὸ δέ γε τῆς ὑπὲρ λόγον θεοσημείας καὶ ἀπὸ δόξης τῆς θεοπρεποῦς, οὐκ ἄνθρωπος ὢν μόνον διεδείκνυτο, ἀλλὰ καὶ θεός. Τί δὲ δή φασιν;

* Iob. XLII. 3.

Submiserunt quosdam bonitatis speciem habentes, reapse autem improbos. Qua in re immemores fuerunt Dei dicentis: « quis est iste qui me consilium suum celat? qui verba corde cohibens, putat me latere? » Communem veluti ad hominem, accedunt ad omnium servatorem Christum. Melius autem erat reputare, factum fuisse in similitudinem nostram qui Deus erat Verbum; atque ab ineffabili miraculorum vi, gloriaque Deo digna, non hominem tantummodo sed Deum esse demonstrari. Quid porro aiunt?

v. 21. Καὶ ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ὀρθῶς λέγεις καὶ διδάσκεις. καὶ τὰ ἑξῆς.

Et interrogaverunt eum dicentes: magister, scimus quia recte dicis ac doces; et reliqua.

A. f. 264. b C. f. 149. b. Ἤθελε μὲν γὰρ ὁ θεὸς, ἀνθρωπίνης δυναστείας, ἐλεύθερον εἶναι τὸν Ἰσραήλ· ἐπειδὴ δὲ τοὺς θείους πεπατήκασι νόμους, γεγόνασιν ὑπὸ χεῖρα Ῥωμαίων, οἳ καὶ δασμοὺς ἐπέθηκαν αὐτοῖς· ἐζήτουν τοίνυν παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ ἡγεμόνος· προσεδόκησαν γὰρ ὅτι πάντη τε πάντως ἀκούσονται λέγοντος, οὐκ ἔξεστι φόρους δοῦναι Καίσαρι· τί οὖν φησὶν πρὸς αὐτοὺς ὁ τὰς καρδίας εἰδὼς τῶν ἀνθρώπων; κατανοήσας αὐτῶν τὴν πανουργίαν, ἐπιδείξατέ μοι δηνάριον, ἔφη· ἐπιδειχθέντος δὲ, πάλιν ἤρετο· τίνος ἔχει εἰκόνα καὶ ἐπιγραφήν; οἱ δὲ, Καίσαρος φασίν· καὶ τί πρὸς ταῦτα Χριστός; ἀπόδοτε τὰ Καίσαρος, Καίσαρι· καὶ τὰ τοῦ θεοῦ, τῷ θεῷ· χρημάτων μὲν γὰρ δασμοὺς ὑπορρίπτουσι τοῖς ὑπεζευγμένοις οἱ τὴν κατ' αὐτῶν λαχόντες ἀρχήν· οὐκ ἀπαιτεῖ δὲ παρ' ἡμῶν ὁ θεὸς δηνάριον, ἀλλὰ πίστιν καὶ ἀγάπην, καὶ τὴν ἐξ ἔργων ἀγαθῶν εὐοσμίαν· οὐκοῦν

Voluisset quidem Deus humano dominatu liberum esse Israhelem; sed postquam divinas conculcaverunt leges, sub Romanorum manum venerunt, qui et illis tributa imposuerunt. Moliebantur itaque ipsum tradere praesidis potestati; namque expectabant prorsus se a Christo audituros, tributum Caesari pendere non licere. Quid ergo his respondit, ille qui corda hominum novit? Cognita ipsorum malitia, ostendite mihi, inquit, denarium. Quo ostenso, rursus ait: cuius habet imaginem et inscriptionem? Dicunt, Caesaris. Quid vero ad haec Christus? Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesari, et quae sunt Dei Deo. Nam pecuniae tributa imponunt subiectis ii qui cum imperio sunt. A nobis vero exigit Deus non denarium, sed fidem et caritatem, et bonorum odorem operum. Quamobrem mirati sunt responsum, et quidem

coram universo populo, quo praesente interrogaverant; ita ut iam maius peccatum fieret. Quippe illi horum omnium obliti, ad Pilatum petraxerunt Iesum dicentes: hunc invenimus subvertentem turbas, et prohibentem tributa dare Caesari. Nihilominus nunc responsum admirati recesserunt.

Accedentes autem quidam Sadducaeorum etc.

Neque vero verbis meis fidem non arroges; sed potius cum fide dictum excipe, parvis ab exemplis huiusce rei probationes colligens. Si quando in vinum, aut in oleum, aut in humorem quemlibet, panis micam inieceris, comperies eam humidae illorum qualitatis prorsus plenam. Quum igni ferrum admoveris, tunc illius vi repletur, et quum sit suapte natura ferrum, nihilominus ignis vim continet. Itaque vivificum Dei Verbum cum se propriae copulavit carni, eo quem scit ipse modo, vivificam illam effecit. Dixit enim ipse: amen dico vobis, qui credit in me, vitam aeternam habet. Ego sum panis vitae. Et rursus: ego sum panis vivus, qui de caelo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in aeternum. Et, panis quem ego dabo, caro mea est. Amen dico vobis: nisi manducaveritis carnem filii hominis, et biberitis eius sanguinem, non habetis vitam in vobis. » Ergo manducantes carnem omnium nostrûm servatoris Christi, vitam habemus in nobis, unum veluti effecti cum ipso, et in ipso manentes, ipsumque in nobis habentes.

Nec quisquam incredulus dicat: ergone, quoniam illud quod vita naturaliter est Dei Verbum in nobis habitat, uniuscuiusque etiam corpus vivificum est? Sciant vero hi potius, aliud esse secundum participationis habitudinem in se habere filium (Dei,) aliud autem ipsum filium carnem omnino

(1) Viden quam theologice et eleganter Cyrillus Christum nostrae resurrectionis causam demonstraverit?

(2) Hac Cyrilli dictione nonnulli veteres abusi sunt, ne quid definite profiteri cogerentur circa Verbi cum humana natura unionem; atque ita neque monophysitarum neque orthodoxorum in castris esse viderentur. Ceteroqui Cyrillus de arcano unionis modo tantum, ut infra repetit, non de re ipsa, loquitur.

(3) Pia ac praeclara doctrina de sumendae eucharistiae utilitate!

esse factum, id est proprium sibi corpus sumpsisse de sancta Virgine. Nam cum intra nos est, non idcirco dicitur factus caro: id enim semel accidit, cum inde prodiit factus homo, non desinens esse Deus. Proprium itaque factum est Verbi corpus illud quod ex sancta virgine sumptum sibi copulavit. Qui autem id actum fuerit qualive ratione, dicere fas non est. Ineffabilis enim et inintelligibilis omnino est, ipsique tantummodo cognitus unionis modus. Oportebat vero ipsum intra nos per sanctum Spiritum eo, qui Deum decet, modo versari; nostrisque veluti contemperari corporibus per sanctam carnem suam sanguinemque pretiosum: quae sane per vivificam benedictionem habemus tamquam in pane ac vino. Ne forte enim obtorperemus, si carnem et sanguinem in sanctis ecclesiarum mensis proponi nobis aspiceremus, indulgens nostris infirmitatibus Deus, vitalem vim propositis rebus inspirat, easque ad sui corporis efficientiam transmutat; ut easdem ad vivificam habeamus participationem, et tamquam semen vivificans sit in nobis corpus vitae (1). NEQUE DUBITES; ID QUIPPE VERUM EST, IPSO MANIFESTE DICENTE: HOC EST CORPUS MEUM, ET HIC EST SANGUIS MEUS. IMMO POTIUS SERVATORIS VERBA CUM FIDE RECIPE; QUI CUM SIT VERITAS, NON MENTITUR.

τὸν γίνεσθαι σάρκα, τουτέστιν ἴδιον ποιήσασθαι σῶμα τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ληφθέν· οὐ γὰρ ἐν ἡμῖν γινόμενος, ἐνανθρωπῆσαι λέγεται καὶ γίνεσθαι σάρξ· τοῦτο γὰρ γέγονεν ἅπαξ, ὅτε προῆλθεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀποβαλὼν τὸ εἶναι θεός· ἴδιον οὖν γέγονε σῶμα τοῦ λόγου, τὸ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ληφθὲν καὶ ἑνωθὲν αὐτῷ· πῶς δὲ ἢ τίνα τρόπον, εἰπεῖν οὐκ ἔνεστιν· ἄφραστος γὰρ καὶ ἀπερινόητος παντελῶς, καὶ αὐτῷ μόνῳ γνώριμος ὁ τῆς ἑνώσεως τρόπος· ἔδει τοίνυν αὐτὸν διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν ἡμῖν γίνεσθαι θεοπρεπῶς· συνανακιρνᾶσθαι δὲ ὥσπερ τοῖς ἡμετέροις σώμασι, διὰ τῆς ἁγίας αὐτοῦ σαρκὸς καὶ τοῦ τιμίου αἵματος· ἃ δὴ καὶ ἐσχήκαμεν εἰς εὐλογίαν ζωοποιόν, ὡς ἐν ἄρτῳ τε καὶ οἴνῳ· ἵνα γὰρ μὴ ἀποναρκήσωμεν, σάρκα τε καὶ αἷμα προκείμενα βλέποντες ἐν ἁγίαις τραπέζαις ἐκκλησιῶν, συγκαθιστάμενος ὁ θεὸς ταῖς ἡμετέραις ἀσθενείαις, ἐνίησι τοῖς προκειμένοις δύναμιν ζωῆς, καὶ μεθίστησιν αὐτὰ πρὸς ἐνέργειαν τῆς ἑαυτοῦ σαρκός· ἵνα εἰς μέθεξιν ζωοποιὸν ἔχωμεν αὐτά, καὶ οἷον σπέρμα ζωοποιὸν ἐν ἡμῖν εὑρεθῇ τὸ σῶμα τῆς ζωῆς· ΚΑΙ ΜΗ ΑΜΦΙΒΑΛΗΙΣ, ΟΤΙ ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙΝ ΑΛΗΘΕΣ, ΑΥΤΟΥ ΛΕΓΟΝΤΟΣ ΕΝΑΡΓΩΣ. ΤΟΥΤΟ ΜΟΥ ΕΣΤΙ ΤΟ ΣΩΜΑ, ΚΑΙ ΤΟΥΤΟ ΜΟΥ ΕΣΤΙ ΤΟ ΑΙΜΑ· ΔΕΧΟΥ ΔΕ ΜΑΛΛΟΝ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΝ ΠΙΣΤΕΙ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ· ΑΛΗΘΕΙΑ ΓΑΡ ΩΝ, ΟΥ ΨΕΥΔΕΤΑΙ.

Ecce manus tradentis me, mecum est in mensa.

Ἰδοὺ ἡ χεὶρ τοῦ παραδιδόντος με μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης. v. 21.

Existimabat fortasse diabolica malitia plenus proditor posse Christum, qui Deus erat, latere; sed a Christo scelestus coargutus fuit, quamquam eius mensae dignanter conviva adhibitus, divinamque in omnibus bonitatem expertus, id quod potissime graviorem ei poenam promeruit. Verumtamen vae Iudae, prout dixit Servator! Hic enim iuxta Dei patris beneplacitum semet pro nobis dedidit, ut nos omni

Ὤετο μὲν ἴσως διαβολικῆς ἀπονοίας ἐπίμεστος ὢν ὁ προδότης, δύνασθαι λαθεῖν θεὸν ὄντα Χριστόν, ἀλλ' ἠλέγχετο παρὰ Χριστοῦ, παμπόνηρος ὤν, καίτοι τραπέζης ἀξιούμενος καὶ συνέστιος ὤν, καὶ τῆς θείας ἡμερότητος μέχρι παντὸς ἀπολαύσας, ὃ δὴ μάλιστα φορτικωτέραν αὐτῷ τὴν κόλασιν ἀπεργάζεται· πλὴν οὐαὶ τῷ Ἰούδα, κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος φωνήν· ὁ μὲν γὰρ κατ' εὐδοκίαν τοῦ θεοῦ πατρὸς δέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, A. f. 282. b. C. f. 153. v. 22.

(1) Id est corpus Christi, ut patet. Admirare autem totum hoc Cyrilli insigne testimonium de sacrosancta eucharistia. Aliud paris ponderis dat Cyrillus in epistola ad Calosyrium episcopum opp. T. VI. p. 365.

ἵνα παντὸς ἡμᾶς ἐξέληται κακοῦ· ὁ δὲ τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστὸν καὶ λυτρωτὴν ταῖς τῶν φονώντων χερσὶ παραδοὺς, τὴν τῷ διαβόλῳ πρεπωδεστάτην κληρονομήσει δίκην.

malo expediret: ille autem quia communem servatorem Christum ac redemptorem homicidarum manibus tradidit, dignissimam diabolo poenam sortietur.

v. 24. Ἐγένετο δὲ καὶ φιλονικεία ἐν αὐτοῖς, τὸ, τις αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων.

Facta est autem et contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior.

A. f. 283. B. f. 198. D. f. 73. b. Οἱ μέν τοι μαθηταὶ ἀνθρώπινόν τι παθόντες, πεφιλονεικήκασι πρὸς ἀλλήλους, τίς ἄρα μείζων ἔσται ἐν αὐτοῖς, οὐκ ἀνεχομένων τάχα που τῶν τὴν δευτέραν ἐχόντων τάξιν, τοῖς πρωτεύουσι παραχωρεῖν· κεκίνηται δὲ τοῦτο καὶ γέγραπται πρὸς ὄνησιν ἡμετέραν· ἐπετίμα γὰρ παραχρῆμα Χριστὸς τῇ τοιᾷδε νόσῳ· τοῦτο δὲ ἦν, ἡ ἀνόητος φιλοδοξία, ῥίζαν ἔχουσα τὴν ὑπεροψίαν· τὸ μὲν γὰρ ἦρθαι κατ' ἀρετὴν, τοῦ παντὸς ἄξιον λόγου· δεῖ δὲ τοὺς οὕτω διακειμένους, μετρίῳ κεχρῆσθαι φρονήματι, καὶ παραχωρεῖν ἐξ ἀγάπης ἀδελφοῖς τὸ ἐν μείζοσιν εἶναι δοκεῖν· τὸ γὰρ πεφυσημένον ἔχειν τὸ φρόνημα, παραπλησίους ὁρᾶσθαι ποιεῖ τοῖς τῶν ἐθνῶν ἡγουμένοις, οἷς τὸ ὑπέρογκον φρόνημα φίλον ἀεί πως ἐστὶν, εὐεργέται γάρ φησι καλοῦνται, τουτέστι κολακεύονται παρὰ τῶν ὑποβεβηκότων· ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὡς ἔξω νόμων ἱερῶν ἐν τοιαύταις ἔστωσαν ἀῤῥωστίαις· παρ' ὑμῖν δὲ οὐχ' οὕτως, ἀλλ' ἔστω τὸ ὕψος ἐν ταπεινότητι.

Discipuli quidem humanum quid patientes, contendebant inter se, quis eorum futurus esset maior, nolentibus fortasse iis, qui secundi ordinis erant, primis cedere. Porro haec lis commota fuit et scripta ob nostram utilitatem. Statim enim Christus hunc morbum obiurgavit, qui erat inconsideratus gloriae amor, cuius radix superbia. Namque extolli ad virtutem, dignum omni laude est: qui autem ita sunt comparati, eos decet modesto animo esse, fraternaque caritate aliis concedere praeminentiam. Quippe qui tumidos gerunt spiritus, ii videntur ethnicorum principibus similes, qui superbo semper ingenio esse solent; nam benefici, ut mox dicitur, vocantur, id est ita a subditis adulanter appellantur. Sed hi utique, extra sacras leges positi, in hac animi infirmitate versentur; vos vero secus; sed culmen sit in humilitate.

v. 27. Ἐγὼ δέ εἰμι ἐν μέσῳ ὑμῶν ὡς διακονῶν.

Ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.

A f. 283. b. Ταῦτα λέγοντος τοῦ Χριστοῦ, τίς ἐστιν οὕτως ἀπηνὴς, ὡς μὴ πᾶσαν ἀποπτύσαι φιλοδοξίαν; ὁ γὰρ ὑπὸ πάσης κτίσεως λογικῆς καὶ ἁγίας διακονούμενος, ὁ σύνθρονος καὶ συμβασιλεύων τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ, διακόνου τάξιν ἐπέχων, ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν· καθ' ἕτερον δὲ τρόπον διακονίας ἔχει τάξιν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονόμιας ὁ τρόπος· ἔφη γὰρ ὁ Παῦλος· * λέγω γὰρ Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς εἰς τὸ πληρῶσαι τὰς ἐπαγγελίας τῶν πατέρων, καὶ τὰ ἑξῆς· οὐκοῦν διηκόνησεν ὁ διακονούμενος· καὶ ὁ τῆς δόξης κύριος, τεταπείνωκεν ἑαυτὸν, ἡμῖν καταλιμπάνων ὑπογραμμόν *. — Ἀλλ' εἰκὸς ἐκεῖνο τάχα που καθ' ἑαυτοὺς διενθυμεῖσθαί τε καὶ λέγειν τοὺς μαθητάς· ποῖος οὖν ἔσται τῆς γνησιότητος ὁ μισθός; ἢ τί τὸ ἐντεῦθεν ἔσται χρήσιμον, συμβη-

* Rom. XV. 8.

* I Petr. II. 21.

Quum sic Christus loquatur, quis est ita contumax qui nolit gloriae amorem abiicere? Namque is, cui ab omni creatura tum rationali tum sancta ministratur, ille Dei patris consessor et conregnator, ministri nunc ordinem tenens, lavit pedes discipulorum. Alio autem modo ministerii ordinem habet ratio incarnationis. Ait enim Paulus: dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis ad implendas promissiones patrum, et reliqua. Ergo ministravit is, cui ministrabatur; et gloriae dominus humiliavit semet ipsum, nobis relinquens exemplum. — Sed verisimile fortasse est discipulos intra se cogitasse atque etiam dixisse: quaenam erit fidelitatis merces? vel quae inde utilitas, siquando tentationes quoque evenient? Ut ergo futuro-

rum bonorum spe roborati, omnem in rectis studiis torporem mente sua abiicerent, necessario ait: vos autem estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis etc. – Intellige quomodo humanationis suae mensuram adhuc non excedit, quia nondum venerandam pertulerat crucem. Loquitur enim ut unus ex nobis. Sed tamen post resurrectionem a mortuis, maiestatem propriam ostendit tempore ad id vocante. Ait enim: data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Loquitur ergo humanitus, ut dixi. Propterea ait: et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis et bibatis super mensam meam. Num ergo postea etiam quam a mortuis revixerimus, quum tempus advenerit quo cum Christo nos versabimur, quos iam conformes corpori gloriae suae effecerit, post indutam immortalitatem, num inquam cibis adhuc indigebimus atque mensa? Nequaquam. Sed interim nostrarum rerum exemplo, spiritalia nobis demonstrat. Nam qui primos honores apud reges terrenos occupant, ii cum illis convivantur, mensaeque participes sunt. Attamen sunt alii dignitatibus quidem apud potentes ornati, quin propterea communi cum his mensa fruantur. Quod itaque principali apud ipsum honore futuri sint, humano exemplo declarat.

Ait autem Dominus: Simon, Simon, ecce Satanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum.

Necessarium iudico et utile, cognoscere nos, quaenam causa ad hunc sermonem Servatorem contulerit. Quippe quum iam correxisset Christus discipulos, gloriae cupiditatem obiurgando, seque in exemplum proponendo, tertium suppeditat discipulis adiutorium praesenti lectione. Docet enim necessitatem modeste de nobis sentiendi, qui nihil sumus, ad hominis naturam quod adtinet nostraeque mentis lubricum; sed

σομένων ἔσθ᾽ ὅτε καὶ πειρασμῶν; ἵνα τοίνυν
τῇ τῶν ἐσομένων ἀγαθῶν ἐλπίδι διανδρού-
μενοι, πάντα ὄκνον ἐπ᾽ ἀγαθοῖς σπουδάσμα-
σιν ἐκπέμψωσι τῆς ἑαυτῶν διανοίας, ἀναγ-
καίως φησίν· ὑμεῖς δέ ἐστε οἱ διαμεμενηκότες v. 28.
μετ᾽ ἐμοῦ ἐν τοῖς πειρασμοῖς μου κ. τ. λ.
– Σύνες ὅπως τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως μέτρον B. f. 197. b. D. f. 73. b.
ἀποφοιτᾷ, οὔπω τὸν τίμιον ὑπομείνας σταυ-
ρόν· διαλέγεται γὰρ ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν· μετὰ δέ
γε τὴν ἐκ νεκρῶν ἀναβίωσιν, πεφανέρωκεν
ἑαυτοῦ τὴν δόξαν, καιροῦ καλοῦντος εἰς τοῦτο·
ἔφη γὰρ * ὅτι ἐδόθη μοι πᾶσα ἐξουσία ἐν *Matth. XXVIII. 18.
οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς· διαλέγεται τοίνυν ἀνθρω-
πίνως, ὡς ἔφην· διὰ τοῦτο φησί· κἀγὼ δια-
τίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ
μου βασιλείαν, ἵνα ἐσθίητε καὶ πίνητε ἐπὶ τῆς
τραπέζης μου· ἆρα οὖν καὶ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν
ἀναβίωσιν, ἐνστάντος τοῦ καιροῦ, καθ᾽ ὃν
συνεσόμεθα τῷ Χριστῷ, συμμόρφους ἡμᾶς
ἀποφαίνοντι τοῦ σώματος τῆς δόξης αὐτοῦ, μετὰ
τὸ ἐνδύσασθαι τὴν ἀφθαρσίαν, ἐδεσμάτων πά-
λιν ἐν χρείᾳ ἐσόμεθα καὶ τραπέζης; οὐδαμῶς·
ἀλλ᾽ ἐκ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς πραγμάτων ὑποφαίνει
τὰ πνευματικά· οἱ μὲν γὰρ τὰς παρὰ τῶν
ἐπιγείων βασιλέων πρώτας ἔχοντες τιμὰς,
συνέστιοι τέ εἰσιν αὐτοῖς καὶ ὁμόσιτοι· εἰσὶ δὲ
καὶ ἕτεροί τινες, τιμῆς μὲν τῆς παρὰ τῶν κρα-
τούντων ἀξιούμενοι, οὐ μὴν ὅτι καὶ κοινῆς
τραπέζης ἁπτόμενοι· ὅτι τοίνυν ἐν ταῖς πρω-
τευούσαις τιμαῖς ἔσονται παρ᾽ αὐτῷ, ὡς ἐκ
παραδείγματος τῶν καθ᾽ ἡμᾶς διαδείκνυσιν.

Εἶπε δὲ κύριος· Σίμων, Σίμων, ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξῃτήσατο v. 31.
ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι (1) ὡς τὸν σῖτον.

Ἀναγκαῖον οἶμαι καὶ ἐπωφελὲς, μαθεῖν A. f. 284. B. f. 198.
τίς ἦν ἡ πρόφασις, ἡ παρενεγκοῦσα εἰς τοῦ-
το τοῦ σωτῆρος τοὺς λόγους· διορθωσάμενος
γὰρ αὐτοὺς ὁ Χριστὸς δι᾽ ὧν ἐπετίμησε τῷ τῆς
φιλοδοξίας πάθει, καὶ ἑαυτὸν εἰς ὑπόδειγμα
δέδωκε, τρίτον τοῖς μαθηταῖς ἐπικούρημα
προσκεκόμικε, διὰ τῶν προκειμένων ἀναγνω-
σμάτων· διδάσκει γὰρ ὅτι μέτρια φρονεῖν ἡμᾶς
ἀναγκαῖον, οὐδὲν μὲν ὄντας τό γε ἧκον εἰς
τὴν ἀνθρώπου φύσιν, καὶ εἰς τὸ τῆς ἡμετέρας δια-

(1) Hoc loco in cod. B. f. 198. fit grammaticalis adnotatio. Σινιάσαι, θορυβῆσαι, κυκῆσαι, σεῖσαι, κινῆσαι, πειράσαι· σίνιον γάρ παρά τισι καλεῖται τὸ παρ᾽ ἡμῖν κόσκινον, ἐν ᾧ σῖτος τῇδε κἀκεῖσε μεταφερόμενος ταράσσεται.

νοίας εὐόλισθον, στηριζομένους δὲ καὶ ὄντας
* I. Cor. XV. 10. ὅπερ ἐσμὲν *, δι' αὐτόν τε καὶ παρ' αὐτοῦ· οὐκοῦν ἐφ' ἑαυτοῖς μᾶλλον, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ χαρίσμασι, σεμνύνεσθαι δεῖ· κἂν εἴ τις οὕτως διατεθῇ, ποῖον εὑρήσει τόπον ἐν αὐτῷ τὸ ὑπερκεῖσθαί τινων ἐθέλειν; ταύτῃ τοι τοὺς μὲν ἑτέρους ἀφίησι μαθητὰς, ἐπ' αὐτὸν δὲ τὸν κορυφαῖον ἔρχεται· καὶ φησὶν ὅτι πολλάκις ἠθέλησεν ὁ σατανᾶς σινιάσαι καὶ ὑμᾶς ὡς τὸν σῖτον, ἀντὶ τοῦ δοκιμάσαι καὶ πειράσαι· ἔθος γὰρ τῷ σατανᾷ, τοῖς εὐδοκιμοῦσιν ἐπιπηδᾷν· οὕτως ἐζήτησε τὸν Ἰὼβ, ἀλλ' ἡττᾶτο τῆς ἐκείνου τληπαθείας· πλὴν πλεονεκτεῖ τὴν ἀνθρώπου φύσιν, ἀσθενὴς γὰρ αὕτη, δεινὸς δὲ καὶ ἀπηνὴς ἐκεῖνος· ὡς γάρ φησι περὶ
* Iob. XLI. 15. αὐτοῦ τὸ γράμμα τὸ ἱερὸν *, ἡ καρδία αὐτοῦ πέπηγεν ὥσπερ λίθος, ἕστηκε δὲ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος· πλὴν τοῖς τῶν ἁγίων ὑπενήνεκται ποσὶ, Χριστοῦ καὶ τοῦτο κατωρθωκότος.

v. 32. Ἐγὼ δὲ ἐδεήθην περὶ σοῦ.

A. f. 284. D. f. 71. Ἰδοὺ δὴ πάλιν ἡμῖν συμπλάττεται, καὶ ἐκ τοῦ τῆς ἀνθρωπότητος διαλέγεται μέτρων· καίτοι Θεὸς ὢν φύσει, καὶ εἰ γέγονε σάρξ· δεηθῆναι γάρ φησιν ὡς ἄνθρωπος· ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτων, ὡς εἴπερ ἐξεδόθη πρὸς πεῖραν τῷ σατανᾷ, ἄπιστος ἂν ἐγένετο παντελῶς· ὅπου γε καὶ μὴ ἐκδοθεὶς, ἠσθένησεν· ἠρνήσατο γὰρ παιδίσκης μιᾶς θορυβούσης αὐτὸν ἐν τῇ αὐλῇ τοῦ ἀρχιερέως. — Ὁ μέν τοι κύριος, τὴν τοῦ μαθητοῦ ἄρνησιν αἰνιξάμενος ἐν οἷς ἔφη ἐδεήθην περὶ σοῦ ἵνα μὴ ἐκλίπῃ ἡ πίστις σου, εἰσφέρει παραχρῆμα τὸν τῆς παρακλήσεως λόγον· καί φησι, καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου· τουτέστι ΓΕΝΟΥ ΣΤΗΡΙΓΜΑ ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΟΣ ΤΩΝ ΔΙΑ ΠΙΣΤΕΩΣ ΠΡΟΣΙΟΝΤΩΝ ΕΜΟΙ (1)· καὶ θαύμασον πάλιν τοῦ λόγου τὸ εὔτεχνες, καὶ τὸ ὑπερβάλλον τῆς θείας γαληνότητος· ἵνα γὰρ μὴ εἰς ἀπόγνωσιν ἀγάγῃ τὸν μαθητὴν, ὅτι τῶν τῆς ἀποστολῆς αὐχημάτων ἀποπεμφθήσεται ἀρνησάμενος αὐτὸν, ἀναπίμπλησιν ἀγαθῆς ἐλπίδος, καὶ ὅτι τεύξεται τῶν ἐπηγγελμένων ἀγαθῶν· ἔφη γὰρ ὅτι καὶ σὺ ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου· ὢ τῆς

per eum et ab eo confirmati, sumus id quod sumus. Non est ergo de nobismet ipsis, sed de eius donis gloriandum. Porro si quis animo ita fuerit comparatus, quemnam in eo locum inveniet praeminendi ceteris cupiditas? Propterea, ceteris omissis discipulis, ad coryphaeum devenit, aitque: saepe Satanas voluit vos cribrare tamquam triticum; quod dicitur pro explorare ac tentare. Mos enim Satanae est probae mentis homines aggrediendi. Sic etiam expetivit Iobum, sed huius patientia superatus fuit. Nihilominus praevalet humanae naturae, quia haec infirma, ille autem saevus et vehemens. Nam sicut de ipso aiunt sacrae litterae, cor eius obduratum ut lapis, et quasi incus immobile perstat. Nihilo tamen minus sub sanctorum pedibus iacet, hoc item Christo praestante.

Ego autem rogavi pro te.

Ecce iterum nobis conformatur, et secundum humanitatis modulum loquitur, ille qui Deus erat, quamquam caro factus. Oravisse enim se ait tamquam hominem. His autem verbis significat, illum si traditus fuisset ad tentandum Satanae, prorsus fidem amissurum; quandoquidem etsi minime traditus, lapsus est; negavit enim, unica eum perturbante ancillula in aula pontificis. — Quum ergo Dominus discipuli negationem innuisset iis verbis quibus dixit: oravi pro te ut non deficiat fides tua, infert statim consolatorium sermonem, aitque: et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, id est, FIRMAMENTUM ATQUE MAGISTER ESTO ILLORUM QUI PER FIDEM AD ME ACCEDUNT. Et mirare rursus sermonis sollertiam, et divinae placiditatis culmen. Ne enim in desperationem adduceret discipulum, quasi de apostolatus gloria foret expungendus postquam negasset, implet eum bona spe, fore ut promissa bona consequatur. Ait enim: et tu conversus, fratres tuos confirma. O ineffabilis benignitas!

(1) En Petro, consequenterque successoribus eius, privilegium a Christo domino datum.

nondum erat peccatum, et iam veniam praebet, rursusque illum in apostolica dignitate constituit.

Donec ter abneges nosse me.

Continuantur supra dicta etiam hic. Antea enim praedixerat admirabili Petro, ter se fore ab eo negandum capturae tempore. Quoniam vero facta nunc capturae mentio est, subsequuntur prorsus hanc commemorationem reliquae res, nempe crucis passio. Deinde ingruens Iudaeis praenunciat bellum. Ideirco ait: quando misi vos sine sacculo et pera et calceamentis, numquid vobis defuit? At illi dixerunt: nihil. Miserat enim Servator sanctos apostolos, praedicare mandans in omni pago et urbe evangelium regni caelorum, et omnem morbum languoremque in populo curare. Euntes autem iussit nullam gerere corporalium rerum sollicitudinem; atque in se uno reposita victûs spe, regionem concursare; quod et reapse fecerunt. Sed nunc ait, qui habet sacculum, tollat similiter et peram. Quid autem hoc sit, dicemus. Christi quidem sermo specie tenus ad apostolos fit, reapse autem respicit uniuscuiusque iudaei personam. Namque hos potius adloquitur Christus. Si quis, inquit, opibus abundat in Iudaeorum regione, cunctis secum ablatis, in pedes se conferat. Si quis item, minime his abundat, sed in summa penuria terram habitat, hic quoque vendat, inquit, ipsum vestimentum, et gladium emat. Iam enim apud huius regionis incolas non agitur utrum aliquid retenturi sint nec ne, sed utrum omnino victuri. Intolerabili enim impetu incumbet in eos bellum, quin ulla resistendi facultas sit. Deinde horum malorum causam aperit, dicens: oportere se secundum scripturas cum improbis reputari, et suspendi una cum crucifixis secum latronibus, et par cum impiis pati supplicium. Ac tum demum his peractis, susceptae incarnationis cursum finem habiturum. Etenim ea, quae sunt de me, finem habent; id est quae

ἀφάτου φιλανθρωπίας· οὔπω γέγονεν ἡ ἁμαρτία, καὶ τὴν ἄφεσιν ἐκομίσατο, καὶ πάλιν αὐτὸν ἐν τοῖς ἀποστολικοῖς κατέταξεν ἀξιώμασιν.

Πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με. v. 34.

Ἐκδέξῃ δὲ τὰ προκείμενα καὶ ὧδε· προ- A. f. 285. b.
καταμεμήνυκε τῷ θαυμασίῳ Πέτρῳ, ὅτι τρὶς αὐτὸν ἀρνήσεται, κατὰ τὸν τῆς συλλήψεως δηλονότι καιρόν· ἐπειδὴ δὲ ἅπαξ μνήμη γέγονε τῆς συλλήψεως αὐτοῦ, ἀκολουθεῖ δὲ πάντως τῇ τοιᾷδε μνήμῃ καὶ τὰ ἐφεξῆς γεγονότα, τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ φημὶ πάθη· λοιπὸν τὸν ἐπισκήψαντα τοῖς Ἰουδαίοις προαπαγγέλλει πόλεμον· διὰ τοῦτό φησιν, ὅτε ἀπέστειλα ὑμᾶς χωρὶς βαλαντίου καὶ πήρας καὶ ὑποδημάτων, μή τινος ὑστερήσατε; οἱ δὲ εἶπον, οὔ· πέπομφε μὲν γὰρ ὁ σωτὴρ τοὺς ἁγίους ἀποστόλους, κηρύσσειν αὐτοῖς ἐπιτάξας τοῖς ἀνὰ πᾶσαν κώμην τε καὶ πόλιν τὸ εὐαγγέλιον τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ πᾶσαν μαλακίαν ἐν τῷ λαῷ· ἐκέλευσε δὲ βαδίζοντας, μηδενὸς τῶν σωματικῶν ποιεῖσθαι φροντίδα· ἐπ' αὐτῷ δὲ πᾶσαν ἔχοντας τοῦ ζῆν τὴν ἐλπίδα περινοστεῖν, ὃ δὴ καὶ πεπράχασιν· ἀλλὰ νῦν, φησὶν, ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω καὶ πήραν ὁμοίως· καὶ τί δὴ τοῦτό ἐστιν, ἐροῦμεν· ἐσχηματίσθη μὲν ὁ λόγος ὡς πρὸς αὐτοὺς, βλέπει δὲ κατὰ τὸ ἀληθὲς εἰς τὸ παντὸς ἰουδαίου πρόσωπον· αὐτοῖς γὰρ μᾶλλον διαλέγεται Χριστός· εἴ τις γάρ, φησιν, εὐπορεῖ χρημάτων κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων χώραν, ἅπαντα συνενεγκὼν, φευγέτω· εἰ δέ τις τούτων μὲν οὐκ εὐπορεῖ, πενίᾳ δὲ συζῶν ἐσχάτῃ τὴν χώραν οἰκεῖ, καὶ τοῦτο ὅπερ ἔχει, φησὶ, πωλησάτω ἄμφιον, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν· ἔστι γὰρ λοιπὸν ἅπασι τοῖς τὴν χώραν οἰκοῦσιν ὁ λόγος οὐ περί γε τοῦ ἔχειν τί ἢ μὴ, ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι καὶ ζῆν· κατασκήψει γὰρ εἰς αὐτοὺς ὁ πόλεμος ἀφορήτοις ὁρμαῖς, ὡς οὐδὲν ἀρκέσαι πρὸς ἀντίστασιν· εἶτα, τὴν αἰτίαν τῶν τοιούτων κακῶν ἀπαγγέλλει, λέγων· ὅτι δεῖ μὲν αὐτὸν κατὰ τὰς γραφὰς, μετὰ τῶν ἀνόμων λογισθῆναι, συγκρεμάμενον δηλονότι τοῖς συσταυρωθεῖσιν αὐτῷ λῃσταῖς, καὶ τὴν τοῖς ἀνόμοις πρέπουσαν ὑπομείναντα δίκην· τέλος δὲ λοιπὸν τῷ μέχρι τούτων ἐλθεῖν, ὁ τῆς οἰκονομίας λήψεται λόγος· τέλος γάρ, φη-

σιν, ἔχει τὰ περὶ ἐμοῦ, ἤτοι γεγραμμένα ἐν νόμῳ καὶ προφήταις, μέχρι δηλονότι τοῦ παθεῖν τὸν κατὰ σάρκα θάνατον· συμβήσεται δὲ τοῖς ἀπεκτονόσιν, ἃ καὶ πάλαι προείρηται διὰ τῶν ἁγίων προφητῶν.

in lege ac prophetis sunt descripta; donec videlicet mortem in carne patiar: interfectoribus autem ea contingent quae iamdiu a sanctis prophetis praedicta fuere.

v. 38. Οἱ δὲ εἶπον· κύριε, ἰδοὺ μάχαιραι ὧδε δύο.

A. f. 286. B. f. 200. b. Ταυτὶ μὲν ὁ κύριος περὶ τῶν συμβησομένων τῇ Ἰουδαίων χώρᾳ προκαταμεμήνυκεν· οἱ δέ γε μαθηταὶ οὐ συνῆκαν τῶν εἰρημένων τὸ βάθος· ᾠήθησαν δὲ μᾶλλον, ὅτι διὰ τὴν συμβησομένην ἔφοδον αὐτῷ παρὰ τοῦ προδότου καὶ τῶν συλληψομένων αὐτὸν, μαχαιρῶν εἶναι χρείαν διεβεβαιώσατο· ταύτῃ τοι φασὶν, ἰδοὺ μάχαιραι ὧδε δύο· καὶ τί πρὸς αὐτοὺς ὁ σωτήρ; ἱκανόν ἐστι· μονονουχὶ διαγελᾷ τὴν φωνήν· εὖ εἰδὼς ὅτι τῶν εἰρημένων τὴν δύναμιν οὐ συνιέντες οἱ μαθηταὶ ᾠήθησαν, ὡς ἔφην, μαχαιρῶν εἶναι χρείαν εἰς τὴν ἐσομένην ἔφοδον κατ᾽ αὐτοῦ· πρὸς ἐκεῖνα τοίνυν ὁρῶν ὁ σωτὴρ, ἃ συμβήσεσθαι ἔμελλον τοῖς Ἰουδαίοις, τῆς εἰς αὐτὸν ἕνεκα δυσσεβείας, διαγελᾷ τὸ ὑπὸ τῶν μαθητῶν εἰρημένον, ὅτι ἰδοὺ ὧδε εἰσὶ μάχαιραι δύο· καὶ φησὶν, ἱκανόν ἐστι· ναί φησιν, ἀρκέσουσι δύο ξίφη πρὸς ἀντίστασιν τοῦ πολέμου τοῦ μέλλοντος ἥξειν κατ᾽ αὐτῶν, πρὸς ὃν οὐδὲν ἂν ὠφέλησαν οὐδὲ πολλαὶ ξιφῶν χιλιάδες.

At illi dixerunt: Domine, ecce duo gladii hic.

Haec Dominus de eventuris Iudaeorum regioni calamitatibus praenuntiavit. Discipuli tamen dictorum profunditatem non intellexerunt; sed existimarunt potius dici ab eo propter impendentem adversus se proditoris et satellitum incursum, gladiis opus esse. Ideo dicunt: ecce hic gladii duo. Quid vero illis Servator? Satis est, inquit; deridens propemodum illorum dictum; quia probe sciebat, vim dictorum non intellexisse discipulos, qui existimaverant, ut dixi, opus esse gladiis ob futuram in se adgressionem. Illa igitur spectans Servator, quae Iudaeis eventura erant, propter illorum contra se impietatem, irridet discipulorum dictum, ecce hic gladii duo; aitque: satis hi sunt. Utique, inquit, duo gladii sufficient ob sustinendum bellum Iudaeis superventurum, contra quod ne multa quidem gladiorum milia profutura erant!

v. 39. Καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη κατὰ τὸ ἔθος εἰς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν.

A. f. 287. b. Ἐν ἡμέρᾳ μὲν ὁ σωτὴρ τὰς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐποιεῖτο διατριβὰς, ἐπιλαβούσης δὲ τῆς ἑσπέρας ἐν τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν, ὁμοῦ τοῖς ἁγίοις ηὐλίζετο μαθηταῖς, εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ· Ματθαῖος γὰρ οὕτω φησὶν ὁ σοφώτατος εὐαγγελιστής· * ἀφιγμένος δὴ οὖν ἐνταῦθα Χριστὸς, ὡς αὐτός που πάλιν ὁ Ματθαῖος φησὶ, παραλαβὼν τοὺς τρεῖς, τὸν Πέτρον φημὶ καὶ τοὺς τοῦ Ζεβεδαίου, ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν· ἐνταῦθά μοι βλέπε τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας τὸ βάθος, καὶ τῆς ἀπορρήτου σοφίας τὸ ὕψος· διὰ ποίαν αἰτίαν ὦ δέσποτα ἀδημονεῖς; ἆρα δέδιας καὶ αὐτὸς τὸν θάνατον, καὶ δειλίᾳ κεκρατημένος παραιτῇ τὸ παθεῖν; καί τοι τοῖς μαθηταῖς εἰπὼν *, μὴ φοβεῖσθε ἀπὸ τῶν ἀποκτανόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυνα-

* Matth. XXVI. 36.

* Matth. X. 28.

Et egressus ibat secundum consuetudinem in montem olivarum.

Diurno Servator tempore Hierosolymis versabatur; superveniente autem vespere in montem olivarum cum sanctis apostolis secedebat, ad villam dictam Gethsemani. Sic enim diserte ait sapientissimus evangelista Matthaeus. Quò quum venisset, ut idem adhuc narrat Matthaeus, assumptis tribus, Petro inquam et Zebedaei filiis, coepit contristari et maestus esse. Heic mecum observa incarnationis profundam rationem, et ineffabilis sapientiae excelsitatem. Quam ob causam, o Domine, maestus es? Num tu quoque mortem metuis, et pavore correptus passionem recusas? Atqui tu aiebas discipulis: nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Immo vero si quis

dicat spiritalis fortitudinis a te suppeditari gratiam electis, haud profecto a veritate aberrabit. Cunctae enim vires a te sunt, qui vita tuapte natura es et cuncta vivificas. Cur itaque contristaris, et usque ad mortem maestus es? Et quidem perspicue nosti, utpote naturaliter Deus, te patiendo in carne necem, morte liberaturum universae terrae incolas, et de qualibet improba inimicaque potentia triumphum acturum, atque ut Deum et rerum omnium creatorem adoratum iri. Quam ob rem itaque doles maeresque? Utique, is ait, quae ex passione mea mundo eventura bona sunt, scio; sed doleo primogenitum Israhelem, qui iam ne inter famulos quidem est; et quod Domini portio, funiculus hereditatis, pars vulpium fiet, uti scriptum est.

Quod autem futuri praescius urbem Hierusalem miseraretur, ceu quae ob suam adversus se impietatem, omne mali genus erat expertura, hinc etiam disces. Ascendebat de Iudaea Hierosolyma; ut vero evangelista ait, videns urbem flevit super illam, tamquam iam extrema miseria atque atroci calamitate implicitam videret Hierusalem. Ut autem cognosceremus ita eum fuisse animo comparatum erga illam, significat discipulis aegritudinem suam atque tristitiam. Neque enim cognosci occulta poterant, nisi ipse verbis, quo animi habitu esset, manifestasset. Sed et illud praedictis addere necessarium existimo. Nam tristitiae passio seu maeroris non ipsi accidit divinae et inviolabili Verbi naturae; id quippe est impossibile, quia supra omnem passionem est: sed dicimus incarnatum Verbum humanitatis quoque modulis se concludere voluisse, quatenus videbatur illius passiones perpeti. Sicut ergo esurisse dicitur, quamvis ipse vita sit vivifica, et panis vivens; itemque longo itinere fatigatus, quamquam virium est dominus; ita etiam tristatus dicitur, et in maestitiam specie tenus incidisse. Non enim videri debuit is, qui ad exinanitionem se demiserat, et intra hu-

μένων ἀποκτεῖναι· ἀλλὰ κἂν εἴ τις λέγοι τῆς πνευματικῆς εὐανδρίας παρὰ σοῦ τοῖς ἐξειλεγμένοις δίδοσθαι τὴν χάριν, οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ἀληθοῦς· ἰσχὺς γὰρ πᾶσα παρὰ σοῦ, καὶ ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχεις καὶ ζωοποιός· πῶς οὖν λελύπησαι καὶ ἀδημονεῖς ἕως θανάτου; καί τοι σαφῶς ἠπίστασο θεὸς ὢν φύσει, ὅτι τὸν κατὰ σάρκα θάνατον ὑπομείνας, ἀπαλλάξεις θανάτου τοὺς ἀνὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ τὸ τῆς νίκης τρόπαιον ἐγερεῖς κατὰ πάσης πονηρᾶς καὶ ἀντικειμένης δυνάμεως, καὶ ὡς θεὸς προσκυνηθήσῃ καὶ τῶν ὅλων δημιουργός· ἐπὶ τίσιν οὖν ἄρα λελύπησαι καὶ ἀδημονεῖς; ναί φησι, τὰ μὲν ἐκ τοῦ πάθους τῷ κόσμῳ ἀγαθὰ συμβησόμενα, ἐπίσταμαι· λυπεῖ δέ με ὁ πρωτότοκος Ἰσραὴλ, ὅτι οὐδ' ἐν δούλοις ἐστί· καὶ ὅτι ἡ τοῦ κυρίου μερὶς, τὸ σχοίνισμα τῆς κληρονομίας, μερὶς ἀλωπέκων ἔσται, κατὰ τὸ γεγραμμένον. * (* Ps. LXII. 11.)

Ὅτι δὲ καί τοι τὸ ἐσόμενον εἰδὼς κατηλέει τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς τῆς εἰς αὐτὸν ἕνεκα δυσσεβείας ἐσομένην ἐν παντὶ κακῷ, κἀντεῦθεν ἂν μάθοις· ἀνῄει μὲν γὰρ ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς Ἱεροσόλυμα· ὡς δέ φησιν ὁ εὐαγγελιστὴς *, ἰδὼν τὴν πόλιν, ἔκλαυσεν ἐπ' αὐτῇ, ὡς ὅσον οὐδέπω ταῖς ἐσχάταις ταλαιπωρίαις καὶ ἀνηκέστοις συμφοραῖς ὁμιλήσουσαν βλέπων τὴν Ἱερουσαλήμ· ἵνα δὲ μάθωμεν ταύτην ἐσχηκότα τὴν διάθεσιν ἐπ' αὐτῇ, διαμεμήνυκε τοῖς μαθηταῖς ὅτι καὶ ἀκηδιᾷ καὶ λελύπηται· οὐ γὰρ ἦν δυνατὸν μαθεῖν τὰ ἐν αὐτῷ κεκρυμμένα, μὴ διὰ λόγων ἐκφήναντος τὰ ἐν οἷς ἐστι· κἀκεῖνο δὲ οἶμαι τοῖς εἰρημένοις προσεπενεγκεῖν ἀναγκαῖον· τὸ γάρ τοι τῆς λύπης πάθος ἤτοι τῆς ἀδημονίας, οὐ περὶ αὐτὴν ἂν γένοιτο τὴν θείαν καὶ ἀκήρατον τοῦ λόγου φύσιν· ἀμήχανον γὰρ, ὅτι παντὸς ἐπέκεινα πάθους ἐστίν· ἐθελῆσαι δὲ φαμὲν τὸν σαρκωθέντα λόγον, καὶ ἐν τοῖς ἀνθρωπότητος καθικέσθαι μέτροις, διὰ τοῦ δοκεῖν ὑπομεῖναι τὰ αὐτῆς· ὥσπερ οὖν πεινῆσαι λέγεται, καί τοι ζωὴ καὶ ζωοποιὸς, καὶ ἄρτος ὁ ζῶν ὑπάρχων αὐτὸς, κοπιάσαί τε ἐκ μακρᾶς ὁδοῦ, καί τοι τῶν δυνάμεων ὑπάρχων κύριος, οὕτω καὶ ἀκηδιάσαι καὶ δοκεῖν εἰσδέξασθαι λύπην· οὐ γὰρ ἔδει τὸν καθιγμένον εἰς κένωσιν, καὶ τοῖς τῆς

(* Luc. XIX. 41.)

ἀνθρωπότητος ἐμβεβηκότα μέτροις, παραιτεῖσθαι δοκεῖν τὰ ἀνθρώπινα.

manam mensuram concluserat, ea quae hominis propria sunt, recusare.

v. 40. Προσεύχεσθε μὴ εἰσελθεῖν εἰς πειρασμόν.

A. f. 287. b. B. f. 201. D. f. 75. Συνεβούλευσε μαθηταῖς τὰ τῷ καιρῷ πρέποντα, εἰπών· προσεύχεσθε ἵνα μὴ εἰσέλθητε εἰς πειρασμόν· ἀλλ᾽ ἵνα μὴ λόγοις αὐτοῦ ὠφελήσῃ μόνοις, παράδειξις δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ πράγματος εὑρεθῇ, βραχὺ προσελθών, πεσὼν ἐπὶ γόνυ, προσηύχετο· καὶ τί δή ποτε τοῖς ἁγίοις οὐ συνηύχετο μαθηταῖς, ἀλλὰ καταμόνας; ἵνα μάθωμεν ἡμεῖς τῆς ἀρεσκούσης θεῷ προσευχῆς τὸν τύπον· ἔφη γὰρ
Matth. VI. 6. ἑτέρωθι· * σὺ δὲ ὅταν προσεύχῃ, εἴσελθε εἰς τὸ ταμιεῖον σου, ἀπόκλεισον τὴν θύραν, πρόσευξαι τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυφαίῳ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυφαίῳ, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ· πανταχοῦ γὰρ εὑρήσομεν καταμόνας εὐχόμενον· ἵνα καὶ σὺ μάθῃς, ὅτι σχολάζοντι νῷ, καὶ γαληνιώσῃ καρδίᾳ διαλέγεσθαι χρὴ τῷ ἐπὶ πάντας θεῷ· καὶ οὐδή που φαίη τίς ἄν, εἴ γε νοῦν ἔχοι, ὅτι τῆς παρ᾽ ἑτέρου χειρὸς ἢ ἐπικουρίας ἐν χρείᾳ καθεστηκὼς ἐποιεῖτο τὰς λιτάς· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ πανσθενεστάτη χεὶρ, καὶ δύναμις τοῦ πατρός· ἀλλ᾽ ἵνα ἡμεῖς διὰ τούτων μάθωμεν, μὴ νυστάζειν ἐν πειρασμοῖς, συντείνεσθαι δὲ μᾶλλον εἰς προσευχάς· ἀμαθὲς δὲ λίαν, καὶ τὸ τῶν ἀγώνων καταθρασύνεσθαι· τῷ μετρίῳ δὲ φρονήματι χρῆναι φημὶ τὸ εὔτολμον, καὶ τληπαθὲς ἀναπλέκειν. Ἴδωμεν δὲ καὶ προσευχῆς τὸν τρόπον.

Orate, ut non intretis in tentationem.

Monuit discipulos rem tempori congruam, dicens: orate ne in tentationem incidatis. Tum ne illos verbis tantum iuvaret, sed eius rei exemplum ipse fieret, paululum progressus, in genua procidens oravit. Cur vero haud cum sanctis oravit discipulis, sed solitatim? Ut nos discamus gratae Deo orationis typum. Dixerat enim alibi: tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio ora patrem tuum in abscondito; et pater tuus, qui videt in abscondito, dabit tibi palam. Quin et ubique comperiemus eum solitatim orantem; ut tu quoque discas, oportere vacua mente et tranquillo corde cum supremo Deo colloqui. Neque vero quisquam sensatus dicet, orasse Iesum, quia manu aliena aut auxilio indigeret. Ipse enim est manus fortissima virtusque patris; sed ut per haec cognoscamus, in tentationibus non dormitare, immo tunc magis orationem intendere. Stulta tamen audacia est certamina provocare; modestia autem uti, eique patientiam admiscere, iustae confidentiae officium esse aio. Nunc orationis quoque modum videamus.

v. 42. Πάτερ, εἰ βούλει, παρένεγκε τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ᾽ ἐμοῦ· πλὴν μὴ τὸ θέλημά μου, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω.

A. f. 288. B. f. 201. b. D. f. 75. Ὁρᾷς ὅπως μετ᾽ εὐλαβείας ἀνθρωποπρεποῦς ἐποιεῖτο Χριστὸς τοῦ πειρασμοῦ τὴν παραίτησιν; εἰ γὰρ βούλει φησὶ, παρένεγκε· ὡς γὰρ εἷς ὑπάρχων τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, τοῖς τοῦ πατρὸς θελήμασιν ἀπονέμει τὸ τῶν ἐκβησομένων τὸ πέρας· ἵνα καὶ ἡμεῖς αἰτῶμεν ἐκεῖνα κρατεῖν, ἅπερ ἂν αὐτὸς εἰδείη συμφέροντα ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς· πρὸς δ᾽ αὖ τούτοις, καὶ τῆς Ἰουδαίων ἀνοσιότητος τὸ χρῆμα κατηγορεῖ· ἦν μὲν γὰρ οὐκ ἀβούλητον αὐτῷ τὸ παθεῖν, φορτικόν γε μὴν ἑτέρως διά τε τὴν ἀδοξίαν καὶ τὴν Ἰουδαίων συναγωγῆς τὸν ὄλεθρον· οὐ γὰρ ἂν ἠθέλησε κυριοκτόνον γενέσθαι τὸν Ἰσραήλ· ἵνα μὴ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, τὴν

Pater, si vis, transfer a me hunc calicem. Verumtamen non mea voluntas sed tua fiat.

Viden quomodo cum ea quae decet hominem reverentia Christus tentationem a se deprecatur? Si vis, inquit, transfer. Nam quasi unus de nobis, patris voluntati futuri exitum attribuit; ut nos quoque ea impetrare postulemus, quae ipse animabus nostris utilia esse noverit. Insuper Iudaeorum quoque impietatem sic accusat. Certe non erat ei involuntaria passio; ceteroqui etiam gravis, propter ignominiam, et propter iudaicae synagogae ruinam. Quippe noluisset Israhelem fieri homicidam domini sui, ne ob hanc causam, supremam ultionem experiretur. Sed quia passionem

iam vitare non oportebat, hanc subire decrevit, conspirante secum patris Dei voluntate: ita ut humanae quidem naturae fuerit, perturbationis commotio; divinae autem, ubique constantia. Mortis quidem praesens imago Iesum turbat, sed deitatis virtus commotam ilico sedat passionem, et ad confidentiam transfert. Commota fuit pars Christi humana duas ob causas. Oportebat enim per haec quoque constare, eum haud apparenter vel opinabiliter, sed naturaliter potius ac vere natum ex muliere hominem, humana omnia perpeti, peccato tantum excepto. Timor autem pavorque, connaturales nobis passiones sunt, quae tamen in peccatorum classe collocari nequeunt. Deinde vero, commovebantur in Christo humanae passiones, non ut commotae vincerent, sed ut a Verbi potentia praeciderentur; ad meliorem divinioremque statum translata humana natura, primum in Christo. Etenim sic et non aliter ad nos ipsos permeare poterat medelae ratio. Etiamsi enim quod accidit, haud usquequaque libitum ipsi erat; nihilominus propter universalem salutem ac vitam, voluntariam sibi fecit crucis passionem. Sciebat enim quae inde eventura bona erant, et hominis naturam se renovaturum, proprioque sanguine redempturum. Nisi enim sibi voluntariam effecisset passionem, a qua magnopere abhorrebat voluntas, quaenam causa cogitari potest his verbis orandi: pater si vis, transfer hunc calicem? Factum est homo Dei Verbum, haud aliam ob causam, nisi ut omnia sua nostris infirmitatibus miscens quodammodo et contemperans, hominis naturam corroboraret, et in suam ipsius firmitatem transmutaret. Cum ergo videtur verbotenus mortem timere, dicitque: transfer calicem; cogita vicissim, quod ea quae mortem timebat caro, quum a Dei Verbo gestaretur, docebatur ab eo pariter timoris passionem omittere. Dicebat ergo patri: non sicut ego volo, sed sicut tu. Profecto mortem haud metuebat,

ἐσχάταις δίκαις ὑπενεχθῇ· ἐπεὶ δὲ οὐκ ἦν μὴ ὑποστῆναι τὸ πάθος, εἵλετο αὐτὸ, συνευδοκοῦντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ καὶ πατρός· ὡς εἶναι τῆς μὲν ἀνθρωπείας φύσεως, τὸ εἰς θορύβους εὔκολον· τῆς δὲ θείας, τὸ ἐφ' ἅπασιν ἄθραυστον· ἡ μὲν γὰρ τοῦ θανάτου παρεισδῦσα μνήμη, ταράττει τὸν Ἰησοῦν· ἡ δὲ τῆς θεότητος δύναμις, κεκινημένον εὐθὺς χειροῦται τὸ πάθος, καὶ μεταμορφοῖ πρὸς εὐτολμίαν· κεκίνηται γὰρ καὶ ἐν Χριστῷ τὰ ἀνθρώπινα, διὰ δύο τρόπους· ἔδει γὰρ καὶ διὰ τούτων, αὐτὸν οὐ δοκήσει καὶ ὑπονοίᾳ, φυσικῶς δὲ μᾶλλον καὶ ἀληθῶς ἄνθρωπον ἐκ γυναικὸς γεγονότα, φαίνεσθαι πάντα φέροντα τὰ ἀνθρώπινα, δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας· φόβος δὲ καὶ δειλία, πάθη μὲν ἐν ἡμῖν φυσικὰ, τό γε μὴν ἐν ἁμαρτίαις τετάχθαι διαπεφευγότα· ἔτι, ἐκινεῖτο ἐν Χριστῷ τὰ ἀνθρώπινα, οὐχ' ἵνα κινηθέντα κρατύνηται· ἀλλ' ἵνα τῇ δυνάμει τοῦ λόγου διακόπτηται, πρὸς ἀμείνω τινὰ καὶ θειοτέραν κατάστασιν μεταστοιχειουμένης τῆς φύσεως ἐν πρώτῳ Χριστῷ· ἦν γὰρ οὕτω καὶ οὐχ' ἑτέρως, καὶ εἰς ἡμᾶς αὐτοὺς τὸν τῆς ἰάσεως διαβῆναι τρόπον· εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ συμβὰν, οὐχὶ πάντη τε καὶ πάντως θελητὸν ἦν αὐτῷ, ἀλλ' οὖν τῆς πάντων ἕνεκα σωτηρίας καὶ ζωῆς, ἑκούσιον ἐποιήσατο τὸ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθος· ᾔδει γὰρ τὰ ἐντεῦθεν ἐσόμενα κατορθώματα, καὶ ὅτι τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀνακαινιεῖ, καὶ αἵματι τῷ οἰκείῳ κατακτήσεται· εἰ γὰρ μὴ ἐποιήσατο θελητὸν, καί τοι λίαν ἀβούλητον ὂν τὸ παθεῖν, τίς ἂν νοοῖτο λοιπὸν τοῦ προσεύχεσθαι ἡ πρόφασις, καὶ λέγειν, πατὲρ εἰ βούλει, παρένεγκε τὸ ποτήριον τοῦτο; γέγονε μέν τοι ἄνθρωπος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, οὐ διά τινα πρόφασιν ἑτέραν, ἀλλ' ἵνα πάντα τὰ αὐτοῦ ταῖς ἡμῶν ἀσθενείαις ἀναμίξας τρόπον τινὰ καὶ συγκεράσας, νευρώσῃ τὴν ἀνθρώπου φύσιν, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ μεταποιήσῃ στερρότητα· ὅταν οὖν φαίνηται δειλιῶν τὸν λόγον τὸν θάνατον, καὶ λέγων, παρένεγκε τὸ ποτήριον, ἐννόει πάλιν, ὅτι δειλιῶσα τὸν θάνατον ἡ σὰρξ, ἐδιδάσκετο φορουμένη παρὰ τοῦ θεοῦ λόγου μηκέτι τοῦτο πάσχειν· ἔλεγε δὲ πρὸς τὸν πατέρα· οὐχ' ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ'

ὡς σύ· οὐκ ἐφοβεῖτο μὲν γὰρ καθ' ὃ λόγος ἐστὶ καὶ θεὸς τὸν θάνατον αὐτὸς, ἀλλ' εἰς τέλος τὴν οἰκονομίαν διεξάγειν ἠπείγετο· τοῦτο γὰρ ἦν τὸ θέλημα τοῦ πατρός· ἔχει δὲ καὶ τὸ μὴ θέλειν ἀποθανεῖν, διὰ τὸ παραιτεῖσθαι τὴν σάρκα τὸν θάνατον φυσικῶς· διδάσκων τοίνυν τὴν ἀνθρωπότητα μηκέτι τὰ αὐτῇ προσόντα φρονεῖν, ἀλλὰ τὸ τοῦ θεοῦ θέλημα ζητεῖν, ὡς ἄνθρωπος λέγει· οὐχ' ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ· διὰ τοῦτο γὰρ φαίνεται καὶ προσ-
* Matth. XXVI 41. θεὶς ἐν τῷ Ματθαίῳ· * τὸ μὲν πνεῦμα, πρόθυμον· ἡ δὲ σὰρξ, ἀσθενής· ἀτονοῦσα μὲν γὰρ ἡ ἀνθρώπου φύσις, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ Χριστῷ, τὸ ὅσον εἰς αὐτὴν, εὑρίσκεται· ἀνακομίζεται δὲ διὰ τοῦ ἑνωθέντος αὐτῇ λόγου, εἰς εὐτολμίαν θεοπρεπῆ.

quatenus Verbum erat ac Deus, sed tamen incarnationis suae cursui finem imponere festinabat. Haec enim erat voluntas patris. Porro et non moriendi inerat ei voluntas, quia naturaliter caro mortem recusat. Docens itaque humanitatem, quominus iam vellet naturalia sibi cogitare, sed Dei potius voluntatem sectari, tamquam homo ait: non sicut ego volo, sed sicut tu. Idcirco apparet hoc quoque addidisse apud Matthaeum: spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Namque humana natura in Christo ipso, quantum in se est, debilis comperitur; sed ab unito illi Verbo, ad Deo congruam confidentiam attollitur.

v. 47. Ἰδοὺ ὄχλος, καὶ ὁ λεγόμενος Ἰούδας εἷς τῶν δώδεκα.

Ecce turba, et qui vocabatur Iudas, unus de duodecim.

A. f. 292. b. B. f. 203. Διὰ τί δέ φησιν, ὁ λεγόμενος Ἰούδας; μὴ γὰρ οὐκ ᾔδει τὸν ἄνδρα τοῖς ἐξειλεγμένοις ἐναριθμούμενον; ἀλλ' ὡς ἤδη μεμισηκὼς αὐτοῦ καὶ τὸ ὄνομα, φησὶν, ὁ λεγόμενος Ἰούδας· προσεπάγει δὲ τούτῳ τὸ εἷς τῶν δώδεκα, πρὸς ἔνδειξιν καὶ διαβολὴν τῆς τοῦ προδότου φαυλότητος· ὁ γὰρ ἐν ἴσῳ τοῖς ἀποστόλοις τετιμημένος, τοῖς φονῶσι κατὰ Χριστοῦ γέγονε πρόφασις· δέδωκε γὰρ αὐτοῖς σημεῖον· ὃν ἂν φιλήσω, αὐτός ἐστιν· ἐπελάθετο παντελῶς τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ· ᾠήθη τάχα που δύνασθαι λαθεῖν· φίλημα μὲν προτείνων εἰς τύπον ἀγάπης, ἀνοσίων δὲ σκεμμάτων μεστὴν ἔχων τὴν καρδίαν· οὐκοῦν ὡς ἐκ μέθης προσέρχεται τῷ Χριστῷ· δόλου καὶ ἀπάτης ὄργανον τὴν ἐξαίρετον ἀγάπην ἀποφῆναι προσδοκῶν· ταύτῃ τοι καὶ μάλα εἰκότως φορτικώτερον αὐτῷ τὸ κρῖμα ἐποίει, ὅτι οὐδὲ τὸ σχῆμα καὶ σύμβολον ᾐσχύνθη τῆς προδοσίας τὸ φίλημα· ἐπάγει γοῦν ὁ εὐαγγελιστής· ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ· Ἰούδα. φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου παραδίδως; εἰδέναι γὰρ ἀναγκαῖον καὶ τὰ τῷ Ἰωάννῃ περὶ τούτου εἰρη-
* Ioh. XVIII. 8. μένα· * ἔφη γοῦν· ὅτι οἱ μὲν τῶν Ἰουδαίων ὑπηρέται προῄεσαν συλληψόμενοι τὸν Ἰησοῦν· ὁ δὲ ὑπήντα αὐτοῖς, λέγων· τίνα ζητεῖτε; λεγόντων δὲ τῶν ὑπηρετῶν, Ἰησοῦν τὸν ναζωραῖον, αὐτὸς ἑαυτὸν ταῖς τῶν φονώντων χερσὶ προσεκόμιζε, λέγων· ἐγώ εἰμι· οἱ δὲ ἀπῆλθον,

Cur ait, qui vocabatur Iudas? An nesciebat virum hunc de numero esse electorum? Immo vero quasi huius iam abominans nomen, ait: qui dicebatur Iudas. Addit autem « unus de duodecim » ob significandam incusandamque proditoris improbitatem. Nam qui aeque ac reliqui apostoli honoratus fuerat, idem extitit carnificum Christi adiutor. Dedit enim eis signum: quem osculatus fuero, ipse est. Prorsus erat oblitus Christi maiestatem; putavit se posse latere, osculum amoris typum libans, cor autem impiarum insidiarum plenum gerens. Ergo veluti ex crapula ad Christum accedit; doli fraudisque instrumentum putans demonstrare eximiam caritatem. Quam ob rem dignissime gravius sibi iudicium comparabat, quia nec erubuit, praetextum ac symbolum proditionis efficere osculum. Addit ergo evangelista: Iesus autem dixit illi: osculo filium hominis tradis? Scire etiam oportet, quae etiam Iohannes hoc loco dicat. Ait itaque, Iudaeorum ministros accessisse ut Iesum caperent; qui occurrit eis dicens: quem quaeritis? Ministris dicentibus, Iesum nazarenum; ipse se homicidarum manibus tradidit dicens: ego sum. Illi autem, inquit, retro cesserunt; idque ter factum est.

Quaenam fuit rei ratio, quamve ob causam Servator ultro se obtulit, illi autem audito dicto « ego sum » corruerunt? Nempe ut discerent, haud involuntariam ei passionem accidere. Non enim illi suis viribus Christum ceperunt, atque impiis iudicibus praesentarunt, sed ipse semet tradidit.

Age et illud disquiramus. Num Dei patris decretum, et ipsius filii voluntas, necessario veluti, ad passionem eum vocavit? Iam vero, si hoc ita se habeat, nonne prorsus oportuit et aliquem fieri proditorem, et ad hoc facinus Israhelem propelli, ut et Christo fidem denegaret, eumque multifariam dehonestaret, et denique eidem necem super ligno inferret? Atqui, quomodo Christum dicentem comperimus: vae homini illi, per quem filius hominis tradetur? et reliqua. Cur item periit Israhel? Verum enimvero haud inique Deus sed iusto iudicio res nostras trutinatur. Quomodo ergo quod erat involuntarium, voluntarium fecit? Misertus est Deus infelicium mundi incolarum, misitque caelo servatorem ac redemptorem, qui in similitudine nostra natus est. Quamquam autem quae passurus erat praesciebat, nihilominus in patiendi proposito perstitit, ut mundum salvaret, consentiente ei Deo patre propter multam suam benignitatem, et erga homines benivolentiam. Ergo quod adtinet quidem ad passionis ignominiam, pati noluisset. Quia vero fieri non poterat ut non pateretur, propter Iudaeorum adversus eum saevitiam atque contumaciam, sustinuit crucem, confusione contempta.

Cum tetigisset auriculam eius, sanavit eum.

Sanavit digno Dei modo illum qui vulnus passus fuerat, hoc quoque Deo dignum miraculum coram missis ad se capiendum ostendens.

φησὶν, εἰς τὰ ὀπίσω· καὶ τοῦτο γέγονε τρίς· τίς οὖν ἡ οἰκονομία, καὶ τίνος ἕνεκεν προκεκόμικεν ἑαυτὸν ὁ σωτὴρ, οἱ δὲ κατέπιπτον ἀκούοντες τὸ ἐγώ εἰμι; ἵνα δὴ μάθοιεν ὡς οὐκ ἀβούλητον αὐτῷ τὸ παθεῖν· οὐ γὰρ τῆς ἐκείνων ἰσχύος γέγονεν ἀποτέλεσμα, τὸ συλλαβέσθαι Χριστὸν, καὶ προσαγαγεῖν τοῖς ἀνοσίοις καθηγηταῖς, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτὸν δέδωκεν.

Φέρε δὴ κἀκεῖνο ζητήσωμεν· ἆρα ψῆφος A. f. 293. b.
τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς, θέλημα δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ κέκληκεν αὐτὸν ὡς ἐξ ἀνάγκης εἰς τὸ πάθος (1); εἶτα, πῶς εἴπερ ἐστὶν ἀληθὲς, οὐκ ἔδει πάντως καὶ προδότην γενέσθαι τινα, παρενεχθῆναι δὲ καὶ εἰς τοῦτο θράσους τὸν Ἰσραὴλ, ὡς καὶ ἀπειθῆσαι Χριστῷ καὶ ἀτιμάσαι πολυτρόπως, ἐξαρτίσαι δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ ξύλου θάνατον αὐτῷ; εἶτα, πῶς εὑρίσκεται λέγων, οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ
ἀνθρώπου παραδίδοται *; καὶ τὰ ἑξῆς· διὰ * Luc. XXII. 22.
τί δὲ καὶ ἀπόλωλεν ὁ Ἰσραήλ; ἀλλ' οὐκ ἀδίκως ὁ θεὸς, αἰσίᾳ δὲ κρίσει ταλαντεύει τὰ καθ' ἡμᾶς· πῶς οὖν τὸ ἀβούλητον ἐποιήσατο θελητόν; ἠλέησε μὲν γὰρ ὁ θεὸς καὶ πατὴρ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς πεπραχότας ἀθλίως, καὶ ἔπεμψεν ἐξ οὐρανοῦ τὸν υἱὸν σωτῆρα καὶ λυτρωτὴν, ὃς καὶ γέγονεν ἐν ὁμοιώσει τῇ πρὸς ἡμᾶς· ἀλλὰ καί τοι προεγνωκὼς ἃ πείσεται, εἵλετο παθεῖν διὰ τὸ σῶσαι τὴν γῆν, συνευδοκοῦντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ καὶ πατρὸς διὰ πολλὴν ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν· οὐκοῦν ὅσον μὲν ἧκεν εἰς τὴν ἐκ τοῦ παθεῖν ἀδοξίαν, οὐκ ἂν ἠθέλησε παθεῖν· ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἐνεδέχετο μὴ παθεῖν, διὰ τὴν Ἰουδαίων ἐπ' αὐτῷ γενομένην ὠμότητα καὶ ἀπείθειαν, ὑπέμεινε σταυρὸν, αἰ-
σχύνης καταφρονήσας *. * Hebr. XII. 2.

Ἀψάμενος τοῦ ὠτίου αὐτοῦ ἰάσατο αὐτόν. v. 51.

Ἰάσατο γὰρ θεοπρεπῶς τὸν ὑπομείναν- A. f. 294.
τα τὴν πληγὴν, τοῖς ἀφιγμένοις εἰς τὸ συλλαβεῖν αὐτὸν θεοπρεπὲς καὶ τοῦτο διδοὺς σημεῖον.

(1) Vide hac super re prolixam doctamque Photii quaestionem amphilochianam a nobis editam Script. vet. T. I. hoc titulo: πῶς θελητός τε καὶ ἀθέλητος τῷ πατρὶ ὁ θάνατος λέγοιτ' ἂν εἶναι τοῦ Χριστοῦ: *quomodo et voluntaria et involuntaria patri mors Christi dici queat fuisse.*

*

v. 53. Καθ' ἡμέραν ὄντος μου μεθ' ὑμῶν ἐν τῷ ἱερῷ, οὐκ ἐξετείνατε τὰς χεῖρας ἐπ' ἐμέ.

A. f. 294. b. B. f. 204. Ἆρά γε αἰτιᾶται Χριστὸς τοὺς τῶν Ἰουδαίων καθηγητὰς, ὅτι μὴ πρόωρον αὐτῷ τὴν τοῦ θανάτου πάγην ἐσκεύαζον; οὐ τοῦτο βούλεται δηλοῦν, ἀλλ' ὅτι ἐξὸν ὑμῖν καθημέραν ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκοντα κατασχεῖν, οὐκ ἐκρατήσατε· ἐταμιευόμην γὰρ μᾶλλον τῷ παθεῖν ἐν καιρῷ τῷ καθήκοντι· καὶ οὗτός ἐστιν ὁ παρών· μὴ γὰρ ἀγνοήσητε (1), φησὶν, ὅτι αὕτη ἐστὶν ὑμῶν ἡ ὥρα καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ σκότους· τουτέστιν ὀλιγοστὸς ἐδόθη ὑμῖν καιρὸς τῆς κατ' ἐμοῦ πλεονεξίας, συνευδοκήσαντος τοῖς ἐμοῖς θελήμασι τοῦ πατρός· οὐκοῦν μίαν ὥραν ἔχετε κατ' ἐμοῦ, τουτέστιν ὀλίγον παντελῶς καὶ συνεσταλμένον καιρὸν, τὸν μεταξὺ δηλονότι τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως· αὕτη δέ ἐστι καὶ ἡ δοθεῖσα ἐξουσία τῷ σκότει· σκότος δὲ ὀνομάζει τὸν σατανᾶν τοῖς Ἰουδαίοις ὁμοῦ κατεξαναστῆναι Χριστοῦ· ἵν' ὁ μὲν σώσῃ διὰ τοῦ παθεῖν τὴν ὑπ' οὐρανὸν, καὶ ἀναβιῴη τριήμερος, τὸ τοῦ θανάτου πατήσας κράτος· οἱ δὲ δίκην αἰώνιον τίσωσιν ὁμοῦ τῷ προδότῃ.
A. f. 294. b. — Οὐ τὸ βράδος οὖν αἰτιᾶται τὸ πρὸς μιαιφονίαν, ἀλλὰ δείκνυσιν ὅτι οὐ τῆς αὐτῶν ἰσχύος ἔργον ἡ σύλληψις, ἀλλὰ τῆς αὐτοῦ βουλήσεως, τὸ ἀβούλητον πάθος οἰκονομικῶς ποιησαμένου θελητὸν, καὶ τοῦτο καιρῷ τῷ προσήκοντι παραδεξαμένου· οὐ γὰρ δὴ αἰτιᾶται αὐτοὺς, ὅτι μὴ πρόωρον αὐτῷ τὸ πάθος ἐπήγαγον, ἀλλὰ μᾶλλον ἐλέγχει αὐτοὺς, ὡς οἰηθέντας ἀσυνέτως, ἄκοντος αὐτοῦ περιέσεσθαι· τότε μὲν οὖν οὐκ ἐκρατήσατέ μου, φησὶν, οὐ γὰρ ἐβουλόμην· οὐκ ἂν δὲ οὐδὲ εἰς τὸ παρὸν ἰσχύσατε, εἰ μὴ ταῖς ὑμετέραις χερσὶν ἐθελοντὴς ὑπενήνεγμαι· ὥστε, οὐ τῆς Ἰουδαίων ἰσχύος ἔργον ἦν τὸ θανάτῳ περιβαλεῖν τὸν κύριον· ἀλλὰ τοῖς μὲν ἐκείνων ἀνοσίοις τολμήμασιν ἐπιγράψοι τίς ἂν τὸ ἐγχείρημα τῷ δὲ σωτῆρι Χριστῷ, τὸ ὑπὲρ πάντων ἐθελῆσαι παθεῖν· ἵνα πάντας ἐξέληται, καὶ ἀγοράσας αἵματι τῷ ἰδίῳ, παραστήσῃ τῷ θεῷ καὶ πατρί.

Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me.

Num expostulat Christus adversus Iudaeorum principes, quod ei non antea mortis laqueum tetendissent? Non hoc vult significare; sed quod data vobis quotidie copia capiendi me in templo docentem, non tamen tenuistis. At ego reservabam, inquit, idoneo tempori passionem meam, quod demum nunc adest. Scitote, ait, hanc esse horam vestram, et potestatem tenebrarum: id est breve vobis concessum esse tempus ad exercendam contra me tyrannidem, consentiente mecum patris voluntate. Ergo unam horam habetis adversus me, id est modicum oppido contractumque tempus, inter pretiosam videlicet crucem, et a mortuis resurrectionem. Haec videlicet illa est data tenebris potestas. Tenebras appellat Satanam, qui una cum Iudaeis insurrexerat in Christum: ut hic passione sua mundum salvaret, tertia die resurgeret, mortis calcata potentia; illi autem poenas aeternas darent una cum proditore. — Haud igitur tarditatem homicidii incusat; sed significat, nequaquam potentiae ipsorum tribuendam capturam suam, sed propriae voluntati, qua passio per se involuntaria facta est secundum oeconomiae rationem voluntaria; idque tempore prout libuit conveniente. Non inquam accusat illos, quod intempestivam passionem haud ei intulerint, sed eosdem potius redarguit, quia stulte existimarent se invito potiri. Tunc, inquit, me non tenuistis, quia nolui; et ne nunc quidem praevaleretis, nisi ego in manus vestras sponte venirem. Quamobrem haud iudaicarum virium opera fuit, mors Domino illata: sed illorum quidem impiis ausibus, merito quis tribuet tale facinus; servatori autem Christo patiendi pro omnibus voluntatem; ut cunctos videlicet liberaret, et pretioso suo sanguine emptos, patri Deo praesentaret.

(1) Corderius videtur perperam legisse μὴ ἀγωνίσατε, quia dicit: *nolite dimicare.*

At ille negavit eum, dicens: mulier, non novi illum.

Fragilis fuit, prout Christus praedixerat, beatus Petrus, negavitque universalem servatorem Christum; neque id semel, sed ter, et quidem iuratam fecit negationem. Ait enim Matthaeus, coepisse detestari et iurare, se hominem non novisse. Nonnulli dicunt iurasse discipulum, quod ignoraret factum hominem Iesum. Est hoc tamen incredibile. Quid ni enim revera ipsum negasset, si incarnationis mysterium subvertisset? Quippe sciebat simile nobis factum, id est hominem, unigenitum Dei Verbum. Namque iam manifeste confessus fuerat: tu es Christus, filius Dei vivi. Nec tamquam unum de nobis, filium ipsum esse Dei adfirmans, ita loquebatur; sed etiamsi humanitatis mensura comprehensum cerneret, illud quod supra omnes res creatas est, et ex Dei patris substantia effulsit Verbum, non dubitavit agnoscere et confiteri, Dei vivi filium esse. Neque vero nos dicimus negationem hanc evenisse, ne mendax Christus fieret, sed Christum potius rei futurae praescium, eam discipulo nunciavisse. Certe quod ex humana miseria, ut iam dixi, id malum acciderit, suaeque conscientiae morsibus discipulus condemnaretur, subsecuta statim lamentatio, et paenitentiae lacrymae satis docebunt: namque egressus, inquit, foras flevit amare; respiciente ad illum Christo, et praeviae monitionis memoriam refricante. Iamvero conversus, a scopo suo non excidit; mansit enim prout fuerat, fidelis discipulus, peccati veniam adeptus.

Illudebant ei, caedentes.

Decet propheticum illud dicere: obstupuit caelum super hoc, perhorruitque vehementer, dicit Dominus. Terrae caelique Dominus, rerum omnium creator et fabricator, rex regum et dominus dominantium, tamquam unus de nobis contumelia adficitur. – Papae! Terrae ac caeli dominus, tamquam unus de nobis verberari patitur, et impiorum risum sustinet, exem-

Ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτόν, λέγων· γύναι, οὐκ οἶδα αὐτόν. v. 57.

Ἠσθένησε κατὰ τὴν πρόρρησιν τοῦ Χριστοῦ ὁ A. f. 295. C. f. 155.
μακάριος Πέτρος, καὶ ἠρνήσατο τὸν τῶν ὅλων σωτῆρα Χριστόν, καὶ οὐχ ἅπαξ ἀλλὰ τρίς, καὶ ἐνώμοτον ἐποιήσατο τὴν ἄρνησιν· ἔφη γὰρ ὁ Ματθαῖος * ὅτι ἤρξατο καταναθεματίζειν * Matth. XXVI. 74.
καὶ ὀμνύειν ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Τινὲς μὲν οὖν φασὶν ὀμωμοκέναι τὸν μαθητήν, οὐκ οἶδα ἄνθρωπον γεγονότα τὸν Ἰησοῦν· τοῦτο δὲ ἄπιστον· πῶς γὰρ αὐτὸν οὐκ ἠρνήσατο, τὸ μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ἀνατρέπων τὸ μυστήριον; ἤδει γὰρ καθ' ἡμᾶς γεγονότα, τουτέστιν ἄνθρωπον τὸν μονογενῆ τοῦ θεοῦ λόγον· καὶ γοῦν ὡμολόγησεν ἐναργῶς, ὅτι σὺ εἶ ὁ
Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος· * καὶ οὐχ ὡς * Matth. XVI. 16.
incarnationis tempore cum eis manducaverat ac biberat, unaque cum illis, iuxta prophetae dictum, fuerat conversatus: atque ut cognoscerent, corpus quidem humanum alimonia huiusmodi egere, spiritum non item. Quis ergo, si modo fidelis esse velit, et sanctorum evangelistarum testimonium absque haesitatione admittere, haereticas fabulas adhuc audiat, vel phantasiastas toleret? Vincit enim humanam inquisitionem, et consuetarum nobis rerum rationem, potentia Christi. Comedit piscis partem, resurrectionis suae tempore; neque tamen quod hic consequi solet, in Christo consecutum est: ut incredulus aliquis cavillabitur, sciens ea quae per os intrant, prorsus etiam exire atque in secessum emitti. Id tamen fidelis quivis in mentem suam non admittet, sed Dei potentiae rem permittet.

τούτου καὶ παρὰ πάντα τὸν καιρὸν τῆς οἰκο-
νομίας συνεσθίων καὶ συμπίνων αὐτοῖς καὶ
συναναστρεφόμενος ἀνθρωπίνως κατὰ τὴν τοῦ
προφήτου φωνήν· * ἵν᾽ οὖν εἰδεῖεν ὅτι σῶμα * Baruc. III. 18.
μὲν τὸ ἀνθρώπινον, δέοιτο ἂν τῆς τοιᾶσδε
τροφῆς, πνεῦμα δὲ οὐκέτι. Τίς οὖν ἀξιῶν πι-
στὸς εἶναι, καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν τὴν μαρ-
τυρίαν ἀναμφιβόλως δεχόμενος, ἔτι πλα-
σμάτων ἀκούσειεν αἱρετικῶν, ἔτι δοκησισό-
φων ἀνάσχοιτο: νικᾷ γὰρ ἀνθρωπίνην ἐξέ-
τασιν, καὶ τὴν ἐκ τῶν συνήθων πραγμάτων ἔν-
νοιαν, ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις· ἔφαγεν ἰχθύος
μέρος, διὰ τὴν ἀνάστασιν· καὶ τὸ τῇ βρώσει
ἀκολουθοῦν, οὐκέτι ἐπὶ Χριστοῦ ἠκολούθη-
σεν ὅπερ ἄπιστος ἄν τις ἐπιζητοίη, εἰδὼς ὅτι
τὰ εἰσιόντα εἰς τὸ στόμα, πάντως ἐκχω-
ροῦσι καὶ εἰς ἀφεδρῶνα βάλλονται· * ἀλλ᾽ * Matth. XV. 17.
οὐχ ὅ γε πιστὸς, εἰς ἔννοιαν τοιοῦτόν τι
λήψεται, ἀλλὰ δυνάμει θεοῦ δώσει τὸ
πρᾶγμα (1).

Tunc aperuit illis mentem ut intelligerent scripturas etc.

Τότε διήνοιξεν αὐτῶν τὸν νοῦν. τοῦ συνιέναι τὰς γραφὰς κ. τ. λ. v. 45-51.

Postquam cogitationes illorum per verba sua, per tactum, per esum, sedavit; tunc aperuit illis mentem ad intelligendum, sic se oportuisse pati, id est in crucis ligno. Revocat itaque discipulis in memoriam Dominus ea quae dixerat. Praenuntiaverat enim ipsis suam in cruce passionem, sicut antea iam prophetae dixerant. Reserat ipsis etiam cordis oculos, ut prisca vaticinia intelligant. – Spiritus sancti descensum, prout per Iohelem Deus praenuntiaverat, promittit discipulis Servator, virtutemque ex alto; ut fortes fierent ac insuperabiles, et absque ullo metu ubique terrarum mysterium praedicarent. – Spiritum recepturis ait: accipite Spiritum sanctum, nempe post resurrectionem; aitque: vos autem sedete Hierosolymis, et patris promissionem expectate, quam ex me audistis. Quia Iohannes quidem baptizavit

Ὅτε τὸν λογισμὸν αὐτῶν, δι᾽ ὧν εἶπε, A. f. 319. b.
δι᾽ ὧν ἐψηλαφήθη, δι᾽ ὧν ἔφαγεν εἰρήνευσε,
τότε διήνοιξε τὸν νοῦν τοῦ συνιέναι ὅτι οὕτως
ἔδει παθεῖν αὐτὸν, δῆλον δὲ ὅτι διὰ ξύλου
σταυροῦ· ἀποφέρει τοίνυν τοὺς μαθητὰς ὁ v. 46.
κύριος, εἰς ἀνάμνησιν ὧν ἔφη· προαπήγγειλε
γὰρ αὐτοῖς τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ πάθη, καθ᾽ ἃ
φθάσαντες ἔφασαν οἱ προφῆται· ἀνοίγνυσι
δὲ καὶ τοὺς τῆς καρδίας αὐτῶν ὀφθαλμοὺς,
ὥστε συνιέναι τὰ πάλαι προειρημένα. – Πνεύ- v. 49. A. f. 320.
ματος ἁγίου κάθοδον, ὃ διὰ Ἰωὴλ * ὁ θεὸς * Iohel II. 28.
προεπηγγείλατο, τοῖς μαθηταῖς ὁ σωτὴρ
ἐπαγγέλλεται καὶ τὴν ἐξ ὕψους δύναμιν, ἵν᾽
εἶεν εὐσθενεῖς καὶ ἀκαταγώνιστοι, καὶ δίχα
παντὸς δέους διακηρύξειαν τοῖς ἁπανταχοῦ
τὸ θεῖον μυστήριον. – Λαβοῦσι πνεῦμα λέ- D. f. 83.
γει, λάβετε πνεῦμα ἅγιον *, μετὰ τὴν ἀνάστα- * Ioh. XX. 22.
σιν· καὶ φησὶν, ὑμεῖς δὲ καθίσατε * εἰς Ἱε- * Luc. XXIV. 49. Act. I. 4.
ροσόλυμα, καὶ περιμείνατε τὴν ἐπαγγελίαν
τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου· ὅτι Ἰωάννης μὲν

(1) Videsis hac super re S. Basilii locum epistolae a nobis editae post Cyrilli commentarium in psalmos; multoque magis Athanasii Corinthi archiepiscopi fragmentum quod dedimus in nostro volumine X. AA. class. p. 499-500. Eadem de re scribit etiam anonymus quidam in cod. G. f. 118, iisdem prope ac Cyrillus verbis.

ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ*, οὐκέτι ὕδατι, ἔλαβον γὰρ, ἀλλὰ πνεύματι ἁγίῳ· οὐκ ἐπεισάγει ὕδωρ τῷ ὕδατι, ἀλλὰ ἀναπληροῖ τὸ λεῖπον τῷ λειπομένῳ. — Εὐλογήσας αὐτοὺς καὶ βραχὺ προελθὼν, ἀνεφέρετο εἰς τὸν οὐρανὸν, ἵνα σύνεδρος ᾖ τῷ πατρὶ καὶ μετὰ τῆς ἑνωθείσης αὐτῷ σαρκός· καὶ ταύτην ἡμῖν ἐνεκαίνισε τὴν ὁδὸν ἐν ἀνθρωπείᾳ μορφῇ γεγονὼς ὁ λόγος· ἥξει δὲ πάλιν κατὰ καιροὺς ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μετὰ τῶν ἀγγέλων, καὶ παραλήψεται ἡμᾶς μεθ' ἑαυτοῦ. Δοξολογήσωμεν τοίνυν αὐτὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς θεὸν λόγον, τὸν ἑκουσίως παθόντα σαρκὶ, καὶ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, καὶ λύσαντα τὴν φθοράν· τὸν ἀναληφθέντα, καὶ μετὰ τοῦτο ἥξοντα μετὰ δόξης πολλῆς ἐπὶ τὸ κρῖναι ζῶντας καὶ νεκροὺς, καὶ ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ· δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ πατρὶ καὶ θεῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

* Act. I. 5.

v. 51. B. f. 226. C. f. 159. b. G. f. 119. b.

aqua; vos autem baptizabimini Spiritu sancto: haud inquam aqua, id enim iam actum fuerat, sed Spiritu sancto. Non addit aquae aquam; sed quod deerat indigenti supplet. — Quum iis benedixisset, et paululum esset progressus, ferebatur in caelum, ut cum unita etiam sibi carne, patri consessor fieret. Atque hanc nobis viam renovavit postquam humanam formam Verbum adsumpsit. Redibit autem statuto tempore cum patris sui gloria, et cum angelis, atque ad se nos recipiet. Glorificemus itaque eundem qui propter nos est humanatus Deus Verbum, qui sponte carne passus est, resurrexit a mortuis, et corruptionem exterminavit; qui adsumptus est, et postea reversurus cum gloria multa ad iudicandos vivos ac mortuos, et unicuique secundum opera sua retribuendum. Per quem et cum quo patri Deo gloria ac potentia cum Spiritu in saecula saeculorum. Amen.

Fragmentum inserendum p. 237. col. 2. v. 3. a fin.

E. f. 344. Ἀπολέκτους ἔχων· δεικνὺς ὅτι χθαμαλὸς νοῦς οὐκ ἂν γένοιτο πρὸς θεωρίαν ἐπιτήδειος, ἀλλ' ὁ τῶν γηΐνων κατεπαρθεὶς καὶ ὑπεράνω πάντων τῶν κατὰ σῶμα γενόμενος, καὶ ἔξω φροντίδων βιωτικῶν κατ' ἰδίαν ἐν ἡσυχίᾳ καταστὰς, καὶ τῆς τῶν παθῶν ὑψηλότερος καταδυναστείας χρηματίσας· εἶτα κ. τ. λ.

Ut ostendat, depressam humi mentem minime aptam contemplationi fore, sed illam potius quae cunctis superior sit corporalibus rebus, et extra mundanas curas seorsum cum silentio constiterit, quae denique passionum tyrannide celsior fuerit etc.

Fragmentum aliud inserendum p. 254. v. 18.

E. f. 170. Καιρὸν μὲν ἐκεῖνον φησὶ, καθ' ὃν ὁ σωτὴρ τὰς διατριβὰς ἐπὶ τῆς γῆς ἐποιεῖτο, ὁ πανταχοῦ παρὼν, καὶ τῶν πατρικῶν μὴ ἐξιστάμενος· νομικὸν δὲ ἐν τούτοις κ. τ. λ.

Tempus quidem dicit illud, quo Servator versabatur in terra, ille ubique praesens, et a paterno sinu umquam absens. Nomicum autem heic etc.

Homiliarum Cyrilli deperditarum titulis, quos p. 144. enumeravi adde I. De electione apostolorum p. 190. II. De divite horrea dilatare cogitante p. 295. III. De talentorum distributione p. 390. IV. De passione Domini p. 434. V. Fortasse de sancto Iohanne baptista p. 139. VI. De consumatione saeculi item apud me Script. vet. T. VII. p. 26.

Emendationes.

Pag. 128. v. 9. a fin. ἴδομεν, et lat. *cognovimus*. P. 188. col. 2. v. 6. corr. *vana doctrina*.

EIUSDEM S. CYRILLI ARCHIEP. ALEX.

FRAGMENTA INEDITA EX APOLOGIA IOHANNIS CAESARIENSIS PRO CONCILIO CHALCEDONENSI

QUAE IN CODICE SYRIACO VATICANO SUPEREST.

I. *Cyrillus in libro adversus eos qui naturas confundunt* (1) *qui incipit: paulo ante locuti diu sumus.*

Quo usque tandem nonnulli scriptis suis adstruent, vel somniabunt potius Verbi in carnem ac sanguinem conversionem, amentium instar nugantes? His nos dicimus: evigilate ebrii de vino vestro. Quae enim vestra est de natura carnis sententia aut notio, vel quomodo inscrutabilem scrutamini Dei naturam? Quis porro audeat rem metiri inmensurabilem? Nemo certe dicet, nemo sine errore definiet, quanam sit praeditus natura Deus, omnium dominus, lux, vita, gloria et potentia, ille demum qui omnium rerum naturam novit, et quicquid in homine est scientia sua complectitur. Quo usque tandem nonnulli adfirmabunt, Verbi factam in terrenum hoc corpus mutationem, id est Deum Verbum de substantia propria confecisse sibi corpus, quod nostro consubstantiale sit? Hi videlicet primo quidem profitentur, Verbum a semet ipso alienum evasisse, id est, iam non amplius Deum esse, ut dixi, creatorem, vitam, gloriam, potentiam: atque etiam docent, eum in errorem posse incurrere, cui obnoxiae creaturae sunt: aliaque huiusmodi eidem adtribuunt pessima oppido, et ipso indigna. Equidem quaerendum ab eo arbitror, qui hanc opinionem in medium adtulit, num passionum ignominiam in Verbum incidere necesse fuerit? Atque haec nonnullorum opinio nonne furiosa est? Profecto nihil amentius excogitari potest quam ita Verbi naturam contumelia adficere. Alioqui quî fieri posset, ut Dei nomen sublimius quovis nomine esset, et ipse dominus virtutum foret? Sed enim aliquis fortasse dicet, haud id quidem necessarium fuisse, sponte tamen ita semet commutasse, ut inevitabili passioni subesset. Atqui ego aio: quoniam in-

(1) Hi proprie dicebantur συγχυτικοί *confusanei,* cuiusmodi fuerunt Apollinaris et Eutyches, et postea Severus, qui duas Christi naturas in unam adunaverunt atque confuderunt. Hinc Theodoreti dialogus contra Apollinarem inscribitur ἀσύγχυτος, *inconfusus.* Proprius tamen operis a Cyrillo scripti titulus fuit κατὰ συνουσιαστῶν *contra Synusiastas,* sive contra eos qui duas substantias divinam et humanam ita in Christo adunatas aiebant, ut una post adunationem esset. Is revera titulus operis cyrilliani ita recitatur ab Ephraemio antiocheno apud Photium cod. 229 p. 796, quod vocabulum vix vellem a Scotto explicatum fuisse latine *contra consubstantialistas,* ne forte Eutychiani haeretici permutentur cum orthodoxis Homousianis; quamquam hi reapse de substantia divina tantum loquuntur, quae eadem in patre filioque est; illi ex duabus Christi naturis humana ac divina unam, ut dixi, faciebant. Sed enim commode accidit ut titulus cyrilliani operis κατὰ συνουσιαστῶν sexies recitetur in opusculis graecis a me editis Script. vet. T. VII. pp. 10. 15. 27. 290. 295. 302, cum brevibus eius fragmentis, quae partim cum his a Iohanne caesariensi recitatis, mire congruunt, ut postea videbimus. Contra Synusiastas scripserant etiam Diodorus tarsensis et Theodorus mopsuestenus, testibus Facundo hermianensi lib. VIII. cap. 4, nec non Leontio adv. Eutych. apud Canisium antiq. lect. ed. nov. T. I. p. 591, itemque apud me Spicil. rom. T. X. part. II. pp. 87. 88. Denique etiam Theodotus antiochenus, uti adfirmant apud me tom. cit. p. 10. Anastasius presbyter, et Leontius p. 134. Uno versiculo rem definierat apud Theodoretum dial. cit. p. 106. Antiochus Ptolemaidis: μὴ συγχέῃς τὰς φύσεις, καὶ οὐ ναρκήσεις περὶ τὴν οἰκονομίαν: *noli naturas confundere, et circa incarnationis mysterium non torpebis.* Sed enim tot olim et postea contra illam haeresim scriptis, ea nihilominus vivax residet apud partem maximam Syrorum, Armeniorum, Aethiopum, atque Coptorum. Tanta est praeiudicii ex antiquitate suscepti tenacitas?

convertibilis natura Dei est, utique rem se ipso indignam agere voluisset.

II. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed isti fortasse opinantes dicent, Deum Verbum conversum quidem in carnem, sed non totum, nec omnino, nec in omnibus. Verum enim vero nonne evidenter insaniet si quis dicere aut credere talia velit? In primis aiunt, Verbum haud se totum immutāsse vel conversionem passum: deinde eum finibus circumscribunt, dicentes ipsum quantitate contineri, loco cohiberi, sub definitionem cadere, et cum aliis rebus connumerari. Quomodo autem hi adversarii ignorant, corpus quod sit divisionis capax, omnia semper pati, quae singulae partes eius patiuntur? Neque enim uni membrorum pati contingeret, nisi universa corporis natura patiendo foret obnoxia. Interim hi nos cogunt ad verba quoque minime nobis spontanea descendere: sed venia prius a Verbo Dei postulata, dicimus, quod si forte mutabilitas ab eo non esset aliena, neque illi impossibilis eius rei passio, utique ad patrem quoque sanctumque Spiritum vis huius blasphemiae perveniret: tota est enim consubstantialis sanctissima Trinitas et inmutabilis. Quodnam vero robur infirmitati nostrae impetraremus, si Deus aeque ac nos foret infirmus, atque in ea converti posset, quae nobis effari non licet, etiamsi ab aliis diserte dicta audimus? Sed « videte me, inquit scri-
* Malach. III. 6. » ptura *, quia ipse sum, et non sum mu-
* Ps. CI. 26. » tatus. » Tum et divus psalmista * « alicubi canit: opera manuum tuarum sunt » caeli: ipsi peribunt, tu autem permanes: » ipsi veterascent omnes ceu vestimentum, » et tamquam pallium invertes eos, et in» vertentur; sed tu idem es, et anni tui » non finientur. » Animadverte igitur quomodo edoctus a Deo propheta, ad creatarum rerum naturam mutabilitatem amandat, cuius rei argumenta ordinatim recitat dicens fore ut caeli consenescant; supremo autem Deo immutabilitatem conservat, ipsum eundem fore semper atque immutabilem testans. Sicuti autem non est credendum, ullam esse tam necessariam rem, quae Verbi naturam in id convertere, quod reapse non est, queat; ita nulla vicissim creatura ad deitatis naturam migrare poterit; ne multa deinceps ei contingerent inconvenientia, quae sane inveniabilis blasphemia foret. Certe si aliqua creatura ad deitatis statum naturaliter transiret, nemo iam a recta deviare sententia videretur, si forte diceret eam ex nihilo esse factam, sed ideo materiae particulam sibi sumpsisse, ut existeret: tum corpus aliquando extiturum in substantia non corporali: remque visibilem ac tactui subiectam, fieri postea invisibilem et nullo tactu sentiendam: denique corpus illud vitam vi propriae naturae habere, uti Verbum vitam a patre accepit. Aiunt insuper, ipsum in ea mutatione consubstantialitatem cum natura nostra fuisse adeptum, ne quis forte diserte diceret, vitam ei non inesse: neque esse inconfusum, quicquid corrumpi potest. Tum opinionibus suis dispensationis carnem oppugnant. Iam ego quid dicam? Dominus Deus nobis apparuit, ut corruptionem adversus nos rebellantem destrueret, non vero ut ostenderet naturam suam factam esse participem corruptionis: sed suam factam esse demonstravit carnem illam, quae morti erat mancipata. Sed num iuste aliquando contendet aliquis, Deum Verbum in naturam corpoream esse mutatum? aut versa vice carnem ad Dei naturam migrasse, ut ipsi fieret consubstantialis? Num nos ea credere oportet, quae omnino credenda non sunt?

III. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Verbum de caelo lapsum, et cuius propria caro facta est, revera de caelo advenisse dicitur, vitamque mundo contulisse. Divina caro est itaque, ut iam dixi: nemo tamen recta ratione intellectuque praedi-

tus, idcirco Verbum in carnem mutatum esse sibi persuadebit. Necesse est enim ut sublimissima omnium natura purum statum retineat, id est simplicem sine alterius commixtione, ne forte videatur composita, aut incremento indigens, aut cuiusquam rei particeps quae naturam suam minime deceat, dum in naturae unitatem, sive consubstantialitatem concurrit (1). Nunc acuti intellectus oculo opinionem Confusaneorum scrutemur, dicentium carnem ineffabili ratione sic esse mutatam, ut Deo Verbo consubstantialis evaserit. Cur id, inquam, aut quamobrem? Certe caro ad id sponte sua non fertur, neque id more suo adpetit naturalibus motibus incitata. Ergo falso diceretur caro ad eum finem iussu Dei Verbi pervenisse. An vero dispensationis rationem abominabilem excogitavit, ut carnem ad dignitatem evexisse ipso Verbo maiorem demonstraret, atque ut ea pompatica videretur? Atque audiendus psalmista est *: « sacrificia et oblatio- » nes non expetivisti, holocausta pro pec- » cato noluisti; corpus mihi parasti: ideo » dixi, ecce venio: initio libri scriptum » est de me ut faciam voluntatem tuam, » Deus. » Ergo mosaicae legis sacrificia, patris voluntate non exiguntur, magis vero incarnatio Verbi requiritur, nempe eius humanatio, ut eos qui sub caelo sunt perficiat in gratia per fidem: quam rem misericordiae pacisque causa fecit, prout Deo dignum est. Quonam pacto dicere quis ausit factam ab ipso abominabilem dispensationem illam, quae adeo est venerabilis ac salubris? id quod reapse accidisset, si mutata divinitatis natura in carneam transisset. Paulus quidem sapientissimus scribit *: « sanctum eius corpus, in quo pas- » sus est, cum in tentationem incidit, ut » eis qui tentandi forent opem ferret. » Si verba illa « in quo passus est » delemus, summa rei deletur, itemque suppeditati nobis auxilii scopus. Quod si, ut volunt qui ea verba supprimunt, caro in deitatis substantiam transisse dicitur, ut id quod non erat fieret, iam ipsa caro haud ulterius menti nostrae occurrit: secus enim quae mutationis ratio fuisset, si quod erat, in statu suo permansisset? Quae nostro corpori utilitas accederet a mystico sanctoque sacrificio, cuius suscepti factum est particeps? Quinam eius rei fructus alius fuisset, nisi quod Verbum naturam suam mutare voluisset? Cur nobis ipse dixisset *: « ego sum vitae panis qui de caelo descen- » dit, mundoque vitam aeternam dat. Et » panis, quem ego tribuo, mea caro est, » ob mundi vitam. Qui manducat meam » carnem et bibit meum sanguinem, in me » manet, et ego in eo. » Ergo si caro in id quod non erat mutata est, atque ad sublimiorem naturâ propriâ gradum transiit, id est si eam Verbi voluntas excelsiorem fecit, nobis quoque vim huius mysterii, resque ad id pertinentes ratione alia licebit peragere.

* Ps. XXIX. 7.

* Hebr. II. 18.

* Ioh. XLI. 51. etc.

IV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Ergo incarnationis dogma perspicua veraque fide creditur. Quod si, ut adversarii dicunt, abiecta est caro, et in naturam Verbi mutata, quod ei se copulavit, vana quoque evaderet una cum carnis mutatione salutaris fidei nostrae confessio: immo

(1) Extat graece hic locus apud Anastasium presbyterum a nobis editum Script. vet. T. VII. pp. 10. 15. 27. cum vix aliquot varietatibus sic.

Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ συνουσιαστῶν λόγου.

Καὶ μὴν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβεβηκέναι λέγεται, καὶ ζωὴν διδόναι τῷ κόσμῳ, διὰ τὸν ἄνωθεν καὶ ἐξ οὐρανοῦ καταβάντα λόγον, οὗ καὶ ἰδία γέγονεν ἡ σάρξ· οὐκοῦν θεία μὲν, ὡς ἔφην, ἐστίν· οὐ μὴν ἔτι καὶ εἰς φύσιν θεότητος μεταβαλεῖν ὑποπτεύσοι τίς ἂν, εἴ γε νοῦν ἔχει τὸν εὖ βεβηκότα καὶ δογματικῆς εὐτεχνίας ἐπιστήμονα· δεῖ (sic corr. etiam tom. cit. p. 10.) γὰρ τῇ πάντων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω φύσει, σώζεσθαι καθαρῶς τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀσυμμιγὲς ἑτέρῳ, καὶ τὸ μὴ συντεθεῖσθαι δοκεῖν, ἔν γε τοῖς καθ' ἑαυτὴν ἤγουν προσθήκης δεδεῆσθαί τινος καὶ ἀσυμφυοῦς αὐτῆς πράγματος εἰς κοινωνίαν ἐλθεῖν τὴν ἐν ταυτότητι φύσεως ἤγουν ὁμοουσιότητι.

res tota pessum daretur, cum indidem manante iustificatione; consequenterque nos adhuc in peccatis nostris manemus, neque veterum culparum nostrarum sordes discussae sunt.

V. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Si caro Verbi a nostrae carnis conditione recessisset, superior nobis effecta, quia in deitatem conversa, salutis nostrae basis corrueret, nosque adeo sub mortis peccatique saevitiam recideremus. Sicut domûs murive subrutis infimis fundamentis, universum aedificium dilaberetur, et quicquid illis fulcris superstructum fuerat; ita si Unigeniti cum carne dispensatio vera non esset, res nostrae simul atque in perpetuum everterentur et infirmae fierent. Sic aio pariter, quod si Verbi caro in deitatis naturam mutata fuisset, necessario atque in aeternum a filii hominis appellatione excideret. Cur ergo sapientissimus Paulus di-
* I. Tim. II. 5. xisset *: « unus est Deus, et unus mediator » inter Deum et homines, homo Christus » Iesus, qui dedit se ipsum redemptionem » pro nobis? » Est ipse mediator ut Deus; idemque homo simul, Deum patrem nobis placans: ipse unus est in unica adunatione, in qua sane grandi cum differentia distinguuntur naturae (1): eaedem tamen concurrunt simul in Christum, et in inconfusam adunationem atque insolubilem: similis patri est deitate, similis nobis humanitate: atque ita cognoscitur homo Christus Iesus mediator noster. Quod si abominabilis in eo, ut isti volunt, caro esset, rei summa de medio tolleretur, nec iam ipse inter nos patremque suum mediator esset. Tunc autem quomodo ad illum accederemus? aut certe quis nos illi admoveret? quis demum superesset mediator? Divus Paulus dixit, hominem esse mediatorem. Tum ipse Chri-
* Ioh. XIV. 6. stus inquit *: « nemo venit ad patrem, nisi » per me. » Portentosum est ergo et insania plenum commentum illorum qui naturas confundunt.

VI. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quum filius hominis venerit, num in terra fidem inveniet *? Nunc quaerimus ab * Luc. XVII. 8.
adversariis, quamnam volet hominis filius fidem invenire, cum de caelo descendet, apud eos qui in terra versantur? Vel quidnam de eo opinari possumus? Num forte abiecturus est filii hominis conditionem, an potius in similitudine nostra mansurus, ut homo esse credatur? Quod si longe abesset, ut ipsum aeque ac nos hominem reputare possemus; consequenterne dicere liceret venturum fortasse ceu hominem ut fidem in terra inveniat, et non potius venturum ceu Deum Verbum simplex et absque carne, ut hanc fidem apud terrestres inveniat? Sed quia ipsemet manifeste se filium hominis vocitavit tempore etiam quo de caelo rediturus est *; hinc constat, car- * Matth. XXVI. 6.
nem ab eo in aliud quodvis non fuisse mutatam, sed gloriosam apud eum manere, incorruptibilem, sine macula, atque illa luce fulgentem ad quam nemo potest accedere. Porro haud cum illo tenui, ut primitus, splendore descendet.

VII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Si caro eius ad naturam deitatis ipsius transisset, iam filius hominis esse desineret; palamque omnibus fieret, gloriam adoptionis amitti a nobis, tamquam si primogenitum inter multos fratres diutius non haberemus.

VIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Non apparet Verbum carnem mutasse, quae inconvertibiliter, et absque confusione illi coniuncta est in deitatis natura. Illud potius observamus, merito illam gloria sua magnificasse, honoribusque Deo debitis cumulasse: atque ita tempore suo carnis quo-

(1) Vides heic etiam quantopere Cyrillus abhorreat a Severi monophysitae sententia, qui tamen illius falso auctoritatem sibi praetendebat.

que dispensatoria substantia [de caelo descendet:] quam videntes admiratione perculsi sunt. Hanc reapse oculus vidit, uti
* Act. I. 11. scriptum est *. Sanctorum enim angelorum unus mirantibus ait: « viri galilaei, quid » caelum suspicitis? Hic Iesus qui assum» ptus est a vobis, sic veniet quemadmo» dum vidistis eum euntem in caelos. » Num dicturi estis, visum esse ab iis salientem ad patrem absque carne? id est forma nostra indignanter abiecta, iam non fuisse in corpore visibili, ideoque se commutasse in invisibilem incorruptibilemque naturam? Quis, inquam, haec dicere ausit? Sin contra ita venturus est, uti ascendit; quid ni vere dicetur, cum eodem corpore Verbum, non autem in natura simplici et absque carne, esse venturum?

IX. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

De Christo scripsit sapientissimus quo-
* Philip. III. 21. que Paulus *: « qui immutabit corpus hu» militatis nostrae, ut sit simile corpori » gloriae. » Quid ad haec dicent illi, qui carnem mutatam aiunt in Verbi naturam? Num sanctorum corpora ideo mutantur in deitatis naturam, quia ipsa quoque conformia fiunt corpori gloriae eius? Nonne merae gerrae sunt haec eorum verba, quae inscitia scatent? Si caro ad deitatis naturam, ut aiunt, transiit, quonam demum in corpore Deus Verbum versatur? Est enim deitas incorporea, verissimeque dicimus
* I. Ioh. IV. 12. nemini Deum esse conspicuum *.

X. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed fortasse dicent, carnem haud omnino substantiam suam amisisse; sed cum Deo Verbo semet conmiscuisse naturali quadam adunatione. Ego vero quomodo his occurram? praesertim quia humanum ratiocinium in his torpet, neque propria ut ita dicam in provincia versatur. Nam vel caro inmutabilis est, ideoque in Verbi naturam non mutatur . . . vel in id semper mutatur quod antea ipsa non erat; quam mutationem dum patitur, ab ea stabilitate discedit quae Deum decet, atque ab illa qua naturaliter fruebatur securitate. Tunc autem quonam iure homo posset appellari? Interim sapienter recteque existimandum credo, nullam rem creatam, ad deitatis posse naturam umquam assurgere: id, inquam, inter impossibilia numerandum est. Quod si hi forte idonea argumenta repererint ad persuadendum, fore ut in permixtione naturarum atque insertione, proprietates unius ita conserventur, ut non communicentur alteri, maneatque perfecta singularum definitio, his sane argumentis utantur: tunc enim nos concedemus, permixtione huiusmodi, haud omnem veritatis vim perimi. « (1) Verumtamen si forte » dicant, carnem et Verbum eo modo in» ter se mixta quo liquidi humores solent, » quomodo ignorant, liquida quae invicem » temperantur, vinum puta ac mel, iam » non pura manere ut erant, sed alienae » substantiae adsumptione, in aliud quid» dam transmutari? Si ergo aiunt concre» tam fuisse cum Verbo carnem, necessa» rio prorsus dicendum est utramque di» ctarum rerum a suo priore statu discessis» se, mediumque aliquid ex utraque confe» ctum, diversa prorsus natura praeditum, » quam antea res utraque partiatim erat. »

(1) Sequentem Cyrilli partem, quam uncis includimus, mire conservavit graece Iustinianus imperator in dogmatica ad monachos monophysitas epistola, quam nos primi edidimus Script. vet. T. VII. Ibi ergo p. 295. ita legitur.

Ὁ εν ἁγίοις Κύριλλος κατὰ τῶν συνουσιαστῶν λέγει ταδε.

Εἰ δὲ ὡς ἐν τάξει ὑγρῶν ἀναμεμίχθαι φασὶν ἀλλήλοις σάρκα τὲ καὶ λόγον, πῶς ἠγνόησαν ὅτι τὰ ἀλλήλοις ἀνακιρνάμενα τῶν ὑγρῶν, οἶνος φέρε εἰπεῖν καὶ μελι, ὃ μὲν ἦσαν, εἰσὶ καθαρῶς οὐκέτι, προσλήψει δὲ μᾶλλον τῆς ἑτεροειδοῦς ποιότητος, εἰς ἕτερόν τι μεθίσταται; οὐκοῦν εἰ συγκεκρᾶσθαι φασὶ τῷ λόγῳ τὴν σάρκα, πᾶσα πως ἀνάγκη λέγειν ἑκάτερον τῶν ὠνομασμένων ἀποστῆναι μὲν τοῦ εἶναι ὃ ἦν, ἓν δέ τι τὸ ἀμφοῖν ἀποτελέσαι μέσον, ἑτεροφυές που πάντως, ἢ ὅπερ ἦν ἑκάτερον ἀνὰ μέρος.

Nunc ego adversarios sciscitari vellem, quem ad statum transisse putent Verbi naturam dum carni mixta est? quandoquidem in priore certe statu non mansisset: anne commixtio Verbum a propria conditione depulerit, ac sua virtute minuerit ad inferiora detractum? Sin alterutrum aiunt perfectius apparuisse, hanc quidem perfectionem carni potius attribuendam censerent; constaret enim ipsam ad sublimiorem statum evectam. Sin vero secus est, Verbumque potius ad rem minorem semet inclinavit, num caro Verbo nocuit, sicuti nosmet gravat nostra natura? Nos interim recte dicimus, Verbum semet ad exinanitionem demisisse, nostramque formam assumpsisse, haud sane ut quicquam in sua se passum natura demonstraret, sed ut nos de carne erigeret, qui carne et sanguine compacti sumus, atque ab humana conditione elevatos, Dei filios efficeret. Sin contra, ut isti veteratores aiunt, commiscuit se carni Verbum, atque id quod non fuerat effectum est, quomodo ipsum sua dignitate minutum iure negarent, non intelligo. An vero dum Dei affectat similitudinem, formam suam personamque amisit, nec priorem cum illo aequalitatem retinuit, sed humiliore loco depressum, naturae gloriaeque suae deminutionem passum est?

XI. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Molestissimum est tolerare aliquid e multis quae isti dicunt pessimis: quamobrem videtur mihi ab his absurdis opinionibus recedendum. Ergone commixtionem fugimus? Utique damnum pariter ab ea scatens vitamus. Aliud quoque argumentum proferent, divum scilicet Paulum ita scribentem *: « etsi Christum in carne novimus, nunc non item. » Si ergo dicimus Christum in carne iam non agnosci, necessario carnem in Verbi naturam mutatam adfirmamus, ut tamquam Dei caro agnoscatur. Atqui aliquis forsan ad haec ilico responderet: num Paulus cum de nobis aiebat *: « qui in carne sunt, placere » Deo nequeunt; vos tamen haud in carne » versamini sed in spiritu » an, inquam, carne nos et sanguine carere cognoverat? Ergo hoc de incorporeis spiritibus dixit. Porro quid ni stolidum detestandumque sit, si quis carnem id est carnis passiones Domino attribuat? Servator enim omnium Christus immaculatus est, atque omni peccandi facultate carens. Cum autem is dicitur in carne non cognosci, intelligendum est, eum in infirmitatibus carnis iam non cognosci.

* II. Cor. V. 16.

* Rom. VIII. 8.

XII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Ieiunavit igitur, esuriit, longo itinere lassatus est, itemque cruci fixus obiit: atque haec omnia perpessus est, haud tamen in deitatis natura (neque enim imaginari licet passibilem esse divinam naturam) sed in carne sua potius. Iam quum ipse vita sit mortemque calcaverit, humanam nobis naturam ad incorruptibilitatem vitamque renovavit. Ipse vero nunc omni humana infirmitate carere conspicitur, sicuti recte dictum fuit; nempe in carne non cognoscitur, id est in carnis infirmitate, ut ait mysteriorum eius minister.

XIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quum autem mortem, nostri causa, in carne gustasset, pariter cum corpore ascendit. Quumque Iudaeorum turbae praedixisset *: destruite templum hoc, et tribus diebus rursus erigam; revera restauratum est, quod fuerat destructum. Destructam vero carnem dicimus, non Verbi naturam, quod fieri nequit.

* Ioh. II 19.

XIV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Iam quum apostolis ipse noster salvator Christus persuaserit, se de morte suscitatum, carnem pedes manusque habentem, seque non esse spiritum manifeste demonstraverit; cur iam quisquam suspicetur carnem esse mutatam in deitatis naturam, neque aliquid passam, neque destructam mor-

tem, cum in vitam post tertium diem rediit, suisque discipulis conspicuum se fecit?

XV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quis sanctorum patrum haec tam dura praedixit, et impossibilia, nec hilum veritatis habentia? Quis apostolorum aut evangelistarum verba huiusmodi protulit? Profecto nemo. Confundantur itaque qui ex corde suo, non ex Domini ore loquuntur, uti scriptum est *. Nos autem orthodoxiae legibus subiecti, quae tam diligenter stabilita fuit, sectandae sanctorum patrum rectae doctrinae operam demus: neque vanis vociferantium nonnullorum, qui nihil intelligunt, dictis auscultemus, ita ut quae minime decent opinemur: sed ubique veritati adhaerentes, mentemque sacrarum scripturarum oraculis intendentes, dicamus Domini carnem intelligente anima esse informatam, eamque divinam credamus, immaculatam, gloriosam, ideoque et alios vivificantem ac sanctificantem, utpote quae Verbi propria fuit, a Deo patre et non aliunde geniti; eamque numquam carnem in naturam deitatis mutatam adfirmemus.

* Hier. XXXIII. 16.

XVI. *Sanctus Cyrillus in libro adversus Diodorum Tarsi episcopum* (1), *qui incipit: ante omnia veritas, quam nihil coarguit, nosque ipsi recte de illa loqui novimus.*

Quid ni oportebat ab eo potius demonstrari, quid inter carnis et deitatis attributa intersit? Aio igitur, in singulis nuper nominatis rebus, sive corporeis sive secus, carnem esse quae de humana forma sumpta fuit; Verbum autem quod e patris substantia prodiit. Haud idcirco tamen dividendus in duos est unicus ille noster dominus Iesus Christus.

XVII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Dicimus Domini carnem anima intelligente esse animatam. Saepe nos hoc diximus, et nunc quoque rem ita se habere denuo adfirmamus.

XVIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed Diodorum quoque audiamus. Sin vero tu id dicis de Nazareno, nempe si hominem appellas hunc, qui adsumptus fuit, ostende nobis, nihil dissimulans, externam personam; tuamque diserte sententiam expone, neque carnem inanimem dicas. – Atqui audientes tu fallere putas, quia constanter nos adfirmavimus, carnem pro sua ratione ac natura differre a Verbo, quod de Deo patre natum est. Haec tamen propria eius caro fuit propter inseparabilem coniunctionem.

XIX. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Immo potius unus idemque filius est, ut perspicue cognoscitur, de substantia Dei patris secundum divinitatem, et ex nobis

(1) Liberatus diaconus in breviario cap. X. sic: *Cyrillus tres scripsit libros adversus Diodorum et Theodorum, quasi nestoriani dogmatis auctores.* Alia veterum de hac re testimonia collegit Fabricius in B. gr. ed. nov. T. IX. p. 495, quae cumulare opus non est, praesertim quia non pauca illorum librorum fragmenta in quinta generali synodo collat. V. recitantur; quibus alia nova nunc a nobis accedunt ex syriacis bibliothecae vaticanae codicibus eruta. Quare frustra est Facundus hermianensis lib. VIII. 6. et alibi, dum de Cyrilli libris contra Theodorum dubitare vult, quia nempe parum ei placet, talem tantumque virum adversatum fuisse Theodoro, cui ipse toto suo opere patrocinatur. Facundi falsam opinionem alios quosdam participasse, ex eodem Liberato cap. cit. cognoscimus. Denique adnoto, fragmentum item cyrilliani operis a Facundo lib. III. 6. recitatum, a nostris his differre. Contra Diodori Theodorique infames sententias gravissime invehitur Cyrillus epist. ad Iohannem antioch. Opp. T. V. part. 2. p. 195. D. Quo loco etiam poenitet eum quod illos olim imprudens laudasset, cuius rei testis est Leontius de sectis act. IV. 3, ubi tamen adnotatur Chrysostomum quoque et Basilium iisdem hominibus laudem attribuisse, propterea quod arianos Macedonium et Apollinarem refutavissent. In collectione canonica Ebediesu nestoriani (p. 130.) a nobis edita Script. vet. T. X. Diodorus, Theodorus, atque Nestorius dicuntur sectae splendida et sanctissima luminaria. Fuit igitur congruum ut Cyrillus Nestorii strenuissimus adversarius, contra Diodorum quoque atque Theodorum arma expediret. Confer etiam Photium apud nos Spicil. rom. T. X. p. 456.

secundum humanitatem. Nempe etiam propheta, uti Moyses, appellatus fuit, itemque de stirpe Davidis. Neque eius agnomen removeamus; nam dispensationis eius virtutem rationemque satis novimus. Neque proprie templum fuit, quod adtinet ad eius naturam; etenim Deum esse apparet. Quod si animae a corpore suo separationem permisit, separata nihilominus ad eum pertinebat, haud secus quam singulis nobis proprium corpus.

XX. *Idem Cyrillus in eodem libro. (Extat hic locus etiam apud Severum antiochenum in opere inedito, quod inscribitur Philalethes.)*

Proprium est itaque divinae naturae, ut ante omnia saecula sit. Peculiare pariter Verbi eiusdem fuit, ut postremis temporibus carne praeditum nasceretur. Porro nativitas eius de Virgine, causa Verbo non fuit existendi, sed eius in carne manifestationis. Profecto non est Verbum mortale de mortali, sed de vivente patre vivens: propriumque ipsius evasit, qui vita est, mortale corpus de mortali natum, et morti obnoxium: ut in illo cum morte confligens, et e mortuis resurgens, in incorruptibilitatem id ipsum vindicaret, mortique superius demonstraret, etiamsi id natura sua in mortis mancipio erat. Debilitata est autem mors ex quo cum vitae corpore proelium conseruit.

XXI. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Nunc breviter, si placet, transgredientes ad considerandam servatoris nostri Christi personam, diversam esse comperimus naturam, cui imposita est. Interim ipse persona hypostatica est atque absoluta, humanitas et divinitas; diciturque summus pontifex, factor et factus.

XXII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Sed fortasse tu dicis: ergo non habitavit in illo plenitudo universa divinitatis corporea ratione. Verum hoc, inquam, est; nemoque sacrae scripturae contradicit. Nos tamen dicimus, filii divinitatem haud alieno in corpore, sed in suo potius templo habitasse, velut in homine anima, quae licet a carne differens, attamen una cum carne naturam hominis perficit, ut sit Petrus vel Paulus. Hoc immo evidentius in Christo est. Neque tamen idcirco dicimus, Dei Verbum animae officio in corpore functum, quae pessima nonnullorum opinio est, sed sanctum eius corpus intelligente anima dicimus esse animatum.

XXIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Dei Verbum vere in omnibus perfectum est, neque incremento indiget. Natum autem perfectum de patre est, sapientia de sapientia, potentia de potentia. Et quia naturâ inmutabile est, nihil ei templum in quo stetit nocuit, sed perfectam retinuit sapientiam, potentiam, et reliqua omnia. Caro utique crescebat viribus paulatim aucta, prout humanae naturae iura ferunt. Verbum autem carni unitum paulatim sapientiam suam manifestabat, quae corporis incrementum comitabatur, et corporis se staturae adamussim accommodabat.

XXIV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Ergo ad similitudinem nostram particeps fuit carnis et sanguinis. Cumque mortem carni suae applicuisset, ipsamque mortem destruxisset, corpora mortalia nostra ad incorruptibilitatem direxit, ut carneorum membrorum rebellem legem ab ea tyrannide qua nos premebat deiiceret. Secus enim vita morti non esset dominata, nisi Verbum mortalis corporis fuisset particeps: neque item cupiditatum naturalium stimulus retusus fuisset, nisi Verbi corpus ex humana nostra natura sumptum fuisset.

XXV. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Inanimem haud dicimus carnem illam Verbo unitam, quae de semine Davidis est.

Nemini item opinari licet, Verbum templo suo sancto instar animae intellectusque fuisse. Neque postremo illum, qui de semine est, per se solum appellare filium solemus.

XXVI. *Sanctus Cyrillus in secundo libro adversus Theodorum, qui incipit: ii qui sacrum puro intellectus oculo librum scrutati sunt* (1).

* Matth. XXIII. 10.

Discipulis aiebat *: « neminem in terra » magistrum appelletis; unus est enim do- » ctor vester Christus. » Dum ita apostolos hortabatur, haud certe deitatem a visibili corpore separabat; neque ipse Christus semet ab anima et carne divisum reputabat. Sic ergo quum Deus esset et homo, nempe visibili forma servus, intellectuali notitia dominus, deitatis excelsitatem sub humili humanitatis sensu celabat: vicissimque visibilis corporis humilitatem, divinitatis efficacia extollebat.

Iohannis caesariensis adnotatio.

Locus suprascriptus a Cyrillo contra Theodori doctrinam productus, auctorem habet Theophilum alexandrinum episcopum.

Cyrillus in alia sententia eiusdem libri contra Theodori doctrinam; quae particula extat in prima ad Cledonium epistola Gregorii nazianzeni ad Cledonium. *Incipit fragmentum:* ne homines isti alios decipiant. *Desinit:* totus homo in peccatum lapsus refingatur.

XXVII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Quum unigenitus se incarnaverit, qui vita suapte natura est, regressa est ad vitam natura hominis. Ipse vero caput omnium est, ideoque vivificans illud patris Verbum carnem sibi propriam adscivit quae in mortis mancipio erat, ut dum eam morti corruptelaeque superiorem efficeret, idem nobis donum impertiretur. Atque ut in mortis potestatem Adami causa incidimus, ita per Christum a mortis saevitia liberati, denuo tendimus ad immortalitatem.

XXVIII. *Idem Cyrillus in tertio contra Theodorum Mopsuestiae episcopum libro, qui incipit: nostra forsitan verba dura sunt.*

Audi nos itaque atque intellige, o homo, mysterii profunditatem, quod cum sacrorum librorum orthodoxia scopoque consentit. Deitas a carne, id est humana natura, differt secundum utriusque propriam rationem. Secus quomodo nobis similis evasisset, quandoquidem Dei Verbum in suo prorsus statu permansit? Verum si carni eius inseparabilem adunationem adtribuas, neque eam sua veste spolies, unicum tunc filium adorabis patri consubstantialem divinitate, nobis item consubstantialem humanitate. Porro qui ita opinari decernunt, eis Christus lumen suppeditat ad suimet mysterium cognoscendum.

XXIX. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Hominis quae in Christo est natura, honoratur sane ac sanctificatur; verumtamen quatenus Deus est, baptismo non indigebat, neque Spiritus sancti dono, quandoquidem ipsum Spiritum idem donat.

Ex inedito Philalethe Severi antiocheni in codice syriaco vaticano.

XXX. *Diodorus Tarsi episcopus impii Nestorii magister (ita scripsit.)*

Quum adhuc Mariae esset caro illa, necdum adsumpta, terrena erat, neque ullatenus a ceteris carnibus differebat: sed in nativitate demum honore aucta est. Sic Dominus dum in Virginis utero esset, atque ad illius substantiam adhuc adtineret, honore filii carebat. Quum autem conformatus est, templumque Dei Verbi effectus recepto Unigenito, honorem nominis adeptus est, ex quo illi gloria accessit (2).

(1) Ergo ex tribus illis libris, quos veteres dicunt a Cyrillo scriptos contra Diodorum ac Theodorum, primus reapse contra Diodorum erat, duo reliqui contra Theodorum, ut ex ipsorum initiis constat.

(2) Vides putam haeresim nestorianam, quam in sequente fragmento retundit Cyrillus.

XXXI. *Idem Cyrillus contra Diodori scriptum.*

Praeclarissime! Aio, verba quae nemo docuit sed a te publice pronunciantur, gravissimis sordibus inquinari. Sancta illa caro, quae Mariae fuit, iam inde a primo conceptûs momento, sive in utero existentiae, sancta fuit, utpote Christi corpus: nemoque vel tenuem concedit temporis fuisse articulum, quo illa communis ceterisque carnibus similis fuerit, ut a te dictum est, et non potius Verbi caro.

Ex Severi antiocheni apologia pro opere suo quod inscribitur Philalethes, in codice vat. syr.

XXXII. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Sicuti etiam idem Verbum, de patris substantia genitum, Abrahami semen in carne adprehendit; idque per dispensationis mysterium, sine propriae substantiae detrimento. Etenim quum esset natura Deus, verus quoque hominis filius factus est: et qui filius patri Deo est, non est illi extraneus, neque falsum filii nomen gerit: etenim reapse ex illo natus est ineffabili arcanoque modo, quamquam nonnisi in carne post adunationem cognoscatur. Tu ergo dum eius tantummodo transmutationem admittis in carnem inanimem intellectuque carentem, unicum illum in duos dividis filios, veritatem hanc quod unus sit filius impie respuens.

Ex eadem Severi antiocheni apologia in eodem codice.

XXXIII. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Saepe iam diximus, quo tempore capitulorum omnium apologiam quodammodo fecimus (1), non propterea quod naturae ad adunationem accesserunt, idcirco dualitatem (in Christo) esse admittendam. Etenim sicut homo quamvis ex anima rationali et corpore compositus, unus est neque in duo dividitur, idque totum dicitur animal rationale ac mortale, quamquam reapse una in parte mortale, in alia rationale; sic etiam Emmanuel, quum sit unus, divinitate et humanitate constans, quarum per se utraque perfecta est, idem Deus est et homo, mortalis et immortalis, temporalis et prior omnibus saeculis, palpabilis et impalpabilis, visibilis et invisibilis. Nam si ille naturâ suâ immortalis, nihil sumpsisset a mortali natura, id est Abrahami semine, haud nos equidem renovati essemus atque ad immortalitatem erecti; vanaque nostra fides foret, et in peccatis nostris adhuc iaceremus.

Ex quaestionibus Severi antiocheni cum haereticis, in alio cod. syr. vat.

XXXIV. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Sanctum enim est ac sine peccato corpus Christi Dei servatorisque nostri: et quod quidem ad culpam adtinet, iam inde a primo incarnationis momento incorruptibile fuit, atque in ea qualitate non est ei ulla nobiscum communio vel similitudo: etenim alia quavis re nobis est similis praeter quam culpa. Ceteroqui eandem carnem eundemque sanguinem uti nos participavit, ut ait apostolus. O mi reverende qui stulta ac turpissima verba effutis; sacrum quidem corpus illud de Maria sumptum, infirmitati erat obnoxium, sed tamen iam inde ab eius concretionis initio, et in utero subsistentiae, sanctum utique semper fuit, quia Christi corpus erat, nullumque temporis intervallum fuit, quo il-

(1) Intellige apologiam contra orientales episcopos. Sed tamen de capitulis quoque Theodori ac Diodori a se refutatis loquitur Cyrillus in epistola ad Acacium melitenensem episcopum Opp. T. V. part. 2. p. 198. *Inspectis Theodori ac Diodori libris, quos scripserunt non de incarnatione Unigeniti, sed magis contra incarnationem, posui aliqua ex capitulis, et quo potui modo contradixi eis, declarans abominatione prorsus plenam esse sententiam ipsorum.*

lud non possederit. Porro simplex, ut ais, est, ceteris carnibus comparatum.

XXXV. Idem Cyrillus apud Severi apologeticum contra Iulianum halicarnassensem, in codice syr. vat.

Participavit igitur aeque ac nos carnem et sanguinem, ut in carne sua daemonium oppugnaret, eoque profligato, mortalia nostra corpora ad immortalitatem transferret, iugoque legis subtraheret, quae adversus membra carnis praevaluerat. Haud aliter vitam mortemque inter se proelio committere poterat, nisi mortali corpore usus fuisset: neque cupiditatum nostrarum stimulum obtudisset, nisi de figmento nostro corpus sumpsisset.

Ex libris Severi adversus Iulianum halic. in codice syr. vat.

XXXVI. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Haec est, o noster sodalis, naturae humanae definitio, quae dicitur substantia animalis, rationalis, atque mortalis.

XXXVII. *Idem Cyrillus adversus Theodorum.*

Ille autem ore suo dilatato, et laxatis blasphemiae habenis, dixit Christi imperfectam sanctitatem fuisse, neque eius culmen attigisse ante quam Spiritus sanctus sub columbae specie in eum descendisset. Quid ni autem perfectus erat? Certe qui est imperfectus, peccato carere nequit: etenim qui una in parte sanctus creditur, in alia infirmus putatur. Alioqui quinam iste defectus erat, quem ei Spiritus sanctus supplevit, ut altera quoque pars perfecta evaderet, atque diaboli impetum frangeret, ut adversarius adserit? Porro non sanctus tantummodo, et quidem perfectissime erat, verum etiam plena potentia is praeditus erat, qui dolores atque omne genus infirmitatis sanabat. – Quum Deus suapte natura esset, verusque Dei patris filius, humanam formam sibi induit, suam faciens carnem illam quam de sancta Virgine sumpsit, quae profecto caro Dei est, et potestate divina pollens. Idcirco Christus vivificans quoque fuit, et infirmitatum sanator, mortisque destructor.

XXXVIII. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Audes etiam herilibus formis illum induere, qui, ut ais, homo est de Maria, et qui initio a nobis nullatenus diversus erat aut superior, sed postea multo conamine filii nomen gloriamque divinam promeritus est, postea quam scilicet de ventre exierat. Igitur duo, te censente, sunt filii; novusque Deus est Christus, qui a Deo supernaturali honore adfectus est, magis aliquanto quam reliquae creaturae; ut cum simplici homine adoretur is qui lapsu temporis, nec nisi sub finem gloriam possedit, factusque est Trinitatis complementum, naturâ aequalis.

XXXIX. *Idem Cyrillus adversus Diodorum.*

Namque ut passus dolores in carne, nihilominus in suae deitatis natura impassibilis mansit; sic aio, et dum cresceret, perfectum omnino fuisse. Et cum sapientia augeri credebatur, tunc ipse redundans sapientiae fons erat, a quo ceteri omnes sapientiam hauriunt.

Ex iisdem Severi libris adversus Iulianum halicarnassensem.

XL. *Cyrillus in tractatibus quibus Matthaeum explanavit, de Petri socru eiusque sanatione loquens.*

Etenim sanitatem tribuit uti Deus, dum iacenti illi manus suae contractum largitus est. Cur id, inquam? Nempe ut demonstraret, corpus suum pari ac naturam divinam potestate praeditum esse infirmos sanandi. Quippe illud corpus haud hominis

erat, sed Verbi omnia pro sua voluntate administrantis.

XLI. *Idem Cyrillus libro IX. in evangelium Matthaei.*

Non quod humanam corporis formam amiserit, sed quia id circumdedit lucente gloria, et indecoram carnis conditionem honorabili specie vestivit, ceu optime Paulus dixit: « seminatur in ignominia, resur» git in gloria. » Quid autem corpus est? Scilicet nuda caro, quae naturali nulla circumdatur gloria, immo ignominia tantummodo et naturae infirmitate laborat. Verumtamen in resurrectione, digna Deo mutatio accidet, nempe in divinae lucentisque gloriae stolam. « Etenim iusti veluti sol » splendebunt in regno patris ipsorum » ut ipse ait Salvator noster, gloriâ videlicet divinae substantiae propriâ.

XLII. *Idem Cyrillus in libro XIII.*

Etenim per resurrectionem a mortuis, iterum humana natura imputribilitatis capax est facta: quae res coepit in Christo, qui idcirco secundus Adam, primus dormientium, et primogenitus ex mortuis vocitatur.

XLIII. *Idem Cyrillus in eodem libro.*

Maestus fuit dolensque Servator noster, nostrasque passiones pertulit, etiamsi Deus esset dolore omni liber et excelsior, ut nos scilicet veram in ipso humanitatem agnoscamus. Etenim scriptum est, eum itinere fuisse lassatum, licet dominus virtutum sit rerumque omnium potestas. Similiter esuriisse dicitur, qui tamen est panis vivus de caelo descendens, vitamque orbi tribuens. Sic item tristitiam passus, qui alioqui totus in laetitia, suavitate, gaudioque versatur. Profecto nos dicimus Verbum Dei impassibile, inviolabile, manifesteque Deum, numquam esse in sua divina natura expertum passiones. Sed quia communia ei fuerunt quae sunt propria humanitatis, vicissim ea quae sunt Verbi Dei propria, eique tantummodo convenientia, communia carni evaserunt, propter ineffabilem inexplicabilemque unionem. Et cum caelo Verbum descendit, nequaquam carnem secum caelo descendisse ait; nemo enim ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo filius hominis. Post haec, supplicio quoque se obtulit, ut nos poena peccatisque liberaret; etenim livore eius sanati sumus.

XLIV. *Idem Cyrillus homilia XXVIII. in Lucam.*

Etiamsi igitur suamet natura Deus est, nihilominus factus homo, dicitur nomen accepisse a Deo patre quod est super omne nomen, ut et Deus crederetur, et omnium rex simul cum carne cui se copulavit. Passus autem nostri causa crucis supplicium, et morte in suo corpore per resurrectionem destructa, ascendit ad patrem.

XLV. *Idem Cyrillus homilia XLV.*

Solius propria est excelsae naturae, suscitandi mortuos facultas: sola haec possidet immortalitatem: ab ipsa vero, quicumque ab inferis revocantur, motum vitamque mutuantur.

XLVI. *Idem Cyrillus in explanatione epistolae (I) ad Corinthios* (1).

Heic opus est ut de eo *(Christo)* dicatur, non solum omnino esse mortuum, verum etiam sindone involutum; quae res Emmanuelis obitum prorsus testatur. Insuper in sepulcro derelictus est, unde revixit, ut modo dixi. Ergo in corpore cum sit mortuus, prorsus nobis persuasit corpus habuisse. Tunc autem cum Dei Verbum mortem conculcavit, recte se Deum naturâ demonstravit; quia sicut humanitus agens, mortem pertulit; ita divinitus operans, mortem devicit (2).

(1) Confer editionem nostram explanationis Cyrilli in I. ad Corinth. gr. p. 70, lat. 47. cum adn. 1.
(2) Hactenus Cyrilli fragmenta ex syriacis bibliothecae vaticanae codicibus sumpsimus.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΑ ΑΣΜΑΤΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ (1).

SANCTI CYRILLI ALEXANDRINI

IN CANTICA CANTICORUM

COMMENTARII RELIQUIAE.

Unguentum effusum nomen tuum.

Significat Unigeniti invocatum apud omnes gentes nomen, quo hae nimirum suaviter ei olent, appellationem eius (id est Christianorum) gerentes.

Propterea adulescentulae etc.

Adulescentulae instar etiam Paulus erat, dum diceret: omnia possum in eo qui me confortat. Ideo summopere quoque amabat dicens: quis nos separabit a caritate Christi? Quomodo autem illum traxerunt? nimirum vestigia eius sectantes et evangelicis fruentes unguentis. Quod si currimus, ut mox ait adulescentularum sermo, par facimus dicto: post dominum Deum ambulabimus. – Regnum quodammodo appellat heic cubiculum.

Posuerunt me custodem etc.

Fortasse semet incusat, quod propriam vineam non custodiverit, sinens potius eam abs quolibet praetereunte diripi; quam in saltu corrumpi contigerit, atque ab apro silvestri vastari. Contra fortasse Deum laudat, quod quum ipsa propriam vineam custodire nequiverit, dum illam neque excoluit neque protexit, nihilominus adeo profecit, ut plures vineas custodire potuerit. – Nimirum matris suae filios dicit

Μῦρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. Cap. I. 2.

Δηλοῖ δὲ καὶ τὴν εἰς πάντα τὰ ἔθνη τοῦ μονογενοῦς κληθεῖσαν ἐπωνυμίαν, καθ' ὃ πάντα τὰ ἔθνη εὐωδιάζουσι πρὸς αὐτὸν τὴν αὐτοῦ φέροντα προσηγορίαν.

Διὰ τοῦτο νεάνιδες κ. τ. λ. v. 3.

Νεάνις ἦν καὶ Παῦλος, πάντα λέγων * * Philip. IV. 13.
ἰσχύω ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί με Χριστῷ· διὸ
καὶ λίαν ἠγάπησε φάσκων· * τίς ἡμᾶς χω- * Rom. VIII. 35.
ρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; Πῶς δὲ αὐ-
τὸν εἵλκυσαν: ἀκολουθήσασαι τοῖς ἴχνε-
σιν αὐτοῦ, καὶ τῶν εὐαγγελικῶν ἀπολαύ-
σασαι μύρων· εἰ δὲ δραμοῦμεν, ἔχων * * cod. ἔχον.
τῶν νεανίδων ὁ λόγος, κατὰ τὸ ὀπίσω κυ-
ρίου τοῦ θεοῦ πορευσόμεθα. – Ἥν τινα
βασιλείαν ταμιεῖον ἐν τοῖς παροῦσι προσ-
αγορεύει.

Ἔθεντό με φυλάκισσαν κ. τ. λ. v. 5.

Τάχα δὲ κατηγορεῖ ἑαυτῆς, ὅτι τὸν ἴδιον οὐκ ἐφύλαξεν ἀμπελῶνα, πορθεῖν αὐτὸν ἀφεῖσα πάντα τὸν παραπορευόμενον τὴν ὁδόν· λυμήνασθαί τε αὐτὸν ὗν ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸν ἄγριον κατανεμήσασθαι αὐτόν· τάχα δὲ καὶ δοξάζει τὸν θεόν, ὅτι μὴ δυνηθεῖσα φυλάξαι τὸν ἴδιον ἀμπελῶνα, τῷ μήτε γεωργῆσαι μήτε φυλάξαι ἐπὶ τοσοῦτον προέκοψεν, ὡς πολλοὺς ἀμπελῶνας δυνηθῆναι φυλάξαι. – Ἤγουν υἱοὺς μητρὸς αὐτῆς λέγει

(1) Sancti Cyrilli alex. fragmenta haec commentarii ad canticum Salomonis edidi olim graece tantummodo in catena Procopii AA. class. T. IX. Nunc autem, quoniam novis omnibus Cyrilli scriptis colligendis operam do, eadem heic, inspecto rursus codice, exhibeo, latina etiam addita interpretatione.

τῆς συναγωγῆς, τοὺς γραμματεῖς καὶ φαρι-
σαίους, οἵτινες ἐπολέμουν τοῖς πιστεύουσιν εἰς
Χριστὸν, τηρεῖν ἐντελλόμενοι τὴν κατὰ τὸν νόμον
λατρείαν· αὕτη γὰρ ἀμπελών· ἀλλ' ἐγὼ ταύ-
την φησὶν οὐκ ἐφύλαξα· ἅτινα γὰρ ἦν μοι
κέρδη, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζη-
* Philip. III. 7. μίαν, ὡς φησὶν ὁ μακάριος Παῦλος *.

v. 6. Ὡς περιβαλλομένη (1) ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου.

Ἑταίρους αὐτοῦ τοὺς ἀποστόλους καλεῖ·
* Ioh. XV. 15. ἔφη γάρ· * οὐκ ἔτι λέγω ὑμᾶς δούλους ἀλλὰ
φίλους· φίλοι γὰρ ἐστέ· περιβαλλομένη δὲ λέ-
* II. Cor. III. 15. γει καλυπτομένη· λέγοντος Παύλου *, ὅτι
ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας, ἡνίκα ἀναγινώ-
σκεται Μωϋσῆς, κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν
αὐτῶν κεῖται· φωνὴ οὖν, ἡ μετανοοῦσα συν-
αγωγὴ πρὸς Χριστὸν, δήλωσόν μοι σαυτὸν,
* cod. μοί. ὅπως μὴ *, τῶν ἑταίρων σου ποιμαίνων τὰς
ἐκκλησίας, ἐγὼ ἐπὶ τὴν καρδίαν μείνω τὸ
κάλυμμα ἔχουσα.

v. 7. Ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτην.

Ἤγουν, εἰ μὴ μετανοήσῃς, φησὶν, ὀπί-
σω τῶν ἐθνῶν εὑρεθήσῃ· ἅτε μὴ ἔχουσα καρ-
ποὺς δικαιοσύνης, ἄκαρπος μένουσα, καὶ
ὀπίσω ποιμνίων ὧν ἐμαυτῷ συνεστησάμην.

v. 8. Τῇ ἵππῳ μου ὡμοίωσά σε.

Ἤγουν δεξαμένη τὴν ἐμὴν ὦ ἐκκλησία
πίστιν, τοῖς ἀποστόλοις εἰκάσθης· περὶ ὧν
* Habac. III. 7. τὸ *, ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ
ἱππασία σου σωτηρία· οἳ καὶ κατὰ τῶν ἁρμάτων
εὐτρεπίσθησαν τοῦ νοητοῦ Φαραώ.

v. 9. Σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος.

Ἤγουν τὴν αἰδῶ τὴν πρὸς τὸν νυμφίον παρ-
ίστησι διὰ τῆς τρυγόνος· ἐρυθραὶ γὰρ τῆς τρυ-
γόνος αἱ σιαγόνες· τῇ δὲ συναγωγῇ τοὐ-
ναντίον, ὄψις πόρνης ἐγένετό σοι, ἀπηναι-
* Hier. III. 3. σχύντησας πρὸς πάντας *. — Λέγει τρά-
χηλον τὸ ὑποτακτικὸν τῆς ψυχῆς· πῶς γὰρ
κόσμος καλὸς, αὐχὴν μελετήσας φέρειν τὸν
Χριστοῦ τὸν ζυγόν.

v. 10. Ἤγουν ἀργύριον μὲν ἐν τῇ γραφῇ συν-
ήθως, ἡ θεία διδασκαλία· χρυσίον δὲ, τὰ
θεῖα χαρίσματα· πάντα δὲ πρὸ τῆς ἐπιδη-
μίας Χριστοῦ, ὁμοιώματα ἦν καὶ σκιὰ τῶν

alumnos synagogae, scribas ac pharisaeos, qui fideles Christi oppugnabant, legalem cultum retinere iubentes. Haec enim vinea erat. Sed ego hanc, inquit, non custodivi: quae enim fuerunt mihi lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimentum, ut beatus ait Paulus.

Sicut obvoluta super greges sodalium tuorum.

Sodales suos apostolos appellat. Dixit enim: iam non dico vos servos sed amicos. Quippe amici estis. Obvoluta autem dicitur pro adoperta. Ait enim Paulus: usque in hodiernum diem, dum legitur Moyses, velamen supra cor eorum iacet. Vox itaque, synagoga est resipiscens ad Christum, dicensque: ostende te mihi, ne posteaquam sodalium tuorum paveris ecclesias, ego adhuc maneam velamen habens supra cor meum.

Nisi cognoveris te.

Id est, nisi resipueris, inquit, post ethnicos inveniêris; ceu quae fructus iustitiae non habueris, manens sterilis, retroque greges illos quos mihi confeci.

Equae meae assimilavi te.

Videlicet, o ecclesia, quae fidem meam recepisti, apostolis assimilata es; de quibus dictum: ascendes super equos tuos; et equitatus tuus, salus. Qui etiam adversus currus armantur spiritalis Pharaonis.

Genae tuae ut turturis.

Nempe verecundiam suam erga sponsum, turturis similitudine denotat. Turturis enim genae rubescunt. Synagogae vero dictum contra: facies meretricis tibi est, impudenter ad omnes te habuisti. – Collum dicit animam morigeram. Nam pulcri ornamenti genus est, si quis Christi iugum ferre gloriatur.

Argentum apud sacras litteras divinam doctrinam significat; aurum, divina dona. Cuncta vero ante Christi adventum, similitudinis instar erant et umbrae futurorum,

(1) Notissimum est, vulgatum lat. textum sequi hebraicam lectionem, a qua graecus textus non semel differt. Itaque etiam Nobilius noster in romana editione bibliorum graecorum novam interpretationem lat. necessario fecit, quam nos in citatis textibus saepe sequimur.

ut apostolus ait, bonorum. Porro resurgens Christus perfecta hominibus donavit: namque ante resurrectionem, similitudines tantum habuimus a laudatoribus eius lege et prophetis.

Nardo stactisque alligamento sepultura Christi significatur; quae Nicodemus ferens corpus eius involvit. Ubera autem tamquam duo testamenta gerit sponsa, inter quae Christus demoratur.

Pulcram eam dicit, haud sicut antea inter mulieres dixerat; sed dum heic eam proximae titulo denotat, sponsae laudem duplicat sponsus, dotes eius theoreticas simul practicasque commendans. Iam oculos, mentis cordisque dicit; columbaeque oculos propter perspicaciam, quod etiam de Spiritu dato accipitur. Ait ergo, sponsam mente auctam quae Deum solum spectat. Oculi autem sunt etiam innocui acuteque cernentes ecclesiae magistri.

Ego flos campi, lilium convallium.

Tamquam recepto iam desursum imbre, editoque virtutis partu, agresti se flori sponsa comparat: ostenditque quantopere prosit Christi adventus, siquidem valles quoque semini cuilibet ineptas, floribus eiusmodi plenas narrat. Etenim se vallem appellat, propterea quod a daemonibus olim incolis depressa fuerat.

Stipate me malis.

Evangelicis communite me doctrinis. Hae quippe nobis Christi odorem affundunt. Utinam collocer, ego quoque, inquit, cum sanctis eius! Nam sicut ipse pomum est, ita etiam qui sunt cum eo corporati et participes, poma fient.

Laeva eius etc.

Sinistra dicitur lex, dextera evangelium. Vel sinistra intelligenda est praesens vita, dextera autem futura; quae quidem me complectetur, postquam iis, qui a dextris erunt, dictum fuerit: venite benedicti patris mei. Ait etiam alibi: « longitudo annorum vitae, in dextera sapientiae; in sinistra vero eiusdem, divitiae et gloria. »

μελλόντων κατὰ τὸν ἀπόστολον ἀγαθῶν· * ἀνα- * Hebr. X. 1.
στὰς δὲ Χριστὸς τὰ τέλεια τοῖς ἀνθρώποις
δεδώρηται· πρὸ δὲ τῆς ἀναστάσεως ὁμοιώ-
ματα εἴχομεν. παρὰ τῶν ἐπαίνων * αὐτοῦ, * ita cod.
τοῦ τε νόμου καὶ τῶν προφητῶν.

Νάρδῳ καὶ ἀποδέσμῳ στακτῆς, ὁ ἐν- v. 12.
ταφιασμὸς σημαίνεται Χριστοῦ· ἃ Νικόδημος φέρων ἐνετύλιξε τὸ σῶμα αὐτοῦ. μαστοὺς δὲ φέρει τὰς δύο διαθήκας ἡ νύμφη, ὧν ὁ Χριστὸς ἀνὰ μέσον αὐλίζεται.

Καλὴν αὐτὴν φησὶν, οὐχ ὡς πρότερον v. 14.
ἐν γυναιξὶ λέγων μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὡς πλησίον αὐτοῦ, ἀναδιπλασιάζει τῆς νύμφης ὁ νυμφίος τὸν ἔπαινον, τό τε θεωρητικὸν αὐτῆς ἐπαινῶν, καὶ τὸ πρακτικόν· ὀφθαλμοὺς δὲ δύο εἰς νοῦν καὶ καρδίαν φησίν· καὶ περιστερᾶς τὸ διορατικοὺς, καθ' ὃ καὶ εἰς πνεῦμα λαμβάνεται· λέγει οὖν ὡς ἐδέξατο νοῦν ἡ νύμφη, μόνον ὁρῶντα θεόν· ὀφθαλμοὶ δὲ καὶ οἱ ἄκακοι καὶ ὀξυδερκεῖς τῆς ἐκκλησίας διδάσκαλοι.

Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, κρίνον τῶν κοιλάδων. Cap. II. 1.

Ὡς δεξαμένη ἡ νύμφη τὸν ἄνωθεν ὑετὸν, καὶ τεκοῦσα τὴν ἀρετὴν, ἄνθει ἑαυτὴν παραβάλλει πεδίου· δείκνυσι δὲ ὅσον ὠφέλησεν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐπιδημία, ὥστε γε καὶ τὰς κοιλάδας τὰς ἀνεπιτηδείους πρὸς ἅπαντα σπόρον, τοιούτων μεστὰς ἔδειξεν ἀνθέων· κοιλάδα γὰρ λέγει τὴν ἀποκοιλανθεῖσαν ἀπὸ τῶν οἰκησάντων αὐτὴν πάλαι δαιμόνων.

Στοιβάσατέ με ἐν μήλοις. v. 5.

Τοῖς εὐαγγελικοῖς με ἀσφαλίσατε λόγοις· οὗτοι γὰρ ἡμῖν εὐωδιάζουσι Χριστόν· συνταχθείην δὲ φησὶ κἀγὼ μετὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ· ὡς γὰρ αὐτὸς μῆλον, οὕτως σύσσωμοι καὶ συμμέτοχοι αὐτοῦ μῆλα.

Εὐώνυμος αὐτοῦ κ. τ. λ. v. 6.

Εὐώνυμος ὁ νόμος, δεξιὰ τὸ εὐαγγέλιον· ἢ καὶ εὐώνυμος ὁ παρὼν βίος, δεξιὰ ὁ μέλλων, ἥ τις με περιλήψεται ὅταν τοῖς
ἐκ δεξιῶν εἴπῃ· * δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ * Matth. XXV. 34.
πατρός μου. λέγει δὲ καὶ ἑτέρωθι· * μῆκος βίου * Prov. III. 16.
καὶ ἔτη ζωῆς, ἐν δεξιᾷ τῆς σοφίας· ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ, πλοῦτος καὶ δόξα· δεξιὰ γοῦν αὐτῆς ἡ τῶν θείων ἐπιστήμη, ἐξ ἧς ἡ αἰώνιος

ζωή· ἀριστερὰ δὲ ἡ τῶν ἀνθρωπίνων γνῶσις, ἐξ ὧν πλοῦτος καὶ δόξα· λέγει τοίνυν, ὅτι ὑπερέχει ὁ νοῦς μου τὰ ἀνθρώπινα· καὶ ἡ θεία
* Prov. IV, 8. γνῶσις καλύψει με· καὶ γὰρ εἴρηται πάλιν· * τίμησον αὐτήν, ἵνα σε περιλάβῃ· δείκνυσι τοίνυν, ὅτι ὁ αὐτὸς καὶ νυμφίος καὶ τοξότης ἡμῶν ἐστὶ, νύμφη τε καὶ βέλος ἡ κεκαθαρμένη ψυχή· ὡς βέλος οὖν πρὸς τὸν ἀγαθὸν εὐθύνει σκοπόν· ὡς νύμφην εἰς κοινωνίαν ἀναλαμβάνει τῆς ἀφθάρτου ἀιδιότητος. μῆκος βίου καὶ ἔτη ζωῆς, διὰ τῆς δεξιᾶς χαριζόμενος· διὰ δὲ τῆς ἀριστερᾶς, τὸν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν πλοῦτον καὶ τὴν τοῦ θεοῦ δόξαν, ἧς οἱ τὴν τοῦ κόσμου ζητοῦντες δόξαν ἀμέτοχοι γίνονται· διὰ τοῦτό φησιν, ὅτι εὐώνυμος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κεφαλήν μου, δι' ἧς εὐθύνεται ὑπὸ τὸν σκοπὸν τὸ βέλος· ἡ δὲ δεξιὰ αὐτοῦ πρὸς ἑαυτόν με περιλαβοῦσα καὶ ἐφελκυσαμένη, κούφην με πρὸς ἄνω φορὰν ἀπεργάζεται· κἀκεῖ πεμπομένην, καὶ τοῦ τοξότου μὴ χωριζομένην, μᾶλλον ἐπαναπαύεσθαι. Εἶτα πρὸς τὰς θυγατέρας τῆς ἄνω Ἱερουσαλὴμ τρέπει τὸν λόγον· ὁ δὲ λόγος παράκλησίς ἐστιν ἐν ὅρκῳ προσαγομένη, τὸ πλεονάζειν καὶ ἐπαύξειν ἀεὶ τὴν ἀγάπην, ἕως ἂν ἐνεργὸν ἑαυτοῦ ποιήσῃ τὸ θέλημα, ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σω-
* 1 Tim. II, 4. θῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν *. Διὰ μὲν τοῦ εὐωνύμου τὰ τοῦ παρόντος βίου αἰνίττεται ὡς ἔοικε καλὰ, ὧν τὴν ἀπόλαυσιν ἤδη ἔχει· διὰ δὲ τῆς δεξιᾶς, τὴν τῶν μελλόντων ἐν ἐπαγγελίαις προσδοκίαν· ὧν τὴν χρῆσιν ἐν ἐπαγγελίαις ὡς λέλεκται καὶ ἐλπίσι προσκεῖσθαι φησίν· εὖ δὲ καὶ τὸ φάναι, τῇ μὲν δεξιᾷ περιλαμβάνεσθαι, τῇ δὲ ἀριστερᾷ τὴν κεφαλὴν ἐπαναπαύεσθαι· δεῖ γὰρ τὰ τοῦ παρόντος βίου κἂν πολὺ νομίζηται χρηστὰ καὶ περίβλεπτα, ὑποτετάχθαι τῇ κεφαλῇ τῆς τελείας ψυχῆς, μόνην τὴν ἀναγκαίαν χρείαν παρέχοντα τῷ σώματι. ὡς τὸ προσκεφάλαιον τῇ κεφαλῇ· τὰ δὲ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος, ἐπειδὴ θεῖα ὄντα ἐπάνω τῆς ἀνθρωπίνης ἐφέστηκε φύσεως, διὰ τῆς περιλήψεως τὸ ὑπερέχον ᾐνίξατο· τάχα δὲ, ἐπειδήπερ αἱ χεῖρες πράξεων εἰσὶ σύμβολον, αἱ δὲ τῆς ἀριστερᾶς χειρὸς πράξεις, τὰ τοῦ σώματος σημαίνουσιν· αἱ δὲ τῆς δεξιᾶς, τὰ τῆς ψυχῆς· δεξιὰ ὄντα

Eius itaque dextera, divinarum rerum scientia est, unde aeterna vita conficitur: sinistra vero, humanarum peritia rerum, ex quibus divitiae et gloria proveniunt. Ait itaque: excedit mens mea res humanas, et divina cognitio operit me. Nam et rursus dicitur: « honora ipsam, ut te complectatur. » Ostendit igitur ipsum esse sponsum nostrumque iaculatorem; sponsam autem et iaculum, purificatam animam; quae teli instar ad bonum dirigitur scopum. Hanc instar sponsae ad societatem adsumit incorruptibilis perpetuitatis; aevi longitudinem, annosque vitae, dextera sua largiens; sinistra autem, aeternorum bonorum opes Deique gloriam, cuius hi qui mundi gloriam amant expertes sunt. Propterea dicit: sinistra illius super caput meum, a qua videlicet ad proprium scopum dirigitur telum; dextera ipsius autem ad se me trahit, quoniam ad ascensum in superna facit expeditam; atque illuc missam, et a iaculatore indivisam quiescere. Deinde ad supernae Hierusalem filias sermonem convertit. Sermo autem, deprecatio adiurantis est, ut caritatem multiplicent augeantque: donec in opus conferat voluntatem suam is qui omnes homines vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire. Sinistrâ quidem, praesentis vitae bona quibus nunc fruitur, videtur significare: dextera autem, futurorum prout promissum fuit expectationem; quorum usus promissus, ut diximus, speratusque est. Recte quoque dictum: dexterâ complecti, sinistrâ capiti reclinatorium praebere: oportet enim, praesentis vitae bona quantumvis spectabilia putentur, perfectae animae capiti esse subiecta, necessarium tantummodo usum corpori, tamquam cervical capiti, exhibentia. Verumtamen futuri saeculi bonorum, quia divina quum sint humanam naturam excedunt, per complexum excellentiam innuit. Fortasse etiam, quandoquidem manus actuum sunt symbola; sinistrae vero manus actio, corporalia significat:

dexterae autem, spiritalia; quum dextera potior sit, corporeas necessitates complectitur. Nam sicuti manus amplexans, et superior est, et sub ulna rem quam amplectitur habet, ita illi qui ad futurae vitae scopum diriguntur actus, quemlibet corporis absurdum motum vinculis cohibentes, bene compositam morigeramque vitam servant; cum animae in sponsi amplexibus positae nemo iam possit nocere.

Hactenus ad explanandum ea quae more dramatico dicta sunt usque ad « vox tua suavis et facies tua speciosa. » Constat autem Verbi sponsam esse animam, id est Christi ecclesiam, quae illius vocem etsi antea incognitam ceu divinam excipit, quod facimus nos credentes, ante etiam quam legis ac prophetarum voces intellexerimus, divina gratia pleni et instincti. Hoc significant verba: « vox patruelis mei » quae Verbi de longinquo adventum denunciant: quod illa videns grandia iam consilia adgredi, quamvis ne minora quidem negligere, ait: ecce ipsum venit saliens super montes, transiliens super colles. Per universam vero orationem alia dicuntur, ceu sponso iam praesente; quaedam autem, ceu si sponsus a sponsa requiratur: namque et nos problemata partim indagamus, quorum solutionem ignoramus; partim facta iam solutione fruimur; sponso Verbo corda nostra illustrante. Deinde in aliis rursus ambigimus, rursusque nobis revelatur: idque saepe evenit, donec sponso plene potimur, non modo ad nos adveniente, sed etiam in nobis commorante. Et ecclesia quidem desiderat, dum tentationibus velut derelicta quatitur; sed sponsus ei se revelat datis charismatibus. Idcirco ait: hic venit saliens super montes. Venit etiam super retia a malo daemone expansa; quae ipse dirumpens, ut ea contemptim calcemus docet. Iamvero ecclesiae, omni iam tentationum superata procella, signa aëris mutati ostenduntur, et aestatis appropinquatio; de qua re in psalmis dicitur « ae-

τοῦ ἀμείνω κλῆρον εἴληχε, περιέχονται τὰς σωματικὰς ἀνάγκας· ὡς γὰρ ἡ περιλαμβάνουσα χεὶρ, καὶ ἐπάνω ἐστὶ καὶ ἐντὸς ἀγκάλην ἔχει τὸ περιληφθὲν, οὕτως αἱ πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς μελλούσης ζωῆς ἀποτεταγμέναι πράξεις, πᾶν κίνημα τοῦ σώματος ἄλογον περισφίγγουσαι, εὔτακτον καὶ συνδεδεμένην φυλάττουσι τὴν ζωήν· οὐδ' ἑνὸς ἐπιβουλεύειν δυναμένου, τῇ περιληφθείσῃ ὑπὸ τοῦ νυμφίου ψυχῇ.

Ταῦτα πρὸς τὴν τῶν δραματικῶς ἐπα- v. 9.
γομένων σαφηνίαν, μέχρι τοῦ “ ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραῖα· ” καὶ δῆλον ὡς ἡ νύμφη τοῦ λόγου ψυχὴ, ἤγουν ἐκκλησία Χριστοῦ, φωνῆς πρὶν νοῆσαι αὐτὴν ὡς θείας ἀντιλαμβάνεται. ὅπερ πάσχομεν οἱ πιστοὶ, πρὶν νοῆσαι τὰς νομικὰς καὶ προφητικὰς φωνὰς ὡς θείας χάριτος πλήρεις καταπληττόμενοι· τοιοῦτόν ἐστι τὸ φωνὴ τοῦ ἀδελφιδοῦ μου προσεταγμένον τῆς μακρόθεν ἐπιφανείας τοῦ λόγου· ὃν ἰδοῦσα μεγάλων θεωρημάτων ἁπτόμενον, μετὰ τοῦ μὴ δὲ τῶν βραχυτέρων καταφρονεῖν, φησίν· ἰδοὺ αὐτὸς ἥκει πηδῶν ἐπὶ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς· δι' ὅλου δὲ τοῦ λόγου, τινὰ μὲν ὡς παρόντι λέγεται τῷ νυμφίῳ· τινὰ δὲ ὥσπερ ζητουμένου παρὰ τῆς νύμφης· ἐπεὶ καὶ τῶν προβλημάτων ποτὲ μὲν τινὰ ζητοῦμεν ἀποροῦντες τῆς λύσεως· ποτὲ δὲ τῆς λύσεως ἀπολαύομεν, τοῦ νυμφίου λόγου καταυγάζοντος ἡμῶν τὰς καρδίας· εἶτα πάλιν ἀποροῦμεν ἐν ἑτέροις, καὶ πάλιν ἡμῖν ἐπιφαίνεται· καὶ τοῦτο πολλάκις, μέχρι τελειωθέντες τοῦ νυμφίου τύχωμεν οὐ μόνον ἐρχομένου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ μονὴν ποιουμένου· καὶ ἡ ἐκκλησία ποθεῖ μὲν ἐγκαταλειπομένη τοῖς πειρασμοῖς, ἐπιφαίνεται δὲ αὐτῇ τοῖς χαρίσμασι· διὸ φησίν· ἰδοὺ φησὶν οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη· ἔρχεται δὲ καὶ ἐπὶ τὰ δύκτυα τὰ πετασμένα ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πλησίον τῆς ἐκκλησίας· ἅπερ σχίσας, καταφρονητικῶς αὐτῶν ἐπιβαίνειν διδάσκει· τῇ ὑπερβάσῃ ἐκκλησίᾳ πάντα χειμῶνα πειρασμοῦ, τὰ σημεῖα τοῦ ἀέρος δείκνυται, καὶ τὸ ἐγγίζειν τὸ θέρος, περὶ οὗ ἐν ψαλ-

* Ps. LXXIII. 17. μοῖς· τὸ θέρος καὶ ἔαρ· * ὤφθη γὰρ αὐτῇ ἄνθη, καὶ ἤγγισεν ἡ παντελὴς κάθαρσις, καιρὸς τῆς τομῆς ὀνομαζομένης.

v. 9. Ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων.

Ἴσως δὲ καὶ τοὺς ἀποστόλους ἐδήλωσεν διὰ τῆς ἁλιευτικῆς τέχνης· ταῦτα τοίνυν ἀκούει τῶν λόγων ἡ ἐκκλησία διὰ τῶν προφητικῶν θυρίδων καὶ τῶν νομικῶν δικτύων δεχομένη τὴν τῆς ἀληθείας αὐγήν· ἔτι συνεστῶτος τοῦ τυπικοῦ τῆς διδασκαλίας τοίχου, τὸν νόμον λέγω, τοῦ τὴν σκιὰν ποιοῦντος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, οὐκ αὐτὴν τὴν εἰκόνα τῶν πραγμάτων δεικνῦντος· οὗ ὀπίσω στᾶσα ἡ ἀλήθεια ἐχομένη τοῦ τόπου ὕστερον ἐπιλάμπει.

v. 12. Ἢ καὶ τὸ τῆς τομῆς ἔφη τοῦ νοητοῦ θε-
* Matth. IX. 37. ρισμοῦ· περὶ οὗ ὁ σωτὴρ φησίν· * ὁ μὲν θερισμὸς πολύς.

v. 14. Ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας, ἐχόμενα τοῦ προτειχίσματος.

* I. Cor. X. 4. Ἡ πέτρα ἐστὶν ὁ Χριστός· * αὐτὸς γὰρ ἡμῖν καὶ τεῖχος γίνεται τοῖς πιστοῖς, καὶ σκέπη, καὶ πᾶσα ἀσφάλεια διὰ τοῦ προτειχίσματος δηλουμένη· ἔνθα γενομένη, φησὶ, τεύξῃ πάσης ἐπικουρίας.

v. 17. Ἀπόστρεψον.

Αἰτεῖ τὸν νυμφίον, τὴν ἄκαρπον ἀπολεῖψαι συναγωγὴν, καὶ ἐλθεῖν ἐπὶ τοὺς ἐκ τῆς κοίλης καὶ τεταπεινωμένης πάλαι καὶ εἰδωλολατρούσης ψυχῆς ἐπὶ οὐράνιον ὕψος ἀναβάντας.

Cap. III. 1. Ἐπὶ κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα.

* Luc. XXIV. 1. Τὰς γυναῖκας δηλοῖ *, τὰς ἐλθούσας μιᾷ σαββάτων ὄρθρου βαθέως ἐπὶ τὸ μνῆμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ μὴ εὑρούσας αὐτόν· τὸ οὖν ἐπὶ τὴν κοίτην, ἢ ἀπὸ κοίτης φησὶν, ἢ κοίτην ἑαυτῆς τὸ τοῦ κυρίου μνῆμα καλεῖ,
* Rom. VI. 4. καθ᾽ ὃ συνθαπτόμεθα αὐτῷ· * ἀλλ᾽ οὐχ εὗρεν αὐτὸν, ἀκούσασα· οὐκ ἔστιν ὧδε· ἠγέρθη γάρ· καὶ εὗρον αὐτὴν οἱ τηροῦντες ἄγγελοι, οὓς καὶ ἐρωτᾷ που τεθείκατε τὸν κύριον; ἀλλὰ παρελθούσῃ τοὺς ἐρωτηθέντας, ὑπήντησε λέγων, χαίρετε· διὸ φησὶν ὡς μικρὸν παρῆλθον ἀπ᾽ αὐτῶν ἕως εὗρον, καὶ οὐκ ἀφήσω αὐτόν· ἐκράτησε γὰρ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἤκουσε μὴ μοῦ ἅπτου· οἶκον δὲ μητρὸς τὴν συναγωγὴν ἀποστόλων φησὶ, εἰς ἣν ἀπελθοῦσα εὐηγγελίζετο τοῦ Χριστοῦ τὴν ἀνάστασιν.

stas et ver. » Flores quippe apparuerunt, omnimoda serenitas prope est, et tempus quod messis appellatur.

Prospiciens per retia.

Fortasse apostolos significat per piscatoriam artem. Haec itaque audit ecclesia, per propheticas fenestras legisque retia veritatis lumen recipiens; adhuc nimirum manente typico doctrinae muro (legem dico) qui futura bona adumbrabat, non ipsam rerum veritatem monstrabat; post quem tamen consistens veritas, deinceps illucescit.

Vel sectionis vocabulo denotat spiritalem messem, de qua Salvator ait: messis quidem multa.

In petrae tegumento, iuxta antemurale.

Petra Christus est; ipse nobis credentibus murus est et tegumen, et omnimoda tutela, quae antemurali denotatur; quò cum perveneris, inquit, omni praesidio munita eris.

Revertere.

Rogat sponsum, ut sterili synagoga relicta, ad illos veniat qui ex depresso humilique olim et idololatrico animo ad caelestem altitudinem consurrexerunt.

In cubili meo per noctes quaesivi.

Mulieres denotat, quae sabbato venerunt summo mane ad Iesu sepulcrum, neque eum invenerunt. In cubili igitur, vel e cubili; vel cubile suum appellat Domini sepulcrum, quatenus nos ei consepulti sumus. Sed non invenit, immo audiit: non est hic, resurrexit enim. Inveneruntque eam custodes angeli, quos etiam interrogat, ubinam Dominum posuistis? Tum vero praetergressae quos interrogaverat angelos, occurrit Dominus dicens, gaudete. Propterea dicit: paulisper ab iis digressa inveni illum, quem iam non dimittam. Reapse pedes eius attigit, audiitque: ne tangas. Domum denique matris, dicit apostolorum coetum, ad quem profecta Christi resurrectionem nunciavit.

Myrrha et thure odorificata.

Myrrha thure mixta, quae ei sepeliendo est adhibita. Thus autem, quia qui cum Christo resurgit, divinitatem eius participat. Neque his tantum ecclesiastica anima quasi odoramentis imbuitur, verum etiam variis scientiae speculationibus. Nam qui accurate discernit, et usque ad summum apicem res scrutatur, dicetur veluti unguentarius aliquis, omnes conterens et in pulverem redigens boni odoris doctrinas; quibus nunc sponsa odorificata dicitur. Fortasse et ille qui non secundum carnem vivit sed secundum spiritum, corde non incrassato, varia et omnigena conservata suaveolentia, bonum ex omnibus reddit odorem herbis, quae nunc unguentarii appellantur. Dicet item aliquis, sanctam et ecclesiasticam animam, filiam olim Deo destitutam, de gentium synagoga, id est de deserto ascendere; dogmatibus, verbis, actibusque omissis, Deo destitutis; et ad illa quae sunt Dei conscendere.

Auri vocabulo spiritalem copulam denotari putemus, quae pretiosa est ac divina. Namque et in deserto arcam intus forisque aurum tegebat ob Dei cum homine unionis demonstrationem. Porro purpura illi hominum numero imponitur, qui ad regnum vocantur. Cum autem quisque credit, tum Christum corde recipit, qui est pretiosa margarita. Sed et gestatorium, inquit, sibi fecit ex filiabus Hierusalem propter solam caritatem. Sic enim Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum miserit; ut omnis qui credet in eum non pereat, sed habeat vitam aeternam.

Ecclesia de gentilibus conflata dicit hoc: egredimini et videte. Diem vero desponsationis appellat diem passionis, quo sibi despondit ecclesiam sanguine suo.

Taciturnitas eius significat omnimodam obedientiam, iuxta illud: tace et audi, Israhel.

Τεθυμιαμένη σμύρναν καὶ λίβανον. v. 6.

Σμύρνα μέν, ὅτε συντέθαπται διὰ τῆς λιβάνου· λίβανος δέ, ὅτε συναναστὰς αὐτῷ κεκοινώνηκε τῆς θεότητος αὐτοῦ· καὶ οὐ μόνοις τούτοις ἡ ἐκκλησιαστικὴ τεθυμίασται ψυχή, ἀλλὰ καὶ ποικίλοις γνώσεως θεωρήμασιν· ὁ γὰρ ἄκρως διαιρῶν καὶ μέχρι τοῦ τυχόντος λεπτῶς ἐρευνῶν τὰ πράγματα, λέγοιτ' ἂν μυρεψός πως εἶναι, λεπτύνων καὶ εἰς κόνιν ἄγων πάντα τὰ τῆς εὐωδίας λόγια· ἃ νῦν ἡ νύμφη λέγεται τεθυμιᾶσθαι· τάχα δὲ καὶ ὁ μὴ κατὰ σάρκα βιοὺς, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, μηδαμῶς παχυνθεὶς τὴν καρδίαν, τὸ ποικίλον καὶ παντοδαπὸν σῷζον τῆς εὐωδίας, εὐωδίαν ἀπὸ πάντων ποιεῖ τῶν νῦν οὕτως ὀνομαζομένων κονιορτῶν μυρεψοῦ· λέγοι δ' ἄν τις καὶ ὡς ἡ ἁγία καὶ ἐκκλησιαστικὴ ψυχή, τὸ τέκνον ποτὲ ἔρημον θεοῦ, ἀπὸ συναγωγῆς ἐθνῶν ἀναβαίνει ἀπὸ τῆς ἐρήμου· καταλιποῦσα μὲν δόγματα καὶ λόγους καὶ πράξεις, τὰ ἔρημα θεοῦ, ἀναβαίνουσα ἐπὶ τὰ τοῦ θεοῦ.

Ἡ πνευματικὴ δὲ συνάφεια νοείσθω v. 10.
χρυσίον, ἡ τιμία καὶ θεία· καὶ τὴν κατὰ τὴν ἔρημον γὰρ κιβωτὸν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, χρυσίον ὑπείληφεν εἰς ἐμφάνειαν τῆς θείας ἑνώσεως (1)· ἐπιβαίνει δὲ πορφύρα τῷ πλήθει τῶν εἰς βασιλείαν κληθέντων· ἐπ' ἂν δέ τις πιστεύσῃ, δέχεται τῇ καρδίᾳ Χριστόν, ὅς ἐστι τίμιος μαργαρίτης· ἀλλὰ καὶ τὸ φορεῖον φησίν, ἐκ τῶν θυγατέρων πεποίηται τῆς Ἰερουσαλὴμ διὰ μόνην ἀγάπην· οὕτω γὰρ ἠγάπησεν ὁ θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν μονογενῆ αὐτοῦ ἀπέστειλεν υἱόν· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ
ζωὴν αἰώνιον *. * Ioh. III. 16.

Ἐξ ἐθνῶν ἐκκλησία φησὶ τό, ἐξέλθετε v. 11.
καὶ ἴδετε· ἡμέραν δὲ νυμφεύσεως, τὴν ἡμέραν τοῦ πάθους καλεῖ· καθ' ἣν ἐνυμφεύσατο τὴν ἐκκλησίαν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ.

Ἡ σιωπὴ αὐτῆς σημαίνει τὴν εἰς ἅπαν Cap. IV. 1.
ὑπακοὴν κατὰ τὸ *, σιώπα καὶ ἄκουε * Deut. XXVII. 9.
Ἰσραήλ.

(1) Idem hoc eleganter dicit Severus patriarcha antiochenus in sermone de B. Maria a nobis edito in Spicil. rom. T. X. p. 215.

v. 5. Ἢ καὶ δύο νεβροὶ, ἡ ἠθικὴ καὶ δογματικὴ διδασκαλία, οἱ δύο τῆς νύμφης μαστοί· ἐξ ὧν οἱ τρεφόμενοι ὀξύτητι βλέπουσι πρὸς θεόν· ῥῖνα δὲ τὴν ἀποστολικῶν καὶ εὐαγγελικῶν λόγων τὴν εὐωδίαν, ἅπερ νεμόμεθα μέχρι συντελείας.

Vel duo hinnuli sunt morale et dogmaticum magisterium, duo scilicet sponsae ubera, quibus nutriti peracute Deum cernunt. Nares autem dicit apostolicae et evangelicae doctrinae suaveolentiam, qua usque ad consummationem pascimur.

v. 8. Δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου, νύμφη.

Διδάσκει ἡμᾶς πόθεν ἡ νύμφη, καὶ ὅτι ἐξ εἰδωλολατρείας ἔρχεται· κατείδωλον γὰρ ὄρος ὁ Λίβανος· ὅθεν ἐλεύσῃ, φησίν· διελεύσῃ δὲ διὰ τοῦ νόμου· ἀγνοοῦσα γὰρ αὐτὸν, τὸ Χριστοῦ κατηχήθης μυστήριον.

Veni de Libano, sponsa.

Docet nos unde sponsa sit, et quod ex idolorum cultu veniat. Idolis enim refertus Libanus mons; unde venies, inquit, perque legem transilies; cuius ignara, Christi mysterium edocta es.

v. 9. Ἐκαρδίωσας ἡμᾶς, ἀδελφή μου νύμφη.

Ἤγουν εἰς πόθον ἡμᾶς ἤγαγες σεαυτῆς, ἑνὶ ῥήματι τῆς ὁμολογίας, ὅπερ ἔσχες ὀρθῶς, ὁρῶσα τοῖς ἔνδον ὀφθαλμοῖς σου· ὑποταγεῖσα γὰρ ἐνθέματι τοῦ τραχήλου σου, τὴν ὁμολογίαν ἐποίησας. Ταῦτα παρὰ τῶν φίλων τοῦ νυμφίου, ἀγγελικῶν φημὶ δυνάμεων, λέγεται πρὸς αὐτήν· διττῆς γὰρ οὔσης τῆς ὀπτικῆς ἐνεργείας, καὶ τῆς μὲν τὴν ἀλήθειαν ὁρώσης, τῆς δὲ ἑτέρας περὶ τὰ μάταια πλανωμένης, ἐπειδὴ περὶ μόνην τοῦ ἀγαθοῦ τὴν φύσιν ἀνέῳκται τῆς νύμφης ὁ καθαρὸς ὀφθαλμὸς, ἀργεῖ δὲ ὁ ἕτερος, τούτου χάριν ἑνὶ τῶν ὀφθαλμῶν προσάγουσιν οἱ φίλοι τὸν ἔπαινον· ἀδελφὴν μὲν αὐτὴν καλοῦντες, διὰ τῆς ἀπαθείας συγγένειαν· νύμφην δὲ, διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον συνάφειαν· ἐπεὶ οὖν, φησὶν, ὁ ὀφθαλμός σου εἷς ἐν τῷ πρὸς τὸ ἓν βλέπειν, καὶ ψυχὴ μία διὰ τὸ μὴ πρὸς διαφόρους διαθέσεις μερίζεσθαι, καὶ ἡ θέσις τοῦ τραχήλου σου τὸ τέλειον ἔχει, τὸν θεῖον ζυγὸν ἐφ' ἑαυτῆς ἀραμένη (τοῦτο γὰρ τὸ ἐνθέματι τραχήλου σου, εἴτ' οὖν ὁ τοῦ κυρίου ζυγὸς) τούτου χάριν ὁμολογοῦμεν ὅτι τοῖς θαύμασιν ἡμᾶς ἐκαρδίωσας· ὅπερ ἐστὶ ψυχήν τινα καὶ διάνοιαν πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς κατανόησιν δι' ἑαυτῆς ἡμῖν ἐνεποίησας (1)· καὶ γὰρ ἐν σοὶ τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ὡς ἐν κατόπτρῳ κατανοοῦμεν· διὰ δὲ τῆς δευτερώσεως ἀξιοπιστίαν προτιθέασι τῷ λεγομένῳ.

Cor effecisti nobis soror mea sponsa.

Nempe tui desiderio nos inflammasti, uno confessionis verbo, quod recte habuisti, interioribus oculis tuis aspiciens. Subiecta enim colli tui ornamento, confessionem fecisti. Haec a sponsi amicis, id est ab angelicis potestatibus, sponsae dicuntur. Nam quum sit duplex visualis facultatis vis; altera quae veritatem spectat, altera circa vanitatem aberrans; quoniam erga solam boni naturam aperitur sponsae purus oculus, alter autem otiatur; propterea uni tantum oculo laudem impertiuntur amici: sororem quidem appellantes propter indolentiae paritatem; sponsam autem, propter nuptias cum Verbo. Quia ergo, inquit, oculus tuus unus est, quatenus unicam rem spectat; una item anima, quatenus in diversos affectus non distrahitur; tuique colli ornamentum perfectum est, quandoquidem divinum iugum tibi imposuisti (hoc enim est colli tui ornamentum, scilicet iugum Domini) propterea confitemur te tuis mirificis dotibus cor nobis effecisse; id est animum nobis ac mentem ad luminis contemplationem per temet nobis effecisse. Namque in te iustitiae solem, tamquam in speculo, contemplamur. Repetitione autem (verbi effecisti) maiorem fidem rei dictae faciunt.

v. 12. Κῆπος κεκλεισμένος.

Κέκλεισται μὲν τῷ κόσμῳ, τῷ δὲ ἐπου-

Hortus clausus.

Clausus est quidem mundo, sed tamen

(1) Hinc vides sensum, quem Cyrillus verbo ἐκαρδίωσας tribuit; prorsus autem praepostere Nobilium nostrum in rom. editione interpretari *abstulisti cor*, quasi scriptum sit ἐκκαρδίωσας, vel potius ἐξεκαρδίωσας.

caelesti sponso patet. Fons autem signatus a sancto Spiritu fuit, quo post baptismum ungimur.

Virtutes aromatibus significantur. Ligna vero Libani dicit prophetas. Myrrha denique et aloë demonstrant Christum sepultum sanctis qui eum praecesserant communicasse; namque ad inferos veniens, illos inde eduxit.

In cruce, inquit, dormio; quatenus propter homines mortem pertulit. Vigilat vero cor, quia utpote Deus infernum spoliavit.

Id est quid tuus patruelis egit? Vel quid a tuo patruele habes?

Myrrham stillantia dicit labia, quae mortem confitentur.

Crura eius columnae marmoreae.

Hae videlicet bases sunt. Nam qui aedificantur, ii supra fundamentum apostolorum et prophetarum aedificantur. Consentanee crura post ventrem laudat, quae ait esse marmorea super basibus aureis fundata. Columnae autem ecclesiae Petrus, puta, ac Iohannes, qui Christum, auri nomine appellatum, fundamentum (habebant.) Sunt autem marmoreae; nam et Paulus firmamentum eos vocat; nempe ob suam firmitatem atque constantiam, illustri praeterea vita sanaque doctrina commune corpus ecclesiae sustentantes atque fulcientes. Sed et caritas, qua Deum toto corde amamus, et proximum tamquam nosmet ipsos, commune ecclesiae corpus, tamquam marmoreis columnis, portat. Nam qui in his duobus mandatis perfectus est, columna et fulcrum ecclesiae efficitur; ita ut hac duplici virtute totum ecclesiae corpus ceu cruribus innitatur: aureum fundamentum basem fidei indeclinatam immotamque et in omni re bona rationabiliter firmam continet.

Ego illi fidem, et ipse mihi regnum. Pascit autem scripturarum et sanctorum dogmatum puritate.

(1) Sacri chrismatis sacramentum dicit.

ρανίῳ νυμφίῳ ἠνέῳκται· ἡ δὲ πηγὴ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἐσφράγισται, ᾧ χριόμεθα μετὰ τὸ βάπτισμα (1).

Αἱ γὰρ ἀρεταὶ μὲν, διὰ τῶν ἀρωμάτων v. 15.
σημαίνονται· ξύλα δὲ τοῦ Λιβάνου, τοὺς προφήτας φησίν· διὰ δὲ τῆς σμύρνης καὶ τῆς ἀλόης, ὅτι ἐνταφιασθεὶς ὁ Χριστὸς ἐκοινώνησε τοῖς προλαβοῦσιν ἁγίοις· κατελθὼν γὰρ εἰς ᾅδου τούτους ἀνήγαγεν.

Ἐν τῷ σταυρῷ φησὶ καθεύδω· ὑπὲρ ἀνθρώ- Cap. V. 2.
πων ἀναδεχόμενος θάνατον· ἀγρυπνεῖ δὲ ἡ καρδία, καθ᾽ ὃ ὡς θεὸς τὸν ᾅδην ἐσκύλευσεν.

Ἤγουν τί πεποίηκεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἢ v. 9.
τί ἀπὸ ἀδελφιδοῦ σου ἔχεις;

Τὰ στάζοντα σμύρναν λέγει, τὰ ὁμο- v. 13.
λογοῦντα χείλη τὸν θάνατον.

Κνῆμαι αὐτοῦ στῦλοι μαρμάρινοι. v. 15.

Εἶεν δ᾽ ἂν οὗτοι καὶ βάσεις· οἱ γὰρ οἰκοδομούμενοι ἐποικοδομοῦνται τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ προφητῶν· ἀκολούθως τὰς κνήμας μετὰ τὴν κοιλίαν ἐπαινεῖ, ἅς φησι στύλους εἶναι μαρμαρίνους τεθεμελιωμένους ἐπὶ βάσεις χρυσάς· στῦλοι δὲ τῆς ἐκκλησίας, οἷον Πέτρος καὶ Ἰωάννης, οἳ θεμέλιον * τὸν Χριστὸν * Ephes. II. 20.
χρυσὸν λεχθέντα· μαρμάρινοι δὲ, οὕσπερ εἶπε Παῦλος ἑδραίωμα· * διὰ τὸ ἑδραῖον καὶ * I. Tim. III. 15.
ἀσάλευτον, καὶ τῷ λαμπρῷ βίῳ καὶ τῷ ὑγιαίνοντι λόγῳ τὸ κοινὸν σῶμα τῆς ἐκκλησίας βαστάζοντές τε καὶ ἐρείδοντες· ἀλλὰ καὶ τὸ τὸν θεὸν ἀγαπᾶν ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, καὶ τὸν πλησίον ὡς ἑαυτὸν, ὡς διὰ στύλων μαρμαρίνων, τὸ κοινὸν σῶμα τῆς ἐκκλησίας βαστάζειν· ὁ γὰρ ἐν ταῖς δυσὶ ταύταις τελειωθεὶς ἐντολαῖς, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἐκκλησίας κατασκευάζεται· ὥστε τοῖς δυσὶ τούτοις κατορθώμασιν, ὅλον τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας, καθάπερ κνήμαις τισὶν ἐπερείδεσθαι, τοῦ χρυσίου θεμελίου τῆς κατὰ πίστιν βάσεως τὸ ἀκλινὲς καὶ ἀμετάθετον, καὶ τὸ ἐν παντὶ ἀγαθῷ πάγιον τοῖς λογισμοῖς ἐμποιοῦντος.

Ἐγὼ αὐτῷ τὴν πίστιν, καὶ αὐτὸς ἐμοὶ τὴν Cap. VI. 2.
βασιλείαν· ποιμαίνει δὲ ἐν τῇ καθαρότητι τῶν γραφῶν καὶ τῶν ἁγίων δογμάτων.

v. 4. Ἀπὸ τῶν ἀπειθούντων (1), σοι ἤγουν σοὺς ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς, καὶ εἰς ἐμὲ κλῖνον· αὐτοὶ γάρ, φησίν, τὴν ἀγάπην ἐξήγειράν μοι *.

* cod. σέ.

Ab iis qui tibi non credunt, oculos averte, et erga me inclina: ipsi enim amorem meum exsuscitarunt.

Cap. VII. 1. Ἔργον τεχνίτου.

Artificis opus.

Τεχνίτην δὲ τὸν δημιουργὸν ὀνομάζει Χριστόν· ὡς γὰρ ὑπήκοος γέγονεν, οὕτως ἡ ἐκκλησία. – Λέγει δὲ καὶ τὴν σωφροσύνην αὐτῆς καὶ τὴν ὑποταγήν· τῆς ψυχῆς ταύτης ὑποτεταγμένης τῇ πίστει, τοῦ δὲ σώματος τῇ σωφροσύνῃ.

Artificem dicit creatorem Christum; namque ut ille obediens factus est, ita et ecclesia. – Demonstrat simul modestiam eius atque obedientiam; cuius videlicet anima fidei se subdit, corpus temperantiae.

v. 2. Δηλοῖ δὲ καὶ τὸ ἱερατεῖον αὐτῆς λέγων· μὴ ὑστερούμενος κράματι, δηλονότι τῷ τοῦ Χριστοῦ αἵματι· τοῦτο γὰρ τοῖς ἱερεῦσιν ἐν χερσίν (2).

Ostendit pariter sacerdotium eius, dum ait: non deficiens misto, id est Christi sanguine: hic enim in sacerdotum manibus est.

v. 4. Τράχηλον δὲ αὐτῆς, ἤγουν διακόνους τοῦ Χριστοῦ λέγει, διὰ τὸ Χριστὸν βαστάζειν (3) τῆς ἐκκλησίας τὴν κεφαλήν· βαστάζουσι γὰρ αὐτοῦ τὸ ἅγιον σῶμα, ἐν καθαρᾷ συνειδήσει, ὁμολογοῦντες αὐτοῦ τὰ μυστήρια· διόπερ ἐλεφάντινον εἴρηκεν, ὁποίους ὁ Παῦλος φησὶν * διακόνους σεμνούς, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας.

* I. Tim. III. 8.

Collum eius dicit Christi diaconos, quia hi nempe Christum gerunt caput ecclesiae. Gerunt nimirum Christi corpus in conscientia pura, mysteria eius confitentes. Propterea dixit eburneum, cuiusmodi ait Paulus diaconos esse oportere, venerabiles, non multo vino deditos.

v. 5. Βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς.

Rex ligatus in transcursibus.

Ἢ καὶ ἄλλως, σύνδεσμον τῆς τῶν λαῶν ἀγάπης ἄγεσθαι φησὶν εἰς βασίλειον ἱεράτευμα.

Vel aliter, dicit popularis amoris vinculum in regale sacerdotium adduci.

v. 8. Ἢ καὶ ἐν τρυφῇ σου, τῇ ἀγάπῃ σου, διὰ τό τινα καὶ αὐτῶν τῶν δικαίων νομίζεσθαι· τοῖς δὲ βότρυσιν οἱ μασθοὶ ἀπεικάζονται, τοῖς ἔχουσι τὴν πνευματικὴν εὐφροσύνην.

Vel etiam in deliciis tuis, id est amore tuo, quia de iustorum numero existimetur. Racemis autem ubera comparantur, quae spiritalem laetitiam conferunt.

v. 10. Ἢ ὅτι ἐγὼ τὴν ὁμολογίαν προσάγω, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ· ἢ ἐν τῇ παρουσίᾳ τῇ δευτέρᾳ, ἢ καὶ ἀπὸ τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων.

Vel, ego illi confessionem offeram, illius vero fiet ad me conversio. Conversionem autem dicit vel secundi adventus, vel etiam a populo Iudaeorum.

Cap. VIII. 1. Ἁγιάζεται τοίνυν ἡ τροφὴ τῆς νύμφης, συνευωχουμένου Χριστοῦ· ἤγουν εὔχεται τὴν ἐπιδημίαν τοῦ σωτῆρος εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἡ ἐκκλησία γενέσθαι, κατὰ πρόνοιαν τοῦ διδόντος αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις, ἵνα θηλάσῃ τὴν θεοτόκον.

Sanctificatur itaque sponsae cibus, convivante cum ea Christo. Nimirum optat ecclesia Servatoris in Iudaeam adventum, iuxta Dei providentiam dantis illum hominibus, ut Deiparae lacte nutriatur.

v. 1. Εὑροῦσά σε.

Quum te invenero.

Ἤγουν ἔξω Ἱερουσαλὴμ ὅπου ἐσταυρώθη.

Id est extra Hierusalem, ubi crucifixus fuit.

v. 2. Ἢ τὸν ἐνταφιασμὸν λέγει, ὃν ἤνεγκεν Ἰωσὴφ καὶ Νικόδημος· ῥοῶν δὲ λέγει τῶν ἁγίων.

Vel sepulturam eius dicit, quam Iosephus ac Nicodemus curarunt. Latices autem sanctos dicit.

(1) Vides Cyrillum legisse in sacro textu ἀπ' ἐναντίων, non ἀπεναντίον.

(2) Nota obiter Cyrilli novum testimonium pro Christi humanitate in eucharisticis speciebus praesente.

(3) Notissimum est, diaconos in prisca ecclesia (nec non aliquando in hodierna) sacram eucharistiam gestare ac distribuere solitos.

Pinnacula eius, pinnacula ignis.

Muri, inquit, ecclesiae ignei sunt.

Vinea, inquit, spiritali Salomoni facta est. Dicit nempe ecclesiam. Iam beelamon interpretamur « in credentibus. » Quinam porro crediderunt, nisi qui mandata eius exceperunt?

Qui in hortis sedet, ecclesias speculatur. Amici autem adtendunt, sed minime iudicant, namque omne iudicium filius exercet. Optat vero sponsa audire: intra in gaudium domini tui. Orat denique ipsum ut improbos expellat. Fuge, inquit, et ad sanctos accede.

Περίπτερα αὐτῆς, περίπτερα πυρός. v. 6.

Τὰ τείχη (1) φησὶν τῆς ἐκκλησίας πῦρ ἐστί.

Τῷ πνευματικῷ Σαλομὼν ἀμπελὼν ἐγενήθη· λέγει δὲ τὴν ἐκκλησίαν· τὸ δὲ Βεελαμὼν ἐν τοῖς πεπιστευκόσιν ἑρμηνεύεται (2)· τίνες δὲ πεπιστεύκασιν, ἢ οἱ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ δεξάμενοι; v. 11.

Ὁ μὲν καθήμενος ἐν κήποις, τὰς ἐκκλησίας ἐπισκοπεῖ· οἱ ἑταῖροι δὲ προσέχουσιν οὐδὲ κρίνουσιν, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν ὁ υἱὸς ποιεῖ· ἐπιθυμεῖ δὲ ἡ νύμφη ἀκοῦσαι, εἴσελθε εἰς τὴν χαρὰν τοῦ κυρίου σου· ἀξιοῖ δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς πονηροὺς ἐκβαλεῖν, φύγε λέγουσα ἐπὶ τοὺς ἁγίους ἐλθεῖν (3). v. 13

SANCTI CYRILLI FRAGMENTA ALIA

ex codice vaticano, in catena ad Proverbia (quae latine tantum extat edente Peltano.)

CYRILLI. Verba, « creavit me » si de deitate accipias, significant « constituit me. » Velut illud: cor mundum crea in me, Deus. Et illud: ut duos condat in semet ipso. Non enim substantialiter, quasi creet eos qui iam sunt, sed ut constituat. Constituit ergo me initium providentiae suae et creationum. Namque et apud Davidem dicitur: ego autem constitutus sum rex ab eo.

Κυρίλλου. Τὸ ἔκτισέ με * ἂν περὶ τῆς θεότητος ἐκλάβῃς, ἀντὶ τοῦ κατέστησέ με· ὡς τὸ καρδίαν καθαρὰν κτίσον ἐν ἐμοὶ ὁ θεός· * καὶ ἵνα τοὺς δύο κτίσῃ ἐν ἑαυτῷ· * οὐ γὰρ οὐσιωδῶς, ἵνα κτίσῃ τοὺς ἤδη γεγενημένους, ἀλλ᾽ ἵνα καταστήσῃ· κατέστησεν οὖν με ἀρχὴν τῶν προνοητικῶν αὐτοῦ καὶ ποιητικῶν ἔργων· καὶ ἐν τῷ Δαβὶδ γὰρ λέγει· ἐγὼ δὲ κατεστάθην βασιλεὺς ὑπ᾽ αὐτοῦ *.

* Prov. VIII. 22. * Ps. L. 12. * Ephes. II. 15. * Ps. II. 6.

In catena a nobis edita ad Danihelem, editionis principis p. 194, et seq.

CYRILLI. Nihil aliud hoc erat, quam contra Dei maiestatem iactantia; dum adversus Israhelis protectorem extollitur, quasi is populo suo nulla re prodesse potuisset.

Κυρίλλου. Τοῦτο δὲ ἦν ἕτερον οὐδέν, πλὴν ὅτι μεγαλαυχεῖν κατὰ τῆς δόξης τοῦ θεοῦ, κατεπαίρεσθαί τε τοῦ προεστηκότος τῶν ἐξ Ἰσραὴλ, ὡς κατὰ μηδένα τρόπον ὀνῆσαι δεδυνημένον τὸν ἴδιον λαόν. Dan. cap. V. 2.

(1) Vides a Cyrillo vocabulum περίπτερα explicari τείχη, *muros*. (Consonat πτερύγιον *pinnaculum*, Matth. IV. 5.) Ignorat hunc sensum Schleusnerus in novo thesauro testamenti veteris. Nobilius quoque noster qui ait *alae eius, alae ignis*, cum Cyrillo non consentit.

(2) Vocabuli huius *Beelamon*, ex hebr. בְּבַעַל הָמוֹן varias veterum interpretationes collegit Rosenmüllerus ad Cantic. p. 425, sed hanc inediti Cyrilli necessario ignoravit.

(3) Vides in his omnibus Cyrilli ad Cantica interpretationum fragmentis, nihil aliud quam spiritales piosque sensus, ut et alii graeci latinique patres concorditer constanterque in sacri huius libri exegesi fecerunt. Valeant igitur recentiores, quantumlibet docti curiosique auctores, qui terreni amoris colloquia et mysteria intelligere malunt.

Βίβλοι ἠνεώχθησαν.

Dan. VII. 10. Κυρίλλου. Ὅτε γὰρ ἐν εἴδει γέγονε τῷ καθ' ἡμᾶς ὁ μονογενής, τότε καὶ βίβλους ἀνέῳξεν ὁ πατήρ· καὶ ἀνῆκε μὲν τὸ κρίνεσθαι τοὺς ἐνόχους ἁμαρτίαις, ἐφῆκε δὲ τοῖς ἀνδριζομένοις τὸ ἐγγράφεσθαί τε καὶ ἐναριθμεῖσθαι λοιπὸν τοῖς ἄνω χοροῖς καὶ ἐν μνήμῃ κεῖσθαι.

Dan. VII. 13. Κυρίλλου. Καὶ τί ἐστιν ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν; ἆρα τοπικῶς; εἶτα πῶς τοῦτο οὐκ ἀμαθές; ὅτι μὴ ἐν τόπῳ τὸ θεῖον, πληροῖ γὰρ τὰ πάντα· τί οὖν ἐστι τὸ ἕως τοῦ παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἔφθασεν; εἰς τὴν δόξαν τοῦ πατρὸς δηλονότι ἔφθασεν ὁ υἱός· καὶ πόθεν τοῦτό ἐστιν ἰδεῖν, ἔφη πάλιν αὐτὸς ἐφεξῆς· αὐτῷ ἐδόθη ἡ τιμὴ καὶ βασιλεία· ἤκουσε γὰρ τοῦ πατρὸς λέγοντος· * κάθου

* Ps. CIX. 1. ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

Libri aperti sunt.

Cyrilli. Cum in forma nostra Unigenitus apparuit, tunc libros pater aperuit: omissaque reorum damnatione, copiam fecit frugi hominibus semet inscribendi adnumerandique caelestibus choris, atque in album referendi.

Cyrilli. Quid est, usque ad antiquum dierum pervenit? Num de loco sermo est? Atqui hoc nonne absurdum sit? quoniam Deus in loco non est, sed omnia implet. Quid ergo est, usque ad antiquum dierum pervenit? In gloriam scilicet patris pervenit filius. Quod ipsum unde innotescat, idem postea propheta dicit: traditus est ipsi honor et regnum. Audivit enim patrem dicentem: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

Ex synodo byzantina adversus Soterichum, a me edita Spicil. rom. T. X. p. 40.

Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τῶν κατὰ πνευματομάχων ἀντιρρητικῶν λόγων (1).

Δάκτυλον θεοῦ καλεῖν οἶδε γραφὴ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς καὶ ὁ Χριστὸς εἴρηκεν· * εἰ δὲ ἐν τῷ δακτύλῳ θεοῦ ἐκβάλλω

* Luc. XI. 20.

* Matth. XII. 28. τὰ δαιμόνια· ὅπερ ἄλλος εὐαγγελιστὴς * ἐν πνεύματι θεοῦ εἶπεν· ὁμοίως δὲ προσονομάζει δεξιὰν καὶ βραχίονα τὸν υἱόν. ὡς τό,

* ita cod. ἔσωσεν αὐτὸν * ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων

Ps. XCVII. 1. ὁ ἅγιος αὐτοῦ· * ὥσπερ οὖν ὁ βραχίων ὁμοούσιός ἐστιν οὗ ἐστὶ βραχίων, οὕτως ὁ δάκτυλος οὗ ἐστὶ δάκτυλος· ὁμοούσιον ἄρα τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον.

Sancti Cyrilli ex antirrheticis sermonibus contra pneumatomachos.

Digitum Dei solet scriptura appellare Spiritum sanctum, sicuti Christus dixit: si ego in digito Dei eiicio daemonia; id quod alius evangelista « in Spiritu Dei » dicit. Sic item dexteram brachiumque Filium appellat, ut est illud: salvavit eum dextera eius, et brachium sanctum ipsius. Sicut ergo brachium consubstantiale est ei cuius est brachium, sic digitus ei cuius est digitus. Ergo Patri Filioque consubstantialis est Spiritus sanctus.

(1) Sancti Cyrilli sermones antirrheticos laudat Ephraemius patriarcha antiochenus apud Photium cod. CCXXIX. col. 793. fin. Κύριλλος ἐν ταῖς ἀντιρρήσεσι φησί. Ceteroqui conferendus est idem Cyrillus opp. T. V. in thesauro p. 339. Item apud nos in commentario ad Lucam XI. 20. p. 272.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΡΑΒΟΛΗΝ ΤΟΥ ΑΜΠΕΛΩΝΟΣ (1).

Ὡμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, ὅστις ἐξῆλθεν ἅμα πρωῒ μισθώσασθαι ἐργάτας εἰς τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ.

SANCTI PATRIS NOSTRI CYRILLI

ARCHIEPISCOPI ALEXANDRIAE

HOMILIA DE PARABOLA VINEAE.

Simile est regnum caelorum homini patri familias qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. (*Matth.* XX. 1.)

Audisti, carissime, evangelicam Domini parabolam: audi iam ipsius quoque explanationem, quam pro viribus exsequemur. Magnae domus pater familias, dominus Deus est; domus enim, orbis terrarum; cuius est dominus is qui illum creavit Deus. Vinea, est humana natura. Operarii vineae, quotquot hominum salutem procurant sancti viri. Prima hora intelligitur piorum illorum Abelis et Enochi ac Noë. Hi primi scilicet religiosi fuerunt, hi primi vineae operarii. Noë autem vineam plantavit, quod spiritali sensu intelligas velim, quoniam spiritalis oratio nostra est. Hi usque ad tertiam horam operati sunt. Post horam tertiam, aetas Abrahami, Isaaci, atque Iacobi. Hi quoque salutis nostrae operarii fuere, numero tres. Ideo etiam usque ad sextam horam operabantur. A sexta hora, quod est medium diei tempus, cum sol vehementius mundum irradiat, legis aetas est; quia reapse illuminavit hominum genus legis praeceptis verum lumen Deus noster. Etenim praeceptum Domini luci-

Ἤκουσας, ἀγαπητὲ, τῆς εὐαγγελικῆς τοῦ κυρίου παραβολῆς· ἄκουε καὶ τὴν ἑρμηνείαν, ἣν κατὰ δύναμιν ἐροῦμεν· οἰκοδεσπότης τοῦ μεγάλου οἴκου, τουτέστιν ὁ δεσπότης θεός· οἶκος γὰρ, ὁ κόσμος· δεσπότης δὲ αὐτοῦ, ὁ κτίσας αὐτὸν θεός· ἀμπελὼν αὐτοῦ, ἡ ἀνθρωπεία φύσις· ἐργάται τοῦ ἀμπελῶνος, ὅσοι διακονούμενοι τῇ σωτηρίᾳ τῶν ἀνθρώπων ἅγιοι· πρώτη ὥρα ὁ καιρὸς τῶν θεοσεβῶν ἐκείνων τῶν περὶ Ἄβελ καὶ Ἐνὼχ καὶ Νῶε· πρῶτοι γὰρ οὗτοι θεοσεβεῖς, πρῶτοι οὗτοι ἐργάται τοῦ ἀμπελῶνος. Νῶε γὰρ ἐφύτευσεν ἀμπελῶνα, νοητῶς νόει· πνευματικοὶ γὰρ οἱ λόγοι· ἕως τρίτης ὥρας οὗτοι εἰργάζοντο· μετὰ τρίτην ὥραν ὁ καιρὸς τῶν περὶ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ· καὶ οὗτοι γὰρ ἐργάται τῆς σωτηρίας ἡμῶν, τρεῖς τὸν ἀριθμόν· διὰ τοῦτο καὶ ἕως ἕκτης ὥρας εἰργάσαντο· ἀπὸ ἕκτης ὥρας τὸ μεσέτατον τῆς ἡμέρας, ὅτε ὁ ἥλιος σφοδρότερον καταλάμπει τὴν οἰκουμένην, ὁ χρόνος τοῦ νόμου· ὅτι τῷ ὄντι ἐφώτισεν τὴν ἀνθρωπότητα διὰ τῶν ἐντολῶν τοῦ νόμου τὸ ἀληθινὸν φῶς ὁ θεὸς ἡμῶν· ἡ ἐντολὴ γὰρ κυρίου τηλαυγὴς φωτίζουσα

(1) Hanc nos homiliam graece tantum ex vaticano codice ante hos annos edidimus in Spicilegio rom. T. V. p. 119-122. Latine olim, sine graeco, vulgaverat, ut ibi diximus, Achilles Statius. Nos vero quum eius libello careamus, novam marte nostro curavimus latinam interpretationem, quam heic cum graeco textu ceteris novis Cyrilli scriptis adnectimus.

* Ps. XVIII. 9. ὀφθαλμούς· * καὶ πάλιν, ὅτι φῶς τὰ προσ-
* Is. XXVI. 9. gr. τάγματά σου *.

Ἀπὸ ἕκτης ὥρας, τὸ ἥμισυ τῆς ἡμέρας· ὅτε γὰρ ἐμέσασαν οἱ χρόνοι οἱ ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίσεως, καὶ ἕως συντελείας, τότε μεσημβρινὸν ἀπεστάλη Μωϋσῆς καὶ Ἀαρών· καὶ γὰρ ἡ κατὰ νόμον λατρεία, ἕως ὀγδόης· ἐννάτη δὲ ὥρα, καιρὸς τῶν πνευματοφόρων προφητῶν· καὶ γὰρ αὐτοὶ ὡς καλοὶ ἐργάται ἀπεστάλησαν παρὰ τοῦ οἰκοδεσπότου ἐργάσασθαι τὸν ἀμπελῶνα τῆς ψυχῆς ἡμῶν ἕως δεκάτης· ἑνδεκάτη ὥρα, ἐπιδημία τοῦ μονογενοῦς· ἐπ᾽ ἐσχάτων γὰρ τῶν χρόνων ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων ἐπεδήμησεν ἡμῖν ὁ τοῦ θεοῦ υἱὸς, θεοῦ λόγος· ὥσπερ γὰρ ἀπὸ ἑνδεκάτης εἰς δωδεκάτην ἄλλη μία ὥρα ἐστὶν ἡ ἐσχάτη, οὕτως ἀπὸ τῆς ἐπιδημίας Χριστοῦ ἕως τῆς συντελείας, ἄλλη μία ὥρα ἐστίν· ἄκου-
* I. Ioh. II. 18. σον τοῦ Ἰωάννου λέγοντος· * τεκνία, ἐσχάτη ὥρα ἐστίν.

Ὁρᾷς ὅτι τῇ ἑνδεκάτῃ ἐξελθὼν ὁ τοῦ ἀμπελῶνος δεσπότης, εὑρὼν ἀργοὺς ἐμισθώσατο· τίνες οὗτοι οἱ ἀργοί; ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν· ἀργοὶ γὰρ ἦμεν ἀπὸ θεογνωσίας, ἀργοὶ ἀπὸ ἔργων ἀγαθῶν· καὶ λέγει αὐτοῖς· τί ἑστήκατε ὧδε ὅλην τὴν ἡμέραν ἀργοί; ὅλην τὴν ἡμέραν ἀπ᾽ ἀρχῆς κτίσεως κόσμου, ἕως τῆς ἐπιδημίας αὐτοῦ χρόνον ἐσήμανεν· ἕως γὰρ τότε ἀργὰ ἦν τὰ ἔθνη, θεὸν μὴ εἰδότα· οὐδεὶς γάρ, φασιν, ἡμᾶς ἐμισθώσατο· εὐγνώμονα τὰ ἔθνη· τῷ γὰρ οὐδεὶς αὐτὰ ἐμισθώσατο, οὐ νόμοι οὐ προφῆται· τῷ Ἰσραὴλ ἐκεῖνοι ἀπεστάλησαν, οὐ τοῖς ἔθνεσιν· διὸ καλῶς λέγουσιν ὅτι οὐδεὶς ἡμᾶς ἐμισθώσατο.

Ἀλλὰ ἀγαθὸς ὁ οἰκοδεσπότης, ὑπάγετε γὰρ καὶ ὑμεῖς, φησὶν, ἐργάσασθαι ἐν τῷ ἀμπελῶνι, καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, δώσω ὑμῖν· οἱ ἀργοὶ, τότε ἐργάται γεγόνασιν· ἐργάζεται γὰρ νῦν ἡ ποτὲ ἀργὴ αὕτη ἐκκλησία· ἐργάζεται ὁ χορὸς τῶν ἀποστόλων, τῶν μαρτύρων, τῶν ἀσκητῶν, τῶν μοναζόντων, τῶν ἁγίων παρθένων, τῶν ἐγκρατῶν, τῶν ἐν γάμῳ σεμνῷ· ἔλαβεν γὰρ αὕτη ἡ ἐκκλησία τὸ ἓν δηνάριον ἀξίως· δύνα-

dum illuminans oculos. Et denuo: lumen mandata tua.

A sexta hora meridies est: etenim quum iam media tempora essent inter creationis initium et mundi finem, tunc veluti meridiani missi sunt Moyses et Aaron. Porro legalis cultus usque ad horam octavam; sed nona hora, inspiratorum prophetarum aetas: namque et hi tamquam boni operarii missi fuerunt a patre familias ad animae nostrae culturam, usque ad decimam. Undecima demum hora, adventus Unigeniti fuit. Extremis enim temporibus, in saeculorum consummatione venit ad nos filius verbumque Dei. Nam sicut ab undecima ad duodecimam, una alia excurrit extrema hora; sic ab adventu Christi ad saeculi consummationem, alia unica hora superest. Audi enim Iohannem dicentem: filioli, novissima hora est.

Vides, quod undecima hora prodiens vineae dominus, otiosos repertos mercede conduxit. Quinam hi sunt otiosi? Nos videlicet qui ex ethnicis sumus; otiosi enim id est vacui Dei cognitione eramus, vacui operibus bonis. Dicitque illis: cur heic stetistis tota die otiosi? Totam diem dicit, ab orbe condito usque ad Christi adventum tempus significans. Illatenus enim otiosi ethnici fuerunt, Deum ignorantes. Nemo enim, aiunt, nos mercede conduxit. Recto animo hoc dicunt ethnici, nemo nos mercede conduxit, non lex, non prophetae, qui ad Israhelem missi fuere, non ad ethnicos. Ideo recte dicunt: nemo nos mercede conduxit.

Sed enim bonus pater familias, ite inquit et vos ad operandum in vinea; et quod iustum fuerit, dabo vobis. Tunc vero qui otiosi erant, facti sunt operarii: nempe operatur nunc, quae otiosa fuerat ecclesia. Operatur apostolorum chorus, martyrum, ascetarum, monachorum, sanctarum virginum, continentium, denique eorum qui in honorabili coniugio sunt. Recepit autem eadem ecclesia unum merito

denarium. Potest enim aliquis celeriter operari, atque unica hora tantum operis facere, quasi a summo mane laborem fuisset adgressus. Ecce et latro intra unicam horam audiit: hodie mecum eris in paradiso.

Iam audi quid ceteri dicant: pondus aestumque diei nos pertulimus. Vera illi dicunt. Namque hi grave legis iugum non gestaverunt, nihilo tamen minus par illis opus fecerunt. Amice, inquit, tibi iniquus non sum. Et sane iustitiae iudex non est iniquus. Verba autem: volo et huic largiri quantum tibi, ne personae acceptionem esse arbitreris, neque mercedem gratiose dari, sed ita potius cogita: quantumvis fecerimus, vel quantumvis laboraverimus, nihil dignum praestamus. Quaelibet enim hominis iustitia ut pannus menstruatae. Rem totam, gratiam appellavit, ut ait Paulus: iustificati gratis per gratiam, non ex operibus, ne quis glorietur. Dei donum est, non quia nos nihil operemur, sed quia nihil condignum facimus: quum haec omnia inquit feceritis, dicite: servi inutiles sumus; quod debuimus facere, fecimus. Utique igitur cum panem pauperi praebes, et caelorum regnum lucraris, cernis quid sit illud: volo largiri.

Iam quod sequitur: an oculus tuus malus est, quia ego bonus sum? non hoc dicit, quia mali sint sancti; sed numquid mali estis, quia ego bonus sum? Vere enim ipse bonus de bono. Tum vero non sicut opus, ita et merces: exiguum quippe opus, merces multa. Aquae calicem das sitienti, recipis autem quae nec oculus vidit, nec auris audivit. Vides Deum esse bonum. Denique incipit ab extremis usque ad primos, quia postremi erunt qui nunc primi. Et: populum meum vocabo reapse populum meum. Et rursus: quum ingressa fuerit plenitudo gentium, tunc etiam universus Israhel salvus fiet; in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria et imperium in saecula saeculorum. Amen.

ται γάρ τις ὀξέως ἐργαζόμενος, ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἐνέγκαι ἔργον ὡς ἀπὸ πρωΐθεν ἐργαζόμενος· ὁ λῃστὴς εἰς μίαν ὥραν ἤκουσεν τὸ σήμερον μετ᾽ ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ *.

Ἀλλ᾽ ἄκουσον τί φασὶν ἐκεῖνοι· ἡμεῖς οἱ βαστάσαντες τὸ βάρος καὶ τὸν καύσωνα τῆς ἡμέρας· ἀληθεύουσιν· οὐ γὰρ ἐν νόμῳ ἐβάστασαν τὸ βάρος τοῦ ζυγοῦ τοῦ νόμου, ἀλλ᾽ ἐγένοιτο καὶ οὗτοι ἴσοι τούτων διὰ τὸ ἔργον· ἑταῖρε, γάρ, φησιν, οὐκ ἀδικῶ σε· οὐκ ἀδικεῖ ὁ τῆς δικαιοσύνης κριτής· τὸ δὲ θέλω τούτῳ χαρίσασθαι ὡς καὶ σοί, μὴ νομίσῃς προσωποληψίαν εἶναι. μηδὲ κατὰ χάριν διδόσθαι τὸν μισθόν, ἀλλ᾽ οὕτω νόει· ὅτι οἵως ἂν ποιήσωμεν, οἵως ἂν ἐργασώμεθα, ἄξιον οὐδὲν ποιοῦμεν· πᾶσα γὰρ δικαιοσύνη ἀνθρώπου ὡς ῥακὸς ἀποκαθημένης· * χάριν τὸ ὅλον ὠνόμασεν, ὡς λέγει Παῦλος *, δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, καὶ οὐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχήσηται· θεοῦ τὸ δῶρον, οὐχ ὅτι οὐκ ἐργαζόμεθα, ἀλλ᾽ ὅτι κατ᾽ ἀξίαν οὐδὲν ποιοῦμεν· ὅτ᾽ ἂν γάρ, φησι, ποιήσητε ταῦτα πάντα, εἴπατε ὅτι δοῦλοι ἀχρεῖοι ἐσμέν· ὃ ὠφείλαμεν ποιῆσαι, πεποιήκαμεν· * ἀμέλει γοῦν ἄρτον τῷ πένητι παρέχεις, καὶ βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομεῖς, ὁρᾷς τό, θέλω χαρίσασθαι.

Τὸ δέ, ἢ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; μὴ εἶπεν, ὅτι πονηροὶ οἱ ἅγιοι, ἀλλὰ μή τι πονηροί ἐστε, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι: ἀληθῶς γὰρ ἀγαθὸς ἐξ ἀγαθοῦ· οὐ κατὰ τὸ ἔργον καὶ ὁ μισθός· ὀλίγον γὰρ τὸ ἔργον, πολὺς δὲ ὁ μισθός· ποτήριον ὕδατος ἐπότισας διψῶντα, καὶ ἀπολαμβάνεις ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ οὖς οὐκ ἤκουσεν· ὁρᾷς ὅτι ἀγαθός ἐστιν· τὸ δὲ ἀρξάμενος ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἕως τῶν πρώτων, ὅτι ἔσονται οἱ πρῶτοι ἔσχατοι· καὶ καλέσω τὸν λαόν μου, λαόν μου· * καὶ πάλιν, ὅταν τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰσέλθῃ, τότε καὶ πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται *, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

* Luc. XXIII. 43.
* Is. LXIV. 6.
* Rom. III. 24.
* Luc. XVII. 10.
* Os. II. 24.
* Rom. XI. 25.

SANCTI EIUSDEM CYRILLI

ORATIUNCULAE TRES IN TRANSLATIONE RELIQUIARUM

SS. MM. CYRI ET IOHANNIS. (1)

Α'.

ΕΠΙΦΗ Β'. ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ ΤΟΙΣ ΤΑΒΕΝΝΗΣΙΩΤΑΙΣ (2) ΜΟΝΑΧΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΤΩι ΚΑΝΩΒΩι ΕΝ ΤΗι ΜΕΤΑΝΟΙΑι ΚΑΛΟΥΜΕΝΗι, ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΚΥΡΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ.

Ἀνδρεία καὶ ὑπομονὴ, καλὴ καὶ εὐειδεστάτη δυὰς ἀρετῶν, καὶ τοῖς ἁγίοις μάλιστα πρεπωδεστάτη· οἷς ὁ μακάριος προσφωνεῖ Δαβὶδ, ἀνδρίζου καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία
* Ps. XXX. 25. σου, καὶ ὑπόμεινον τὸν κύριον· * ὁ δὲ τοῦ σωτῆρος μαθητής· ὑπομονῆς ἔχετε χρείαν. ἵνα τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ ποιήσαντες, κομιεῖσθε
* Hebr. X. 36. τὴν ἐπαγγελίαν· * χρὴ γὰρ ἡμᾶς ὡς ἐν ἀρχῇ γενέσθαι τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὸ τέλος ἐπιζητεῖν, ἵνα καὶ βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομήσωμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας· ἀμήν.

I.

BEATI CYRILLI ACCLAMATIO AD TABENNISIOTAS MONACHOS, QUI SUNT IN CANOPO, QUAE DICITUR PAENITENTIA, DE SANCTIS MARTYRIBUS CYRO ET IOHANNE. EPIPHI II, QUOD EST OCTAVO KALENDAS AUGUSTAS.

Fortitudo et patientia, bona atque visionabilis (3) dualitas virtutum, sanctos condecet maxime: quibus beatus quidem David acclamat: viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine Dominum. Salvatoris autem discipulus: patientia vobis est necessaria, ut voluntatem Dei facientes, percipiatis promissum. Oportet quippe nos in exordio bonorum fieri, sed finem exquirere; ut regnum caelorum hereditemus, in Christo Iesu domino nostro, cui gloria et potestas. Amen.

Β'.

ΕΠΙΦΗ Ζ'. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΠΡΩΤΗ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΑΓΙΟΥΣ ΜΑΡΤΥΡΑΣ ΚΥΡΟΝ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΥΣ ΚΕΙΜΕΝΟΥΣ ΕΝΤΑΥΘΑ; ΔΙ' ΩΝ ΣΗΜΑΙΝΕΙ Ο ΠΑΤΗΡ ΚΑΙ ΤΟ ΤΙΜΙΟΝ ΑΥΤΩΝ ΠΑΘΟΣ, ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΝΤΑΥΘΑ ΚΑΤΑΘΕΣΙΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΥΤΩΝ ΛΕΙΨΑΝΩΝ· ΕΡΡΗΘΗ ΔΕ Η ΠΑΡΟΥΣΑ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΠΡΩΤΗ ΕΝ ΤΗι ΜΕΤΑΝΟΙΑι ΗΤΟΙ ΕΝ ΤΗι ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

Οὐκ ὀκνηροὶ γεγόναμεν περὶ τὸν συνήθη
* Matth. XXVI. 41. λόγον, ἀλλ' ὡς εἴρηκεν ὁ σωτὴρ *, τὸ μὲν

II.

EIUSDEM. EPIPHI VII. ID EST PRIDIE KALENDARUM AUGUSTARUM RELATIONES DUAE IN SANCTOS MARTYRES ABBA CYRUM ET IOHANNEM, QUI HIC REQUIESCUNT; PER QUAS HIC PATER INSINUAT ET HONORABILEM EORUM PASSIONEM, ET DEPOSITIONEM SANCTARUM RELIQUIARUM. DICTA EST AUTEM PRAESENS PRIMA NARRATIO IN METANOEA, QUOD INTERPRETATUR PAENITENTIA, SIVE IN ECCLESIA SANCTORUM APOSTOLORUM.

Pigri non fuimus circa consuetum sermonem, sed ut dixit Salvator, spiritus qui-

(1) Has Cyrilli oratiunculas conservavit nobis S. Sophronius in historia sanctorum martyrum Cyri et Iohannis, quam graece nos edidimus in Spicil. rom. T. IV. p. 248-252; itemque latine, interprete vetere Anastasio bibliothecario, tom. cit. p. 263-266. Gratulemur itaque nobis haec quoque nova Cyrilli scripta. Porro mirum est, quod aeque breves S. Augustini tres sermones legimus de miraculis S. Stephani protomartyris in editione maurina T. V. serm. 320. 321. 322.

(2) De Tabenna, et de tabennensibus monachis, legesis Palladium hist. lausiac. cap. XXXIX, cum Meursii adnot. In eo asceterio S. Pachomius regulam ab angelo traditam accepit.

(3) Ita Anastasius, in cuius quamquam parum elegante dictione nihil mihi immutare licuit.

idem promptus est, caro autem infirma. Credimus enim per sanctas orationes vestras miserante Deo minuetur afflictio. Quod autem et cogitavimus, et egimus propter utilitatem, iterum vobis necessarium dicere prospeximus. Etenim regiones istae medicis indigebant ex Deo curantibus. Ut ergo omnia loca adiuvaremus, et maxime quae adiacent ecclesiae sanctorum evangelistarum; ibant enim non habentes oraculum ad altera quaedam loca, et dum christiani essent, errabant; necessario inquisivimus sanctorum martyrum reliquias. Comperimus ergo et accurate didicimus, quod tempore quo martyrium pertulerant sanctae virgines, quarum et fontem habemus apud sanctum evangelistam Marcum, duo quidam, quorum unus monachus abstinens, et alter miles, aderant excitantes easdem virgines, et ad certamen aptantes, quatenus cum virili sensu pro Salvatore nostro sustinuissent periculum. Requiescunt autem etiam ipsi cum eis in oratorio (3). Ingressi sunt fortiter, et Christi martyrium pertulerunt, posueruntque pro eo animas suas. Fuerunt autem simul corpora sanctorum martyrum in uno loco iacentia: et quia indiscretae erant eorum reliquiae; nec enim manifeste dinoscebatur, quis hic, quisve ille; necessario utrosque assumentes, transtulimus et reposuimus in ecclesia evangelistarum, facientes ut martyribus solet memoriam. Conveniamus igitur, Deo volente, crastino pariter, tam sanctos evangelistas honorantes, quam beatos martyres, qui vocantur Cyrus et Iohannes.

πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής· πιστευόμενοι δὲ, ὅτι διὰ τὰς ὑμῶν εὐχὰς ἐλέῳ θεοῦ ῥαΐσει τὸ πάθος· ὃ δὲ καὶ ἐβουλευσάμεθα καὶ πεπράχαμεν ὑπὲρ τοῦ χρησίμου, πάλιν εἰπεῖν ὑμῖν ἀναγκαῖον συνείδομεν· ὅτι τὰ μέρη ταῦτα ἔχρηζεν ἰατρῶν θεραπευόντων διὰ θεοῦ· ἵνα τοίνυν πάντας ὠφελήσωμεν τοὺς τόπους, καὶ μάλιστα τοὺς παρακειμένους τῇ τῶν ἁγίων εὐαγγελιστῶν ἐκκλησίᾳ, ἀπήεσαν γὰρ οὐκ ἔχοντες μαρτύριον εἰς ἑτέρους τινὰς τόπους, καὶ χριστιανοὶ ὄντες ἐσφάλλοντο, διὰ τοῦτο ἀναγκαίως ἐζητήσαμεν ἁγίων μαρτύρων λείψανα· εὑρόμενοι τοίνυν, καὶ μεμαθήκαμεν ἀκριβῶς, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν καθ' ὃν μεμαρτυρήκασιν αἱ ἅγιαι παρθένοι (1), ὧν τὴν θείαν πηγὴν (2) ἔχομεν ἐν τοῖς τοῦ ἁγίου εὐαγγελιστοῦ Μάρκου, δύο τινὲς, ὧν ὁ μὲν εἷς μονάζων ἦν ἀσκητὴς, καὶ ἕτερος στρατιώτης, πάρεισαν αὐτὰς παροξύνοντες καὶ ἐπαλείφοντες αὐτὰς πρὸς τὸν ἀγῶνα τῆς ἀθλήσεως· ὥστε μετὰ γυναίου φρονήματος ὑπὲρ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ὑποστῆναι κίνδυνον· κέκληνται δὲ καὶ αὐτοὶ σὺν ἐκείναις εἰς τὸ μαρτύριον· καὶ εἰσῆλθον γυναίως καὶ μεμαρτυρήκασιν ὑπὲρ Χριστοῦ, καὶ τεθήκασιν δι' αὐτὸν τὰς ἰδίας ψυχάς· ἦν οὖν ὁμοῦ τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐν ἑνὶ τόπῳ κείμενα· ἐπεὶ δὲ ἀδιάκριτα ἦν τὰ λείψανα, οὐ γὰρ ἦν διεγνωσμένα σαφῶς, τίς μὲν οὗτος, τίς δὲ ἐκεῖνος, ἀναγκαίως ἀμφότερα συλλαβόντες μετηγάγομεν καὶ τεθήκαμεν ἐν τῇ τῶν εὐαγγελιστῶν ἐκκλησίᾳ, ποιήσαντες τὸ σύνηθες, ὡς μαρτυροῦσιν, μνημεῖον· συναγώμεθα τοίνυν, ἐθέλοντος τοῦ Χριστοῦ αὔριον ὁμοῦ, καὶ τοὺς ἁγίους τιμῶντες εὐαγγελιστὰς καὶ τοὺς μακαρίους μάρτυρας· καλοῦνται δὲ Κῦρος καὶ Ἰωάννης.

(1) Intellige canopenses tres sorores virgines, Theoctisten, Theodoten, et Eudoxiam, cum matre Athanasia, quae sub Diocletiano imp. et Syriano praeside, hortantibus Cyro et Iohanne, martyrium inclytum fecerunt, ut narrat apud nos sanctus Sophronius tom. cit. p. gr. 237, lat. p. 259.

(2) Animadverte hoc dictum de fonte ss. virginum martyrum in basilica S. Marci alexandrina; namque huiusmodi fontes, seu potius cisternae ac putei martyrum, sive ubi sanguis illorum defluxerit, sive potius ubi corpora proiecta fuerint, in aliquot etiam romanis ecclesiis visuntur.

(3) In his, ut quisque videt, declinat a graeco Anastasius interpres, quem nos, ut diximus, propter antiquitatem reformare noluimus. Alioqui dicendum fuerat: *vocati sunt autem ipsi quoque ad idem martyrii stadium; quod fortiter ingressi, Christo testimonium dederunt* etc. Sed Anastasius quidem videtur legisse κεῖνται pro κέκληνται. Martyrium autem non male intellexit oratorium, sive locum reliquiarum.

Γ΄.

ΕΠΙΦΙ Η΄. ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΤΕΡΑ ΕΝ ΤΗ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΤΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΩΝ, ΕΝΘΑ ΚΑΙ ΚΑΤΕΘΗΚΕΝ ΕΝ ΜΝΗΜΕΙΩ ΤΑ ΛΕΙΨΑΝΑ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΚΥΡΟΥ ΚΑΙ ΙΩΑΝΝΟΥ, ΠΡΟ ΔΥΟ ΣΗΜΕΙΩΝ ΚΑΤΑ ΑΝΑΤΟΛΑΣ ΤΟΥ ΚΑΝΩΒΟΥ, ΠΛΗΣΙΟΝ ΤΗΣ ΜΕΝΟΥΘΕΟΣ (1).

* Luc. XIV. 25-27. Συνεπορεύοντο * δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοὶ, καὶ στραφεὶς εἶπεν αὐτοῖς· εἴ τις ἔρχεται πρός με καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ καὶ τὰ τέκνα καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· θερμοὺς ἡμᾶς εἰς εὐλάβειαν οἱ τοῦ σωτῆρος ἀπαιτοῦσιν λόγοι· καὶ τοὺς ἀγαπᾶν θέλοντας αὐτὸν, οὐδὲν ἡγεῖσθαι ἄμεινον αὐτοῦ ἀναπείθουσιν, οὐ φιλοστοργίαν σωμάτων, οὐκ ἀγάπησιν εἰς πατέρας, οὐκ αἰδῶ τὴν εἰς μητέρας καὶ ἀδελφούς· οἶδεν γὰρ ὅτι ταῦτα καταπεφρονηκότες μεγάλην εὑρίσκουσιν καὶ λαμπρὰν τὴν ἀντιμισθίαν· ἵνα δὲ καὶ τί πρὸς τούτοις ἕτερον εἴπω, γνωρίζων ὅσην ἔσχεν εἰς ἡμᾶς ἀγάπησιν, οὐδὲ αὐτὸς τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν κρείττονα τῶν ἡμετέρων ἐποιήσατο πραγμάτων· οὐ προτετίμηκεν τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν τῆς ἁπάντων σωτηρίας καὶ ζωῆς· θεὸς ὢν, δι᾽ ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ ὑπέμεινεν σταυρὸν, αἰσχύνης καταφρονήσας· ἀλλ᾽ οἱ συμ-
* II. Tim. II. 12. πάσχοντες καὶ συμβασιλεύσουσιν· * οἱ συνατιμασθέντες, πάντως καὶ συνδοξασθήσονται.

III.

EIUSDEM. EPIPHI VIII. ID EST KALENDAS AUGUSTAS APUD ECCLESIAM EVANGELISTARUM, UBI IN MONUMENTO RECONDIDIT RELIQUIAS SANCTORUM CYRI ET IOHANNIS, A DUOBUS MILIBUS DE PARTE ORIENTIS CANOPI IUXTA MENUTHEOS.

Proficiscebantur autem cum eo turbae multae; et conversus dixit ad eos, quicumque venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et filios, et uxorem, et fratres, et sorores, insuper et animam suam, non potest meus esse discipulus; quicumque non portaverit crucem suam et venerit post me, non potest meus esse discipulus. Ferventes nos esse ad reverentiam, Salvatoris expetunt verba; et qui diligere eum voluerint, nihil pretiosius aestimare persuadent, non affectum corporis, non amorem patrum, non reverentiam matrum, et sororum; scit enim quia haec contempnentes, magnam et praeclaram mercedem invenient. Et ut quid aliud ad haec dicam, innotescens quantam in nos dilectionem habeat; dum nec ipse quae circa se sunt, meliora nostris rebus efficit (2), non praeposuit quae circa se sunt vitae omnium et saluti. Cum sit Deus, pro nobis factus est homo, et pertulit crucem confusione contempta. Sed qui compatiuntur, et conregnabunt; qui simul dehonorati sunt, per omnia et congloriabuntur.

(1) Anastasius bibliothecarius S. Sophronii interpres apud nos Spicil. rom. T. IV. p. 262. *Canopo duobus signis distans castellum idolum habebat Menuthin vocitatum, in quo manifeste cooperabantur nequissimi spiritus: in quo videlicet castello templum aedificavit evangelistis sacer Theophilus. Post dormitionem vero Theophili, cum Cyrillus suscepisset ecclesiae gubernacula, Cyrillus inquam ille magnus pietatis amator, et fidei violatorum depositor, cura erat ei non qualiscumque, destruendi phantasmata Menutheos, christianosque quosdam ex simplicioribus, illuc causa recipiendae sanitatis suapte concurrentes, removit. Super quo multum Deo misericordissimo postulato, angelum videt a Deo cunctorum, susceptam eius deprecationem evangelizantem, et praecipientem sibi ut Cyri corpus in martyribus magni, de templo sancti Marci sumeret, et in ecclesia evangelistarum, quae est in Menuthin collocaret. Sic enim et castellum nominabant reverentia et amore daemonis.* Confer eundem Sophronium cum Anastasio interprete etiam tomo tertio Spicil. rom. p. 10. 37. 66. et seq. SS. Martyrum horum templum eximium menutheum describit Sophronius Spicil. rom. T. III. p. 82. seq. Neque inutile est adnotare superesse adhuc eius loci appellationem. Etenim quia olim dicebant id templum ἀββᾶ Κύρου *Abba Cyri*, ut passim is martyr in scriptis dicitur; quumque, ut fit, circa id templum piorum multitudine frequentatum, oppidum paulatim increvisset, dictum est *Abuchir*, prope quem locum nobilissima bellata fuit pugna navalis aetate nostra inter Anglos et Gallos, cum gallicanae classis exitio.

(2) Immo dicendum ab interprete Anastasio fuerat: *haud sua pluris quam nostra aestimavit.*

Sic profecisse credimus etiam sanctos martyres Cyrum et Iohannem: devoti quippe subierunt pro pietate certamen. Et pessima bestia in eos insiluit, hoc est mors; sed memores fuerunt Domini sui dicentis: qui non tulerit crucem suam, et sequitur me, non potest meus esse discipulus. Expleverunt mandatum, tulerunt etiam ipsi crucem, secuti Dominum suum. Ducebantur autem tunc non soli ad certamina, sed et chorus sanctarum virginum, quae mulieres quidem erant, sed mentis fuerant incorruptae. Consummata est igitur cum eis et haec optima duorum athletarum paritas, et mercedem charitatis quae in Christo est obtinent, conculcandi satanam, et expellendi maligna daemonia. Adsint igitur qui olim errabant, veniant ad veram et incauponabilem medicinam. Nullus apud nos fingit insomnia; nec advenientibus dicit: dixit Domina, fac hoc aut illud; omnino Domina, et Deus esse potest, et adorari vult? Apud daemones non est masculus neque femina. Et vide quale habent propositum, ut et mulierum nominibus vocari velint. Proculcantes igitur has aniles fabulas, et divinantium effoetata colludia, veniant ad veros desuper medicos, quibus omnipotens Deus ut curare possint tribuit potestatem dicens: infirmos curate; gratis accepistis, gratis date. Omni itaque medela, quae a Salvatore condonata est perpotiti, conlaudemus Dominum nostrum, ut et regnum caeleste mereamur in Christo Iesu domino nostro, per quem et cum quo Deo patri cum sancto Spiritu gloria, honor, et potestas, nunc et semper in saecula saeculorum. Amen.

Οὕτως εὐδοκιμῆσαι πιστεύομεν καὶ τοὺς ἁγίους μάρτυρας Κῦρον καὶ Ἰωάννην· πρόθυμοι γὰρ εἰσῆλθον εἰς τοὺς ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν εὐσεβείας ἀγῶνας· καὶ τὸ πάντων αὐτοῖς δυνώτατον ἐπιπηδᾷ θηρίον, φημὶ δὲ ὁ θάνατος· ἀλλ' ἐμέμνηντο τοῦ ἰδίου δεσπότου λέγοντος· ὃς οὐ λαμβάνει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής· πεπληρώκασιν τὴν ἐντολὴν, ἔλαβον καὶ αὐτοὶ τὸν σταυρόν. ἠκολούθησαν τῷ ἰδίῳ δεσπότῃ· ἤγοντο δὲ οὐ μόνοι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ἀλλ' ἦν καὶ χορὸς ἁγίων παρθένων· καὶ γυναῖκες μὲν ἦσαν, ἄθραυστοι δὲ τὴν διάνοιαν· τετελείωται τοίνυν σὺν αὐταῖς καὶ ἡ καλὴ τούτων τῶν ἀθλητῶν δυάς· καὶ μισθὸν ἔχουσι τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης, τὸ πατῆσαι τὸν σατανᾶν καὶ ἐλαύνειν τὰ πονηρὰ δαιμόνια· ἡκέτωσαν τοίνυν οἱ πάλαι πλανώμενοι· ἐρχέσθωσαν εἰς ἀληθινὸν καὶ ἀκαπήλευτον ἰατρεῖον· οὐδεὶς γὰρ ἡμῖν ὀνείρατα (1) πλάττεται· οὐδεὶς λέγει τοῖς ἐρχομένοις, εἴρηκεν ἡ κυρὰ (2), ποίησον τὸ καὶ τό (3)· ὅλως κυρὰ καὶ θεὸς εἶναι δυνατὸς, καὶ προσκυνεῖσθαι θέλει; ἐν τοῖς δαίμοσιν οὐκ ἔστιν οὐδὲ ἄῤῥεν οὐδὲ θῆλυ· καὶ βλέπετε ποίαν ἔχουσιν προαίρεσιν· ὀνόμασιν γυναικῶν καλεῖσθαι βούλονται· πατήσαντες τοίνυν τὰ γραώδη μυθάρια καὶ τὰ πάλαι τῶν γοήτων ἐμπαίγματα. ἐρχέσθωσαν ἐπὶ τοὺς ἀληθινοὺς καὶ ἄνωθεν ἰατρούς· οἷς ὁ πάντα ἰσχύων θεὸς, τοῦ θεραπεύειν δύνασθαι τὴν ἐξουσίαν ἐχαρίσατο λέγων· ἀσθενοῦντας θεραπεύετε· δωρεὰν ἐλάβετε, δωρεὰν δότε· * πάσης τοίνυν θεραπείας τῆς παρὰ τοῦ σωτῆρος ἀπολαύσαντες, ὑμνολογοῦσιν τὸν ἑαυτῶν δεσπότην, ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν καταξιωθῶσιν, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, δι' οὗ τῷ θεῷ καὶ πατρὶ σὺν τῷ παναγίῳ πνεύματι δόξα τιμὴ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

* Luc. X. 8.

(1) Superstitiosa ac fallacia somnia intelligit reprehenditque Cyrillus, cuiusmodi non in Menutheos tantum cultu, verum etiam in Aesculapii alexandrino fano nosocomioque saepe dictitabantur. Ceteroqui bona somnia, et a bonis angelis, ut credere pium est, atque a sanctis martyribus Cyro et Iohanne immissa, in volumine suo de praedictorum martyrum miraculis Sophronius permulta narravit.

(2) Quippe dea femina erat Menuthis, teste Sophronio tom. cit. p. 240, ubi τῆς Μενουθέως, nec non T. III. p. 66.

(3) Erant haec oracula seu responsa Cassiani Menutheos sacerdotis ad eos qui fanum remediorum causa adibant.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΡΙΛΛΟΥ

ΕΚΛΟΓΑΙ (1).

Cod. f. 315. b. α. Κυρίλλου ἐκ τοῦ πέμπτου βιβλίου τῶν ὑπομνημάτων τῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον.

Matth. VIII. 15. Μετὰ δὲ τὸ χαρίσασθαι τὸ ἐκ φιλαγάθου θελήματος ῥοπὴν, καὶ τὴν διὰ χειρὸς ἀφὴν προσεπιδίδωσιν (2), ἵνα μάθωμεν ἡμεῖς ὡς ἐνεργὸν εἰς κάθαρσιν ἐστὶ τὸ ἅγιον αὐτοῦ σῶμα, καὶ τῇ θείᾳ βουλήσει συμπαραλαμβάνεται χρειωδέστατα πρὸς τὸν εἰς ἡμᾶς ἁγιασμόν· κάθαρσις γὰρ ἡ ἐν πνεύματι τηρεῖται δι' ἁγιασμοῦ, ὃν τὸ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐντίθησι σῶμα, τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτῷ λόγου φοροῦν τὴν ἐνέργειαν (3).

Cod. f. 316. β'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Τεθεράπευκεν γὰρ ὡς Θεὸς, τῆς ἰδίας χειρὸς τὴν ἀφὴν τῇ κειμένῃ δωρούμενος· καὶ διὰ ποίαν αἰτίαν; „ ἵνα τῇ ἰδίᾳ φύσει, τῇ τῆς θεότητος λέγω, ἰσοσθενοῦν ἀποδείξῃ τὸ ἴδιον σῶμα (4) „ κατά γε τὴν ἐν τοῖς νοσοῦσιν ἐνέργειαν· σῶμα γάρ ἐστιν οὐκ ἀνθρώπου τινὸς, ἀλλ' αὐτοῦ τὰ πάντα κατορθοῦντος καὶ ἰσχύοντος λόγου.

Cod. f. 316. γ'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Λόγῳ τοιγαροῦν ἐνεργὴς ὁρᾶται πάλιν· καὶ ποτὲ μὲν βοῶν, ποτὲ δὲ ἐκεῖνος θαυματουργεῖ· δεικνὺς ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα τὸ ληφθὲν παρ' αὐτοῦ δι' ἡμᾶς, ἐνεργόν ἐστι καθ' ἑαυτὸ, διὰ τὸν ἐνοικοῦντα λόγον· καὶ ὁ λόγος δὲ οὐδὲν ἧττον, κἂν εἰ μὴ σωματικῶς ἐπάφωτο τινῶν.

δ. Κυρίλλου ἐκ τοῦ δευτέρου τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνήματος.

Matth. VIII. 23. *Ex Anastasio vatic. p. 24.* Συνεισβαίνουσι τοίνυν οἱ μαθηταί· καὶ προσδέχεται μὲν τὸν ὕπνον αὐτὸς, οἰκονο-

EIUSDEM SANCTI CYRILLI

EXCERPTA.

1. Cyrilli ex libro quinto commentariorum in Matthaei evangelium.

Postquam benivola sua voluntate beneficium contulerat, manu quoque tetigit, ut nos discamus sanctum illius corpus vim purgandi habere: idque utilissime cum divina voluntate sanctificationi nostrae conducere. Etenim a Spiritu purgatio nostra fit, quam Servatoris nostri corpus confert, inhabitantis in ipso Spiritus efficaciam gerens.

2. Cyrilli ex eodem libro.

Sanitatem utpote Deus contulit, propriae manus contractum iacenti gratificans. Quamobrem? Ut propriae naturae, divinae inquam, pares habere vires corpus suum ostenderet, quantum adtinet ad sanandorum aegrorum efficaciam. Non est enim hoc corpus cuiuslibet vulgaris hominis, sed Verbi cuncta potentis prospere efficere.

3. Cyrilli ex eodem libro.

Vicissim itaque voce eum videmus operari. Et modo quidem voce, modo etiam tactu miracula edit: nempe ut demonstret, corpus etiam quod pro nobis adsumpsit, per se esse efficax propter inhabitans Verbum haud secius pollere, etiamsi nullus fieret corporalis contactus.

4. Cyrilli ex secundo libro commentarii in Matthaeum.

Navim ergo cum eo conscendunt discipuli; is autem somnum sibi obrepentem

(1) Has ego eclogas sumpsi ex praestante codice vaticano 1431, in quo extant χρήσεις Monophysitarum, qui sibi patrum quoque orthodoxorum suffragia vi vindicabant. (Confer Script. vet. T. VIII.) Alia adhuc Cyrilli ex commentariis in Matthaeum fragmenta suppeditavit mihi Anastasius presbyter quem edidi in Script. vet. T. VII. Et haec quidem singulis locis, citato Anastasio, distinguo; illa vero sine alio indicio scribo. Seriem librorum Cyrilli non servo, quia pars fragmentorum numerali libri nota caret. Itaque evangelistae potius ordinem sequi oportuit. Accedant igitur hae Cyrilli commentariorum in Matthaeum eclogae ceteris illis quas iam edidimus ex codicibus item vatt. post explanationem epistolarum Pauli.

(2) Agitur in hoc et 2. ac 3. fragmentis, de Petri apostoli socru, quam manus contactu febri expedivit Servator.

(3) Confer heic Nicetae catenam in Matth. ed. Corder. T. II. p. 295.

(4) Verba, quae uncis clausimus, extant etiam apud Anastasium vaticanum p. 9.

admittit, et dispensativa ratione per id tempus carnem suam perpeti quae huic sunt propria sinit; quamquam divinitatis efficaci vi ac natura caelum terramque, et quaecumque ultra haec sunt pervaderet.

5. Cyrilli ex eodem libro, ubi de filia sacerdotis.

Quis non stupeat mortem quidem devictam videns, neque tamen divinam simul arcanam maiestatem, quae victoriam retulit, oculorum sensu percipiens? immo vero unum quemlibet aeque ac nos hominem, nihil omnino nobis dissimilem, quantum cernitur, carnis suae humilitate ac natura.

6. Cyrilli ex eodem libro.

Venit enim Iohannes neque manducans, neque bibens, sicuti scriptum est: mox venit filius hominis manducans et bibens. Iamvero huius rei, prout fieri poterit, causam heic conabor exponere. Factum est homo Dei Verbum, nostraque omnia gestavit, uno excepto peccato. Sed quod attinet ad physicas corporis commotiones, quomodo eguisset consueto nobis freno, labore nimirum ac ieiunio, quandoquidem Deus suapte natura est, et peccato superior, suâque gratiâ in nobis quoque sedat passiones, nostri corporis impetus inhibens, siquando ad absurdas voluptates rapiatur? Videlicet inter nos habitavit Dei Verbum, suamque fecit carnem humanam, ut quia hanc aspera peccati lex vexabat (etenim tyranni instar peccatum in carnis membris repugnat mentis legi, in suam nos potestatem redigens) per se ipsum vim illam retunderet; atque in sua apprime carne eam legem perimens, gratiae huius participationem ad nos transmitteret, qui eiusdem cum eo generis sumus, quod adtinet ad carnis naturam. Nam primitiae nostrae Christus est, novusque Adamus est post illum qui fuit initio: et princeps homo in terra apparuit, iam non terrenus, sed divinus potius atque caelestis, peccati nescius; propterea solus etiam inter mortuos

μικῶς δὲ μάλιστα κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ τὸ παθεῖν ἐφιεὶς τὰ ἴδια τῇ σαρκί· καί τοι διέπων αὐτὸς κατά γε τὴν τῆς θεότητος ἐνέργειάν τε καὶ φύσιν οὐρανοὺς καὶ γῆν καὶ τὰ ἐπὶ τούτοις ἐπέκεινα.

ε΄. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ ἐν τῷ περὶ τῆς θυγατρὸς τοῦ ἱερέως. Cod. f. 318.

Τίς γὰρ ἂν οὐκ ἐξέστη θάνατον βλέπων πλεονεκτούμενον, καὶ οὐχὶ θείαν τινα καὶ ἄρρητον δόξαν τὴν πλεονεκτοῦσαν ὁρῶν, ὅσον ἧκεν εἰπεῖν εἰς αἴσθησιν τῶν ὀμμάτων; ἀλλ᾽ ἕνα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἄνθρωπον δηλαδὴ κατ᾽ οὐδὲν τὸ παράπαν ἡμῶν διαφέροντα, κατά γε τὸ ὁρώμενον, εἰς τὴν τῆς σαρκὸς ἀδοξίαν τὲ καὶ φύσιν. Matth. IX. 18.

ϛ΄. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ. Cod. f. 316.

Ἦλθεν μὲν γὰρ Ἰωάννης μήτε ἐσθίων μήτε πίνων, καθ᾽ ἃ γέγραπται· ἦλθεν δὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐσθίων καὶ πίνων· καὶ τὴν τούτου αἰτίαν, ὡς ἂν οἷόν τε, ὡδὶ εἰπεῖν πειράσομαι· γέγονε μὲν γὰρ ἄνθρωπος ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ πάντα πεφόρηκε τὰ ἡμέτερα, δίχα μόνης ἁμαρτίας· ἀλλ᾽ ἔν γε τοῖς κατὰ σῶμα κινήσεσι φυσικαῖς, τῆς ἐξ ἔθους ἡμῖν χαλιναγωγίας, πόνου τε φημὶ καὶ νηστείας, πῶς ἂν ἐδεήθη, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρχων θεὸς, ὁ καὶ κρείττων ἁμαρτίας, καὶ τῇ παρ᾽ ἑαυτοῦ χάριτι καὶ τὰ ἐν ἡμῖν καταραΐζων πάθη, νεκρὰν δὲ καὶ ἄπρακτον ἀποφαίνων καὶ τὴν ἐν ἡμῖν τοῦ σώματος ὄρεξιν, εἰ καὶ διακέοιτό πως εἰς ἐκτόπους ἡδονάς; κατεσκήνωσεν γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ τοῦ θεοῦ λόγος, καὶ ἰδίαν ἐποιήσατο σάρκα τὴν ἀνθρωπίνην, ἵν᾽ ἐπειδήπερ ἀτίθασός τις αὐτὴν ὁ τῆς ἁμαρτίας κατεληΐζετο νόμος (τετυράννηκε γὰρ ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἀντιστρατευόμενος τῷ νόμῳ τοῦ νοὸς, καὶ αἰχμαλωτίζων εἰς τὰ οἰκεῖα) καταργήσει τοῦτον δι᾽ ἑαυτοῦ· καὶ ἐν πρώτῃ νεκρώσας τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, παραπέμψῃ λοιπὸν τῆς ἐπὶ τούτῳ χάριτος τὴν μετάδοσιν εἰς ἡμᾶς, ἅτε δὴ καὶ ὄντας ὁμογενεῖς κατά γε τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν· ἀπαρχὴ γὰρ ἡμῶν Χριστὸς, δεύτερος Ἀδὰμ χρηματίσας μετ᾽ ἐκεῖνον τὸν ἐν ἀρχαῖς· καὶ πρῶτος ἄνθρωπος πέφηνεν ἐπὶ γῆς, χοϊκὸς μὲν οὐκέτι, θεῖος δὲ μᾶλλον καὶ ἐπουράνιος, ἁμαρτίαν οὐκ εἰδώς· δι᾽ ὃ καὶ μόνος ἐν νεκροῖς Matth. XI. 18.

ἐλεύθερος. Ἀναμορφουμένης τοιγαροῦν ἐν πρώτῳ Χριστῷ πρὸς τὸν ἐν ἀρχαῖς ἁγιασμὸν τῆς ἡμετέρας φύσεως, ἐνδοιαζέτω μηδεὶς ὡς εἰς ἅπαν ἤδη τὸ ἀνθρώπινον ἐξετείνετο γένος ἡ τῆς ἀναμορφώσεως χάρις· οὐ γὰρ ἑαυτὸν ἀνεμόρφου θεὸς ὢν ὁ λόγος, καὶ τῆς τοῦ πατρὸς ἰδιότητος ἀπαραποίητος χαρακτὴρ, ἀλλ' ἡμεῖς ἦμεν σὺν αὐτῷ πρὸς θεὸν ἀναμορφούμενοι διὰ τὸν καὶ ὑπὲρ φύσιν ἁγιασμὸν, νεκρουμένου λοιπὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ἡμῶν τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας. Ἦν οὖν σφόδρα τῶν ἀτόπων μὴ οὐχὶ μᾶλλον τῇ τῆς θεότητος ἐνεργείᾳ τὰ ἐν τῷ σώματι τοῦ Χριστοῦ κατανεκροῦσθαι πάθη, συναθλεῖν δὲ ὥσπερ αὐτῷ τὴν νηστείαν, εἰς τὸ καθάπερ ἐκ βίας καὶ ἀνάγκης τὴν σάρκα καταξηραίνειν· ποῦ γὰρ ἡ τοῦ ἐνοικοῦντος θεοῦ λόγου δύναμις, εἰ καθάπερ ἐφ' ἡμῶν πόνοις καὶ νηστείᾳ τὰ πάθη κατηυνάζετο;

liber. Reformata ergo in Christo primo ad primigeniam sanctitatem natura nostra, nemo dubitet quin ad universum hominum genus reformationis gratia fuerit extensa. Non enim se ipsum reformavit Verbum quum Deus sit, et proprietatis paternae germana figura; sed nos cum illo ad Deum reformati fuimus, propter supernaturalem sanctificationem, extincta deinceps in membris nostris lege peccati. Valde igitur absurdum fuisset, si non potius divinitatis virtute in Christi corpore mortificatae fuissent passiones, sed ieiunii opem implorasset, ut tanquam vi ac necessitate carnem debilitaret. Ubinam enim inhabitantis Verbi passiones, si prout nobis usuvenit, laboribus ac ieiunio passiones sedasset?

Cod. f. 317. ζ'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ ζ' βιβλίου τῶν ὑπομνημάτων τῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγέλιον, εἰς τὸ ἐξομολογοῦμαι σοι πάτερ.

7. Cyrilli ex septimo libro commentariorum in Matthaei evangelium, super illud: confiteor tibi, pater.

Matth. XI. 25. Οὐκοῦν ᾗ μὲν ἐστὶ θεὸς, τὸ ἐπὶ τοῖς ἔθνεσιν εἰργάζετο κρίμα, συγκατανεύοντος τὲ καὶ ἐνεργοῦντος δι' αὐτοῦ τὰ πάντα τοῦ πατρός· ᾗ δὲ νοεῖται καθ' ἡμᾶς διὰ τὴν τῆς σαρκὸς φύσιν, ἤτοι τελείως τὸ τῆς ἀνθρωπότητος σχῆμα, τὰς ὑπερικετείας (1) ἀνατίθησι τῷ πατρί.

Igitur quatenus Deus est, iudicium de gentibus exercebat; volente simul et per ipsum operante omnia patre. Quatenus autem de nostro numero est, propter carnis naturam, perfectum gerens humanitatis habitum, eximias preces patri offerebat.

Cod. f. 317. η'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητόν. εἰ δὲ ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγὼ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια.

8. Cyrilli ex eodem libro super illud: si ego in Spiritu Dei daemonia eiicio.

Matth. XII. 28. Σκανδαλιστέον οὐδαμῶς εἰ καὶ διαπύθοιτό τις τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ διαβεβαιουμένου καὶ φάσκοντος πνεύματι θεοῦ ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια· μὴ γὰρ δέ σε θορυβείτω λέγων ὁ υἱὸς ἐνεργεῖν ἐν πνεύματι· καταλογίζου δὲ μᾶλλον τίς ὢν ἄρα καὶ ἐν τίσιν τὸ τηνικάδε τὰ τοιαῦτα φησίν· ἦν μὲν γὰρ ἐν σαρκὶ δι' ἡμᾶς· αὐτὸ δὴ τοῦτο καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος οὐκ ἐν δόξῃ τῇ θεότητι καὶ αὐτῷ πρεπούσῃ φυσικῶς, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας φύσεως τὸ σμικροπρεπὲς καὶ τὸ ταπει-

Nemo scandalizetur etiamsi audit communem nostrum servatorem Christum adfirmantem atque dicentem se in spiritu Dei daemonia eiicere. Ne te, inquam, perturbet filius dicens se in Spiritu operari: considera potius, quis et qua de re tunc eo modo locutus sit. In carne erat propter nos: et quidem aeque ac nos homo, haud gloria quae deitatem naturaliter decebat, sed naturae nostrae vili et humili figura indutus. Idcirco se in Spiritu Dei operari

(1) Ita codex. Suspicabar tamen scribendum potius ὑπὲρ ἡμῶν ἱκετίας, quam novum vocabulum admittendum. Sed enim ne contraria quidem suspicione carebam, nempe positum esse hoc fortasse vocabulum ob denotandam excellentiam orationis Christi. Paribus enim compositionibus abundat theologia Graecorum, v. gr. ὑπερδουλεία, ὑπερύπαρξις, ὑπερούσιος, ὑπεράρχιος, ὑπερουράνιος, ὑπέρθεος, ὑπεράρρητος, ὑπερώνυμος, et alia apud Areopagitam praesertim, editumque a nobis Nicephorum.

ait. Reapse enim nequaquam carnis naturali operatione, neque humanitatis virtute vincit Satanam et adversus Beelzebulum praevalet. Alioqui doceat nos aliquis, si ei libet, cur ii qui vellent potestatem in impuros daemones exercere, impediantur, si id carneae naturae opus est? Cuncti enim in carne sumus, unaque in cunctis est humanitatis ratio. Sed revera neque proprium carnis opus est, neque naturae humanae adversus spiritus praevalere; ideo nec omnes id efficere queunt, sed eam rem operantis potius Spiritus effectum esse conspicimus. Vere itaque Servator dixit, quatenus caro et homo ipse intelligitur, opus huiusmodi a Spiritu fieri, non vero carnem sive humanitatem adversus daemones vi pollere. Sanctum sine dubio Christi corpus est, omnemque habet adversus omnem morbum potestatem: sed erat sanctumque est, non quatenus reputatur simpliciter caro, in sui moduli ratione consistens; sed quatenus templum est inhabitantis in ipsa Verbi, quod propriam carnem sanctificat per sanctum Spiritum. Aiebat ergo ipse in sua ad caelestem patrem pro nobis adlocutione: « ego sanctifico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificati simul. »

9. Et post alia.

Quoniam fidem incarnationi praebere non exhorrescitis, quid ni admiramini hominem aeque ac nos factum, ut quod tanquam Deus habebat, nostri causa, quatenus homo erat, acciperet, Spiritum inquam, cuius gratiam ad nos transmitteret? Etenim quum Spiritus gratiam, ob antiquam transgressionem natura amisisset, rursus eam adepta est per primum et in quo primo fuit Christo. Hic enim apparuit caelestis homo, Adamus alter, qui sibi humanam naturam instauravit ad vitae novitatem. Quum ergo semper habeat proprium Spiritum Christus, quatenus intelligitur et est naturaliter Deus, qui etiam illum recipere dicitur quatenus homo est, profecto pervenit in nos regnum Dei. Nam partici-

νὸν τοῦτο περικείμενος σχῆμα· διὰ τοῦτο φησὶν ἐνεργεῖν ἐν πνεύματι θεοῦ· καὶ γάρ τοι κατὰ τὸ ἀληθὲς οὐ σαρκὸς ἐνεργείᾳ φυσικῇ καὶ ἀνθρωπότητος δυνάμει παραλύει τὸν σατανᾶν καὶ κατισχύει τοῦ βεελζεβούλ· ἐπεὶ διδασκέτω τίς, εἰ βούλεται, τί τὸ κωλῦον τοῖς ἐθέλουσι προκεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν τὴν κατὰ πνευμάτων, εἰ τοῦτο ἐνεργεῖ σαρκὸς φύσις; πάντες γὰρ ἐσμὲν ἐν σαρκὶ, καὶ εἷς κατὰ πάντων ὁ τῆς ἀνθρωπότητος λόγος· ἀλλ' οὔτε σαρκὸς ἔργον ἰδικῶς, οὔτε μὴν ἀνθρωπότητος τὸ κατισχῦσαι πνευμάτων, ἐπεὶ μὴ πάντες ἰσχύουσιν, ἐνεργείας δὲ μᾶλλον ὁρᾶται κατόρθωμα τῆς διὰ πνεύματος. Οὐκοῦν ἀληθὲς εἴρηκεν ὁ σωτὴρ καθ' ὃ νοεῖται σὰρξ καὶ ἄνθρωπος, ὅτι πνεύματος ἔργον ἦν, καὶ οὐχὶ διὰ τῆς σαρκὸς, ἤγουν ἀνθρωπότητος, ἡ κατὰ τῶν δαιμόνων ἰσχύς· ἅγιον μὲν γὰρ ὁμολογουμένως ἐστὶν τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, καὶ πᾶσαν ἔχον κατὰ πάσης νόσου τὴν δύναμιν· ἀλλ' ἦν τε καὶ ἐστὶν ἅγιον, οὐκ ἐπείπερ ἁπλῶς νοεῖται σὰρξ, ἐν μόνοις οὖσα τοῖς ἰδίοις λόγοις, ἀλλ' ὅτι ναὸς ἐστὶ τοῦ κατοικοῦντος ἐν αὐτῇ θεοῦ λόγου, ἁγιάζοντός τε τὴν ἰδίαν σάρκα διὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος· ἔφη γοῦν αὐτὸς πρὸς τὸν ἐν τοῖς οὐρανοῖς πατέρα τὰς διαλέξεις ποιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν· * " ἐγὼ ἁγιάζω ἐμαυτὸν, * Ioh. XVII. 19.
ἵνα ὦσι καὶ αὐτοὶ ἡγιασμένοι εἰς ἕν. "

θ'. Καὶ μεθ' ἕτερα. Cod. f. 317. b.

Ἀνθ' ὅτου δὴ τὴν μετὰ σαρκὸς οἰκονομίαν οὐ καταπεπλῆχθαι φησὶν, διὰ τί μὴ θαυμάζετε τὸν καθ' ἡμᾶς γενόμενον ἄνθρωπον, ἵνα ὅπερ ἔχει φυσικῶς ὡς θεὸς, λαβὼν δι' ἡμᾶς ὡς ἄνθρωπος, φημὶ δὲ τὸ πνεῦμα, παραπέμψῃ καὶ εἰς ἡμᾶς τὴν χάριν; ζημιωθεῖσα γὰρ ἡ φύσις τὴν τοῦ πνεύματος χάριν διὰ τὴν ἐν ἀρχῇ παράβασιν, πεπλούτηκε πάλιν αὐτὴν διὰ πρώτου τε καὶ ἐν πρώτῳ Χριστῷ· πέφηνε γὰρ οὐράνιος ἄνθρωπος καὶ δεύτερος Ἀδὰμ ἀνακτίζων ἑαυτῷ τὴν φύσιν εἰς καινόνητα ζωῆς· ἔχοντος τοίνυν ἀεὶ τὸ ἴδιον πνεῦμα Χριστοῦ, καθ' ὃ νοεῖται καὶ ἔστι θεὸς κατὰ φύσιν, λεγομένου τε λαβεῖν ᾗ γέγονεν ἄνθρωπος, ἔφθασεν ἐφ' ἡμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ· τὸ γὰρ μετόχους γενέσθαι τοῦ πνεύ-

ματος, οὐδὲν ἕτερον ἂν εἴη λοιπὸν, ἢ μετασχεῖν βασιλείας Θεοῦ.

pes nos fieri Spiritus, nihil aliud porro erit, quam regnum Dei participare.

Cod. f. 317. b. ι'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ ῥητόν, καὶ ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ.

Matth. XII. 32. Ἄῤῥητον ἔχων τὴν ἐκ Θεοῦ πατρὸς γέννησιν, διά τε τοῦτο ὑπάρχων Θεὸς κατὰ φύσιν ὁμογενής, τὴν ἀνθρώπειαν ὑπέδυ μορφήν, καὶ γεγένηται καθ' ἡμᾶς ἐκ γυναικός, καὶ γέγονεν ὑπὸ νόμον, καίτοι τοῦ νόμου κύριος ὤν, καὶ κεχρημάτικεν δοῦλος ὁ πάντα ὑπὸ πόδας ἔχων καὶ ταῖς ἀνωτάτω δυνάμεσιν ἐποχούμενος· καὶ καθίκετο μὲν ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, δύναμιν μὲν ἔχων τὴν αὐτῷ πρεπωδεστάτην, κατακρύπτων δ' οὖν ὅμως τὸ τῆς ἰδίας φύσεως ἀξίωμα ταῖς ἀνθρωπίναις σμικροπρεπείαις, καὶ τῇ τῆς σαρκὸς περιβολῇ· κενώσεως γὰρ ἦν καιρὸς, καὶ τὸ τῆς δούλου μορφῆς τὸ καθ' ἡμᾶς ἐδεῖτο μυστήριον, ἵνα καὶ τὸν τίμιον ὑπὲρ ἡμῶν ὑπομείνῃ σταυρὸν, καὶ τῷ θανάτῳ τῆς ἰδίας σαρκὸς τὸν ἁπάντων κτείνῃ θάνατον· ἀναγκαία τοιγαροῦν ἡ κένωσις, καὶ ὁ τῆς ἀδοξίας καιρὸς τῆς διὰ τὴν σάρκα· καὶ ἦν διὰ τοῦτο παρὰ πολλοῖς ἀσυμφανὲς τὸ μυστήριον.

10. Cyrilli ex eodem libro super illud: quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei.

Qui ineffabilem sortitus est a patre Deo nativitatem, ideoque Deus homogeneus naturaliter est, humanam subiit figuram, factus sub lege, quamquam legis dominus esset: et ad servilem conditionem se demisit, qui omnia pedibus supposita habebat, et a supernis virtutibus gestabatur: venitque in hunc mundum, virtutem quidem sibi convenientissimam habens, dignitatem nihilominus naturae suae celans humanis parvitatibus et carnis indumento. Erat enim exinanitionis tempus; egebatque servi specie mysterium propter nos peragendum, ut et venerandam pro nobis pateretur crucem, et suae carnis morte universalem mortem perimeret. Necessaria itaque fuit exinanitio, et ignominiae per carnem occasio. Quam ob rem multis erat obscurum mysterium.

Cod. f. 318. ια'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ αὐτοῦ.

Matth. XII. 33. Εἶτα πῶς ἔτι νοηθείη ἂν κατά γε τὸν εἰκότα λογισμὸν φυσικὸν ἐν ἡμῖν ἢ τὸ ἀγαθὸν ἢ τὸ φαῦλον, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἐθελούσιον καὶ ἐν προαιρέσει τῇ ἑκάστου κείμενον; εἴπερ οὔσης μιᾶς τῆς ἀνθρώπου φύσεως, καὶ ἕνα κατὰ παντὸς τοῦ γένους ἐχούσης ὅρον, οἱ μὲν εἰσὶν ἀγαθοὶ τὴν ἕξιν, πονηροὶ δὲ ἕτεροι· διαφέρειν γὰρ οὐδαμῶς ἡ ἀνθρώπου φύσις ὡς πρὸς ἰδίους ὁρᾶται λόγους, οὐδὲ μαχομένην ἔχει τοῖς ἑαυτῆς ἰδιώμασι τὴν κατασκευήν.

11. Cyrilli ex eodem libro.

Deinde quomodo iusto certe ratiocinio cogitari poterit naturale esse nobis bonum vel malum, et non voluntarium potius atque in cuiusque electione positum? quandoquidem una hominis existente natura, unumque in universo genere modulum habente, alii quidem bonis moribus sunt, alii pravis. Neque idcirco hominis natura adversus propriam rationem dissidere cernitur, neque pugnantem habere cum suis proprietatibus constitutionem.

Cod. f. 318. ιβ'. Κυρίλλου.

Matth. XIII. 54. Πόλιν γὰρ οἰκείαν ὁμολογεῖ τὴν Ναζαρὲτ, ὡς πεποσωμένος διὰ τὸ σῶμα, καὶ διὰ μόνην τὴν σάρκα μετρούμενος, καίτοι κατὰ φύσιν ἀμέτρητος ὢν ὡς Θεός· ἐπειδὴ γὰρ ἐν ταὐτῷ Θεός τε ἐστὶ καὶ ἄνθρωπος, ποτὲ μὲν ᾗ λόγος ἐστὶν ἐκ πατρὸς ἀναλάμψας, ὅλος ὡς τοῦτο ὑπάρχων νοεῖται μετὰ σαρκός· ποτὲ δὲ πάλιν ᾗ γέγονεν σὰρξ, καίτοι κατὰ φύσιν ὑπάρ-

12. Cyrilli.

Civitatem suam Nazaretum esse fatetur, quatenus videlicet definito in corpore erat, et carne tantummodo limitatus, is qui alioqui immensurabilis erat Deus. Nam quia Deus simul homoque est, modo quidem quatenus Verbum est de patre effulgens, totus ceu talis in carne quoque intelligitur. Vicissim aliquando quatenus caro est, etiamsi naturaliter Verbum est, et

in sua naturali unione consistens, ceu si totus homo esset, intelligi solet: ita ut divinitatis etiam attributa naturaliter applicentur ceu sine carne existenti qui in carne est. Vicissimque humanitatis attributa adsignentur quasi divinae naturae proprietates non habenti, etiamsi revera Deus suapte natura est. Igitur quatenus Deus intelligitur, nullum requietionis suae locum habet, quia loco, circumscriptione, mensura figuraque omni excelsior est. Quatenus autem aeque ac nos homo intelligitur, prorsus cum carne sua et in locis est, et propriam civitatem habuisse dicitur.

13. Cyrilli ex tertio libro commentarii in Matthaeum.

Itaque verus et intellectualis stater, et tanquam in typo generali propositus, ipse est dominus noster Iesus Christus, cuius duplex character est.

14. Cyrilli ex homilia cuius titulus est: de verbis illis, statim autem post tribulationem dierum illorum, sol obscurabitur, et luna non dabit lumen suum, et stellae cadent de caelo. De die autem illa et hora nemo scit.

Verumtamen cum hoc dicit, haud omnino se ipsum denotat. Non enim diserte addidit « neque filius Dei » sed generatim « neque filius » dixit. Nempe ut huiusmodi aliquid intelligas: cupiebant nimirum discipuli cuncta accurate rescire, nitebantur ut ita dicam profunda quoque Domini arcana scrutari. Verum ea res ipsorum modulum valde excedebat. Ne igitur rei explanationem denegando, quam illi cognoscere avebant, caros suos videretur contristare, obscure dicit: de die autem illa et hora nemo scit, neque angeli, neque filius, nisi solus pater. Ut verba sic intelligas: etiamsi homo ad adoptionem vocatus est, filiusque novus declaratus, haud idcirco quae supra naturam sunt inquirat, neque

χων λόγος, καὶ ἐν ταυτότητι (1) τῆς ἰδίας φύσεως ἐρηρεισμένος, νοεῖται πάλιν ὡς ὅλος ὢν ἄνθρωπος· ὡς καὶ τὰ τῆς θεότητος αὐτῷ κατὰ φύσιν ἐναρμόζεσθαι λόγους, ὡς ἀσάρκῳ μετὰ σαρκός· καὶ τὰ τῆς ἀνθρωπότητος, ὡς οὐκ ἔχοντι κατὰ φύσιν τὰ τῆς θεότητος ἴδια, καὶ εἰ θεὸς κατὰ φύσιν ἐστίν· οὐκοῦν ᾗ μὲν νοεῖται θεὸς, οὐδένα τῆς καταπαύσεως ἔχει τόπον· ἀνωτέρω γὰρ τόπου καὶ περιγραφῆς καὶ μέτρου καὶ σχήματος· ᾗ δὲ νοεῖται καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπος, δῆλον ὅτι μετὰ σαρκὸς καὶ ἐν τόποις ἐστὶ, καὶ πόλιν ἰδίαν ἐσχηκέναι λέγεται (2).

ιγ'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνήματος βιβ. γ'.

Οὐκοῦν ὁ στατὴρ ὁ ἀληθινός τε καὶ νοητὸς, καὶ ὡς ἐν τύπῳ τὸ ἐξ ὅλης δηλούμενος, αὐτός ἐστιν ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ διπλοῦς χαρακτήρ. Matth. XVII. 26.

ιδ'. Κυρίλλου ἐν ὁμιλίᾳ ἐπιγεγραμμένῃ εἰς τὸ, εὐθέως δὲ μετὰ τὴν θλῖψιν τῶν ἡμερῶν ἐκείνων ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ σελήνη οὐ δώσει τὸ φέγγος αὐτῆς, καὶ οἱ ἀστέρες πεσοῦνται ἐκ τοῦ οὐρανοῦ· περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν.

Ἀλλ' ὅταν καὶ τοῦτο λέγῃ, οὐ πάντως ἑαυτὸν σημαίνει· οὔτε γὰρ προσέθηκεν ἀκριβῶς, οὐδὲ ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ἀλλ' ἀπολελυμένως, οὐδὲ ὁ υἱός φησιν· ἵνα τοιοῦτόν τι νοῇς· ἐσπούδαζον καὶ ἀκρίβειαν πάντα μανθάνειν οἱ μαθηταὶ, καὶ ἐπεχείρουν ἵνα οὕτως εἴπω καὶ αὐτὰ περιεργάζεσθαι τὰ βάθη τοῦ κυρίου· ἀλλ' ἦν τὸ πρᾶγμα λίαν ὑπὲρ αὐτούς· ἵνα τοίνυν μὴ ἀπαγορεύσας τὴν ἐξήγησιν ὡς ἠβούλοντο μαθεῖν, δόξῃ πως λυπεῖν τοὺς γνησιεύοντας, ἐπεσκιασμένως φησὶ, περὶ δὲ τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἢ τῆς ὥρας, οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ οἱ ἄγγελοι, οὐδὲ ὁ υἱὸς, εἰ μὴ ὁ πατήρ· ἵνα νοήσῃς οὕτως· εἰ καὶ κέκληται πρὸς υἱοθεσίαν ὁ ἄνθρωπος καὶ υἱὸς ἀνεδείχθη νέος, ἀλλὰ μὴ ζητείτω τὰ ὑπὲρ τὴν φύσιν, μηδὲ ἀξιούτω

Matth. XXIV. 29. et 36. *Ex Anastasio vat. p. 26.*

(1) Ταυτότης hoc loco nonnisi de duarum naturarum sub unica persona adunatione intelligi potest, cum centies alibi utriusque in Christo naturae conservationem Cyrillus adfirmaverit. Huiusmodi dictum aliud Cyrilli celebre fuit in ep. ad Succensum: *una est Dei Verbi incarnata natura*. Attamen vocabuli huius ταυτότης causa, puto Monophysitas inter sua ex Cyrillo excerpta hoc etiam collocavisse.

(2) Admiremur adhuc in hoc egregio fragmento studium Cyrilli adfirmandae Verbi deitatis aeternae. Tulit utique Alexandria Arium; sed huic opposuit divina providentia ex ipsa urbe alexandrina triumphales debellatores, Petrum martyrem, Alexandrum (de quo nos postea), Athanasium, Cyrillum.

μαθεῖν ἅπερ μηδὲ τοῖς ἀγγέλοις ἀπεκάλυψεν ὁ πατήρ· εἰ γὰρ ἄγγελος οὐκ οἶδεν, οὐδὲ ἄνθρωπος εἴσεται, κἂν εἰ κέκληται πρὸς υἱοθεσίαν.

ιε'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνήματος.

Matth. XXIV. 36. *Ex Anastasio vat. p. 25. 26.*

Ἠγνοηκέναι δέ φησιν· οὐκ ἠγνόηκε θεός· ἀλλ' εἰ καὶ αὐτὸς καί τοι θεὸς ὢν λόγος γέγονέ τε καὶ κεχρημάτικεν ἄνθρωπος, ὃς ἀγνοεῖ τὰ ἐσόμενα κατά γε τὴν ἰδίαν φύσιν καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπότητος μέτρον, δέχεται δὲ πολλάκις ἐξ ἀποκαλύψεως θεοῦ· καὶ μή τοι θαυμάσῃς εἰ τὸ τῆς ἀγνοίας καταδέχεται μικροπρεπές (1)· εἰ γὰρ δεσπότης ὑπάρχων, κέκληται δοῦλος διὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ κύριος ὢν τῆς δόξης, δόξαν ὡς οὐκ ἔχων αἰτεῖ παρὰ πατρός, καὶ αὐτὸς ὢν κατὰ ἀλήθειαν ἡ ζωὴ καὶ πάντα ζωογονῶν, ἐν δυνάμει τοῦ πνεύματος ἐγηγέρθαι λέγεται, καὶ συναΐδιος ὢν τῷ πατρὶ, ὡς εἰς ἀρχὰς τοῦ εἶναι κεκλημένος, ὅτε καὶ καθ' ἡμᾶς γέγονεν ἄνθρωπος, ἄκουε λέγοντος αὐτοῦ, υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε, καί τοι τοῦ σήμερον τὸν ἐνεστηκότα καιρὸν σημαίνοντος (2), τί τὸ παράδοξον εἰ καὶ ὅπερ πρόσεστι κατὰ φύσιν, τουτέστι τὸ ἀγνοῆσαι τι τῶν ὄντων, τυχὸν μετὰ τῶν ἄλλων αὐτῆς ἰδιωμάτων οἰκειώσασθαι κατηξίωσεν; εἰ γὰρ ἐφ' ἑνὶ δὴ τούτων σκανδαλιζόμεθα, λελύσθω μετὰ τούτου καὶ τὰ ἕτερα· καὶ τί τὸ ἐντεῦθεν; οἰχήσεται λοιπὸν τῆς μετὰ σαρκὸς οἰκονομίας ὁ λόγος, καὶ ἀνατετράφθω τὸ μυστήριον δι' οὗ καὶ σεσώσμεθα· γεγόναμεν γὰρ κατ' αὐτὸν ἡμεῖς, ἐπειδὴ γέγονε καθ' ἡμᾶς ὁ αὐτός· ὀρθῶς τοιγαροῦν νοοῦντες, εἰδέναι γὰρ φήσομεν τὸν υἱὸν καθ' ὃ καὶ νοεῖται καὶ ἔστι θεός· ὅσον γὰρ ἥκεν εἰς ἀνθρώπου φύσιν, ἐπειδὴ καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, ψευδομυθήσει οὐδαμῶς ὅταν λέγῃ καὶ μὴ εἰδέναι· καὶ οὐχὶ τοῖς τῆς θεότητος ἀξιώμασι τὸ χρῆμα προσάψομεν, ἀλλὰ τῇ τοῦ δούλου μορφῇ, καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς πτωχείᾳ· περιτίθησι τῷ θεῷ λόγῳ τὰ ἀνθρώπινα· γέ-

se dignum ea cognoscere putet quae ne angelis quidem revelavit pater. Iam si angelus nescit, ne homo quidem sciet, etiamsi ad adoptionem vocatus sit.

15. Cyrilli ex commentario in Matthaeum.

Ignorasse ait. Atqui non ignoravit Deus. Sed et ipse, quamquam esset Deus Verbum, tamen factus est et erat homo, qui quidem ad suam naturam quod attinet et humanitatis mensuram, res futuras ignorat, sed ex Dei revelatione saepe cognoscit. Neque vero mireris, si ignorantiae humilitatem admittit. Nam si herus cum sit, propter hominem servus appellatur; et cum sit gloriae dominus, gloriam ceu non haberet a patre petit; praeterea si cum ipse vere sit vita et omnia vivificans, tamen potentia Spiritus resurrexisse dicitur; si denique cum sit patri coaeternus, nihilominus quasi primo ad existendum vocaretur, quo tempore factus est homo, audis dicentem patrem, filius meus es tu, ego hodie genui te, etiamsi vocabulum hodie praesens tempus significat; cur mirum sit, si quod reapse homini naturaliter inest, nempe ut aliquam existentem rem nesciat, hanc etiam cum ceteris proprietatibus sibi sumere dignatus fuerit? Certe si in harum una scandalizemur, ceterae quoque pari modo excident. Quid inde porro? destruetur deinceps incarnationis ratio, et mysterium quo salvi sumus evertetur. Etenim nos facti sumus ei similes, ex quo ipse nobis similis factus est. Recte igitur cogitantes, scire dicemus filium quatenus Deus esse intelligitur et est: quatenus autem ad humanam naturam accessit, seu homo factus est, haud falso loqui videbitur cum ait se nescire. Hanc vero rem haud divinitatis praerogativis accensebimus, sed servi formae, ac nostrae paupertati. Nunc Deo Verbo humana adtribuit: quod quidem non in homine aliquo, secundum non-

(1) Lege apud nos Cyrillum in commentario ad Lucam II. 2. Tum de scientia Christi adi theologos, et Petavium in primis.

(2) Confer fragmenta a nobis edita Cyrilli ex codice mediolanensi in ep. ad Hebr. p. gr. 126, lat. p. 82.

nullorum stultam sententiam versatum est, sed verus idem homo extitit, dum simul et suapte natura esset Deus.

16. Cyrilli ex sexto libro commentarii in Matthaeum.

Et inest ei quidem patiendi facultas propter humanitatem; verumtamen ea passio statim sedatur ab inhabitantis Verbi vigore ac fortitudine. Animadverte enim quomodo postulatio humanitatem eius demonstret; sed deitatis firmitas ilico effulgeat.

17. Cyrilli ex commentario in Matthaeum

Etiamsi enim quod tum eveniebat, haud ei usquequaque volupe erat, propter communem tamen salutem ac vitam, voluntariam sibi fecit crucis passionem. Namque apprime sciebat, quanta hinc bona forent, et quod hominis naturam renovaturus esset, et proprio sanguine Deo patri adquisiturus. Nam nisi voluntariam sibi fecisset, quamquam per se invisam, passionem, quae causa erat cur oraret dicens: pater, si possibile est, transeat a me calix iste? – Et post alia. – Observa, quomodo Servatoris voluntati adversa passio fuerit; sed quia cruciatus exantlare oportebat propter passionis utilitates, hanc sibi voluntariam nostri causa effecit. Neque enim nunc proditorem increpuit, quod scelus omnium maximum patraret, neque dixit melius ei fuisse si numquam natus fuisset; sed ne dignum quidem tunc punitione censuit propriae voluntatis ministrum. Adeo illi voluntaria passio erat!

γονε γὰρ οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ τινὶ, κατὰ τὴν τινῶν ἀβουλίαν, ἀλλ' αὐτὸς κατ' ἀλήθειαν ἄνθρωπος, μετὰ τοῦ εἶναι καὶ φύσει θεός.

ις'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ εἰς τὸ εἰς Ματθαῖον ὑπομνήματος βιβλίου ς'.

Καὶ ὑπόκειται μὲν τὸ δεῖνα τοῦ παθεῖν ἐν αὐτῷ διὰ τὸ ἀνθρώπινον· κατευνάζεται δὲ παραχρῆμα τῇ τοῦ ἐνοικοῦντος λόγου ῥώμῃ τε καὶ εὐσθενείᾳ· θέα γὰρ ὅπως παραδεικνύει μὲν ἑαυτῷ τὸ ἀνθρώπινον ἡ παραίτησις, τὸ δὲ τῆς θεότητος ἀκαμπὲς ἀνέλαμψεν εὐθύς. Matth. XXVI. 42. *Ex Anastasio vat. p. 26.*

ιζ'. Κυρίλλου ἐκ τοῦ κατὰ Ματθαῖον ὑπομνήματος.

Εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ συμβὰν οὐχὶ πάντῃ τε καὶ πάντως θελητὸν ἦν αὐτῷ, ἀλλ' οὖν τῆς πάντων ἕνεκα σωτηρίας καὶ ζωῆς, ἑκούσιον ἐποιήσατο τὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ πάθος· ᾔδει γὰρ ἤδη τὰ ἐντεῦθεν ἐσόμενα κατορθώματα, καὶ ὅτι τὴν ἀνθρώπου φύσιν ἀνακαινιεῖ, καὶ αἵματι τῷ οἰκείῳ κατακτήσεται τῷ θεῷ καὶ πατρί· εἰ γὰρ μὴ ἐποιήσατο θελητὸν, καί τοι ἀβούλητον ὂν τὸ παθεῖν, τίς ἂν νοοῖτο λοιπὸν ἡ πρόφασις τοῦ προσεύχεσθαι καὶ λέγειν αὐτὸν, πάτερ εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο; – Καὶ μεθ' ἕτερα. – Θέα δὲ πῶς ἀνεθέλητον μὲν τῷ σωτῆρι τὸ πάθος· ἐπειδὴ δὲ πάντῃ τε καὶ πάντως ὑπομεῖναι ἐχρῆν διὰ τὰ ἐκ τοῦ παθεῖν ἀγαθὰ, θελητὸν ἐποιήσατο δι' ἡμᾶς· οὐ γὰρ ἠπείλησε τῷ προδότῃ τὸ παντὸς ἐπέκεινα διελᾶσαι κακοῦ, καὶ ὅτι κρεῖττον ἦν αὐτῷ τὸ μὴ γενέσθαι τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ὅλως κολάσεως ἄξιον ἡγήσατό ποτε τῶν ἰδίων θελημάτων τὸν ὑπουργὸν, εἴπερ ἦν αὐτῷ θελητὸν τὸ παθεῖν. Matth. XXVI. 50. *Ex Anastasio vat. p. 26.*

Hoc loco praetereundum non arbitramur, legisse nos in codice vat. 358. *f.* 111. *b. fragmentum historicum de humana Christi domini genealogia, Cyrilli nomine tanquam auctoris insignitum, cuius etiam specimen excudendum aere curavimus. Utique Canisius in antiq. lect. edit. Basnag. T. III. part. I. p.* 36-37, *et mox noster Schelstratius opp. T. I. p.* 512, *id ipsum prope ad litteram retulerunt ex chronico Hippolyti thebani (quem Nicephorus Callistus de hoc ipso argumento loquens hist. II. 3. perperam portuensem, ut saepe vidi in aliis codd., Romae episcopum, dixerat); nemo tamen hactenus Cyrilli esse suspicatus fuerat: quae res ceteroqui valde est verisimilis, teste nunc codice vaticano (etenim Hippolytus thebanus, sequioris aevi homo, abs Cyrillo antiquiore haurire potuit.) Certe Cyrillum vel sub initio ampli sui ad Matthaeum commentarii, vel ubi de Iacobo fratre Domini sermo erat, Christi humanam genealogiam exposuisse, pronum cre-*

ditu est. Ergo operae pretium videtur, fragmentum hoc saltem in scholio recitare (1). *(De Christi genealogia videndus etiam S. Sophronius apud eundem Canisium p.* 32, *nec non in ode XI. cum aln. philolog. Spicil. rom. T. IV. p.* 603.*)*

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS.

Praeter illa fragmenta quae alibi impressimus commentariorum Cyrilli deperditorum in epistolam ad Hebraeos (vide dicta in alio tomo post ep. II. ad Cor. p. 101. 127.*) praesertim ex codd. parisiaco et mediolanensi, alia nunc subteximus ex codice potissimum vat.* 1431, *et aliis aliquot.*

ιη΄. Κυρίλλου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς.

Νοοῦμεν δὲ μᾶλλον καὶ ὑπαρχούσης ἑκατέρας ἐν τῷ τῆς ἰδίας φύσεως ὅρῳ πεπράχθαι τὴν ἕνωσιν. Καὶ πάλιν. Εἰ γὰρ καὶ λέγοιτο ἡνῶσθαι καθ᾽ ὑπόστασιν ὁ μονογενὴς, ἀλλ᾽ οὐκ ἀνάχυσίν τινα τὴν εἰς ἄλληλα τῶν φύσεων πεπράχθαι φαμὲν, μενούσης δὲ μᾶλλον ἑκατέρας τοῦτο ὅπερ ἐστὶν, ἡνῶσθαι σαρκὶ νοοῦμεν τὸν λόγον.

18. Cyrilli ex interpretatione epistolae ad Hebraeos.

Intelligimus potius, utraque manente in propria definitione ac limite natura, unionem fuisse peractam. Et rursus. Etiamsi enim dicitur hypostatice unitus Unigenitus, non tamen confusionem aliquam inter se duarum naturarum factam dicimus; sed manente potius, qualis erat, utraque natura, unitum carni Verbum intelligimus.

ιθ΄. Κυρίλλου ἐκ τῶν εἰς πρὸς Ἑβραίους δευτέρου τόμου.

Ex Anastasio vat. p. 8. partim. Φάσκοντες εἶναι σοφοὶ ἐμωράνθησαν
* Rom. I. 22. κατὰ τὸ γεγραμμένον· * ἀποδιΐστάντες γὰρ ἀλλήλων τὰς δύο φύσεις, καὶ ἀνὰ μέρος ἡμῖν ἑκατέραν ἀσυναφῆ θατέραν δεικνύοντες, ἐν μόνοις προσώποις φασὶ γενέσθαι τὴν ἕνωσιν· καὶ ὡς ἔν γε ψιλῇ συναινέσει καὶ ταυτοβουλίᾳ καὶ θελημάτων ῥοπαῖς· κατ᾽ ἐκεῖνο που τάχα τὸ ἐν ταῖς πράξεσι τῶν
* Act. IV. 32. ἁγίων ἀποστόλων γεγραμμένον *, τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν ἡ καρδία καὶ ἡ ψυχὴ μία· ἑκάστου γὰρ τῶν πεπιστευκότων κατά γε τὸν τῆς ἰδίας ὑποστάσεως λόγον διεσχοινισμένου τῶν ἄλλων, ὅσον ἧκεν εἰς ταυτοβουλίαν καὶ τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, ψυχὴ πάντων εἶναι μία λέγεται καὶ καρδία· ἆρα

19. Cyrilli ex secundo tomo commentariorum in epistolam ad Hebraeos.

Dum sapientes se dicunt, stulti facti sunt, ut ait scriptura. Etenim a se invicem naturas duas separantes, et seorsum unamquamque absque nexu ostendentes, in personis tantummodo factam unionem dicunt, quasi in simplici concordia et conspiratione, ac motibus voluntatis: eo fere modo quo in sanctorum apostolorum actibus scriptum est: multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una. Nam cum unusquisque credentium secundum propriae hypostaseos rationem a reliquis esset seiunctus, nihilominus quod ad voluntatis et fidei unitatem adtinet, una omnium anima unumque cor esse dicitur. Er-

3. Multi dicunt nubes et pluvias ab incantatoribus dispelli; in quo item stulte loquuntur. Quis Dei iussum potest praestigiis ullis avertere? Nunc quia nubes Dei iussu pluvias in tellurem effundunt, quomodo poterit homo mandatum Dei impedire? Audi scripturam. Cum Deus voluit Iudaeos ex Aegypti regione educere, multa per Moysem patravit signa atque prodigia. Idem porro secundum phantasiam magi quoque Aegyptiorum fecerunt, et Pharaonem deceperunt. Sed extendit Moyses virgam, et ecce nubes conglobabantur, et caelum permiscebatur, et fulgura ac tonitrua procedebant, mors Aegyptiis impendebat, grando ruebat, nihil iam in agris vitale supererat. Si malefici poterant nubes dispellere, cur cum grando ruebat non potuere pluviam nubesque dissipare? Cuncta igitur Dei iussu eveniunt. Sol haud cum vult exoritur, sed cum iubetur. Nam si is forte quantum habet calorem in regionem terrestrem iacularetur, haud iam hominum genus subsisteret: totus enim igneus sol est. Luna item haud quantum vult crescit, sed certa mensura ac pondere, prout iubetur. Tellus haud pro suo libito fructificat, sed cum Deus praecipit.

(1) Errat heic Damasceni latinus interpres p. 391. dicens: *cum sese praestigiator cruentat* etc. Non enim homo sed luna cruenta apparet, prout Act. II. 20. Recte tamen idem interpres p. 784.

(2) Virgilius in pharmaceutria: *carmina de caelo possunt deducere lunam.*

Prorsus nihil absque Dei iussu fit, sicut ipse dixit: ne passer quidem sine patre vestro in laqueum cadet.

4. Sunt etiam nonnulli qui aiunt scriptum esse de homine, quicquid ipse pravi bonive acturus est. Quamobrem hi cum in pravum aliquid decidunt Satanae vel propriae voluntatis impulsu, dicere solent: vae scripto de me! Atqui vae potius ita loquentibus! Novi item multos qui dicunt, homines vi fati mori, aut in flumine, aut praecipitio, aut alio modo quolibet. Sed in hoc pariter fatue loquuntur et peccant. Nam Deus libero praeditum arbitrio fecit hominem, eique tum lucis viam tum tenebrarum, atque emolumentum vel damnum inde manans ostendit, ore prophetae dicens: si volueritis et audieritis me, bona terrae comedetis: quod si nolueritis neque auscultaveritis mihi, inquit, equidem vos non cogo. Nam quod necessitate cogente fit, lucrum non habet. Poterat sane Deus te vel invitum efficere bonum; sed tamen quod involuntarium est, caret mercede. Si scriptum esset, ut bene vel male ageremus, profecto haud dixisset: si volueritis et audieritis me; sed agesis, dixisset, scriptis obsequere. Atqui tantummodo dixit: si volueritis et audieritis me. Ego, inquit, terminos tibi non constitui, bonum vel malum tibi non decrevi, liberum tibi arbitrium contuli; quod vis age; scriptum non est, ut bene vel male agas. Certe si is scripsisset ut ego peccarem, idque reapse agerem, cur me damnaret? nam iussui eius haud queo resistere. Quis me reum ageret Dei constituta exsequentem? Ne tibi fucum facias, o homo. Numquam Dei voluntate male agit homo: nam quae eveniunt homini tentationes, a maligno hoste sunt. Quod si mihi non credis, audi dicentem apostolum: nemo tentatus dicat se tentari

καὶ ἅπαξ οὐδὲν παρεκτὸς προστάγματος θεοῦ γίνεται· καθὼς εἶπεν, ὅτι οὔτε στρουθίον εἰς παγίδα (1) πεσεῖται ἄνευ τοῦ πατρὸς ὑμῶν.

δ΄. Εἰσί τινες λέγοντες, ὅτι γεγραμμένον ἐστὶ περὶ τοῦ ἀνθρώπου ὅσα δεῖ αὐτὸν ποιῆσαι πονηρὰ καὶ ἀγαθά· ὅθεν καὶ ἐμπίπτοντες εἰς κακὰ ἐκ τοῦ Σατανᾶ καὶ ἐκ τῆς ἰδίας προαιρέσεως, συνήθως λέγουσιν, οὐαὶ τῷ γραπτῷ μου· καὶ οὐαὶ τοῖς ταῦτα λέγουσιν· οἶδα πολλοὺς λέγοντας, ὅτι κατὰ δοτὸν ἀποθνήσκουσιν ἄνθρωποι, ἐν ποταμῷ ἢ ἐν κρημνῷ, ἢ οἱῳδήποτε τρόπῳ· καὶ τοῦτο ματαιολογοῦσι, καὶ ἁμαρτάνουσι λέγοντες· ὁ γὰρ θεὸς ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον αὐτεξούσιον, καὶ ἔδειξεν αὐτῷ τὴν ὁδὸν τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ σκότους καὶ τὸ κέρδος, καὶ τὴν ζημίαν, λέγων διὰ τοῦ προφήτου· * ἐὰν θέλητε καὶ εἰσ- * Is. I. 19.
ακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε· ἐὰν δὲ μὴ θέλητε μηδὲ εἰσακούσητέ μου, φησὶν, ἐγὼ οὐκ ἀναγκάζω ὑμᾶς· τὸ γὰρ ἐξ ἀνάγκης γινόμενον, κέρδος οὐκ ἔχει· ἠδύνατό σε ὁ θεὸς καὶ ἄκοντα ποιῆσαι καλὸν, ἀλλὰ τὸ ἀκούσιον ἄμισθόν ἐστιν· εἰ ἦν γεγραμμένον τὸ ποιεῖν ἀγαθὸν καὶ πονηρὸν, οὐκ ἔλεγεν ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου· ἀλλὰ τοῦτο ἔλεγεν δεῦρο, ἐξακολούθει τοῖς γεγραμμένοις· ἀλλὰ μονοτρόπως εἶπεν· ἐὰν θέλητε, καὶ εἰσακούσητέ μου· ἐγὼ, φησὶν, ὅρους σοι οὐκ ἔθηκα, οὐκ ἔταξα ἐπὶ σοὶ καλὰ καὶ κακὰ, αὐτεξούσιόν σε ἐποίησα· ὃ βούλει ποίει· οὐκ ἔστι γεγραμμένον ποιεῖν καλὰ καὶ κακά· ἐπεὶ εἰ ἔγραψέ με ποιεῖν ἁμαρτίαν, καὶ ποιῶ αὐτὴν, ἵνα τί με κρίνει; τῷ γὰρ προστάγματι αὐτοῦ ἀντιστῆναι οὐ δύναμαι· ἢ τίς κρίνει με τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηροῦντα: μὴ πλανηθῇς, ὦ ἄνθρωπε· οὐδέποτε ὁ θεὸς θελητής ἐστι κακοῦ ἀνθρώπων· οἱ γὰρ ἐπερχόμενοι τῷ ἀνθρώπῳ πειρασμοὶ, ἐκ τοῦ πονηροῦ εἰσίν· εἰ δὲ ἐμοὶ οὐ πείθεις, ἄκουε τοῦ ἀποστόλου λέγοντος· * μη- * Iac. I. 13.
δεὶς πειραζόμενος λεγέτω ὅτι ἀπὸ τοῦ θεοῦ πειράζομαι· ὁ γὰρ θεὸς ἀπείραστός (2) ἐστι

(1) Matth. X. 29. passim quidem εἰς τὴν γῆν, *in terram*. Sed εἰς παγίδα, *in laqueum*, habent apud Scholzium Clemens, Chrysostomus, Iuvencus, quorum auctoritates Eusebius noster nunc cumulat.

(2) Passivo sensu intellexit etiam interpres syriacus. In labbeanis glossis ἀπείραστος *intentatus*, quod congruit cum latino vulgato, mutato tamen *or* in *us*.

κακῶν, πειράζει δὲ αὐτὸς οὐδένα· ἕκαστος δὲ πειράζεται ὑπὸ τῆς ἰδίας ἐπιθυμίας· ἐὰν δὲ ποιῇς ἀγαθὸν, τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ ἐπίγραψον· ἐὰν δὲ πονηρὸν, τῇ τοῦ διαβόλου πονηρίᾳ· ἡ ἀγαθὴ ὁδὸς παρὰ τοῦ κυρίου κατευθύνεται τῷ ἀνθρώπῳ· ἡ πονηρὰ, ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ.

ε'. Δύο εἰσὶν ὁδοί· εἰς οἵαν ἀρέσκεται ἄνθρωπος, ἐν αὐτῇ βαδίζει· ἐὰν ἐστὶν ἡ πρόθεσις τινὸς πρὸς τὸν θεὸν, καὶ θέλει τῇ ἀγαθῇ ὁδῷ βαδίσαι, εὐθέως ἀποδίδωσιν ὁ θεὸς τὴν χεῖρα, καὶ κατευθύνει αὐτοῦ τὴν ὁδὸν, καὶ τὰ διαβήματα κατορθοῦνται, καὶ ὁ βίος αὐτοῦ γίνεται ἐν ἀγαθῇ πολιτείᾳ, καὶ πληροῦται
Ps. XXXVI. 23. ἐν αὐτῷ τὸ ῥητὸν τοῦ Δαβίδ· * "παρὰ κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται, καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει σφόδρα." Ποίαν ὁδὸν θέλει ὁ θεὸς πορευθῆναι τὸν ἄνθρωπον; ἡ πάντως τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν, τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον· ἡ γὰρ πλατεῖα καὶ εὐρύχωρος ὁδὸς, τοῦ Σατανᾶ ἐστιν ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Τῆς στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ τὰ μίλια εἰσὶ ταῦτα· πρὸ πάντων ἀγάπη, ἐλεημοσύνη, παρθενία, ἀφυλαργυρία, ἀφθονία, ἀοργησία, ἀμνησικακία, νηστεία, εὐχὴ, ἀγρυπνία, χαμευνία, ψαλμῳδία, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις, τὰ ἀπάγοντα εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον. Τῆς πλατείας καὶ εὐρυχώρου τὰ μίλια εἰσὶ ταῦτα· πλεονεξία μήτηρ τῆς εἰδωλολατρείας, μνησικακία, φθόνος, φόνος, μοιχεία, πορνεία, ἔρις, καταλαλιὰ, κατηγορία, ὀργὴ, μέθη, κραιπάλη, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια, τὰ ἀπάγοντα εἰς τὴν ἀπώλειαν. Τὸν πορευόμενον τὴν στενὴν ὁδὸν ὁδηγεῖ ὁ θεὸς εἰς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

ς'. Ἀλλ' ἀντιλέγουσι τινὲς λέγοντες, ὅτι οὐ θέλει τις δίκαιος εἶναι καὶ εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν; πολλοὶ, φησὶν, ἠθέλησαν δικαιοπραγῆσαι, καὶ οὐκ ἴσχυσαν ἐκτελέσαι· διὰ τί τούτους ἀφῆκεν ὁ θεὸς ἀπολέσθαι; διὰ τί οὐκ ἐβοήθησεν αὐτοῖς; εἰ τοῖς βουλομέ-
* cod. βαλλομένοις. νοις *, φησὶν, εἰς ἀγαθὸν ἐπιδίδωσιν ὁ θεὸς τὴν χεῖρα, διὰ τί τούτοις οὐκ ἐβοήθησεν; ἀλλ'
* I. Reg. XVI. 7. ἄκουσον τί λέγει ἡ γραφή· * οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ὄψεται ὁ θεός· ἄνθρωπος εἰς πρόσωπον, θεὸς εἰς καρδίαν· σὺ τὸ πρόσωπον

a Deo; Deus enim intentabilis malis est, et ipse neminem tentat; sed unusquisque tentatur a concupiscentia sua. Iam si bonum egeris, Dei benignitati adscribe: sin autem malum, diaboli malitiae imputa. Nam bona via dirigitur homini a Domino, mala a Satana.

5. Duae viae sunt: utram mavult homo, in ea graditur. Si cuius propositum ad Deum tendit, vultque bona via pergere, statim ei Deus manum tendit, eiusque iter dirigit; ideoque gressus eius prosperi fiunt, vita ipsius bonis moribus ornatur, in eoque Davidis dictum completur: « a Domino gressus hominis diriguntur, et viam eius volet nimis. » Quanam via vult Deus hominem incedere? nempe angusta et aspera via, quae ad vitam aeternam ducit. Nam lata et spatiosa via Satanae est, et in perditionem ducens. Angustae et asperae viae miliaria veluti haec sunt: in primis caritas, eleemosyna, virginitas, liberalitas, nullius rei invidentia, lenitudo, iniuriarum oblivio, ieiunium, preces, vigiliae, chaumenia, psalmodia, et his similia, quae ad vitam aeternam deducunt. Latae vero ac spatiosae miliaria haec sunt: avaritia idololatriae parens, animus ultor, invidia, caedes, adulterium, scortatio, contentio, obtrectatio, criminatio, ira, ebrietas, crapula, et his similia, quae ducunt in perditionem. At enim illum, qui angusta via graditur, ducit Deus ad vitam aeternam.

6. Sed contradicunt ita nonnulli: quis nolit esse iustus, et in regnum introire? Profecto multi recte agere voluerant, neque tamen propositum perficere valuerunt. Cur hos Deus perire sivit? Cur his opem non tulit? Si volentibus, inquam, ad bonum tendere Deus manum porrigit, cur his reapse non est auxiliatus? Sed audi quid scriptura dicat: non sicut homo, Deus videbit; homo faciem, cor Deus. Tu faciem consideras, resque exteriores spectas;

Deus corda scrutatur, et mentes inspicit. Cave existimes cunctos secundum Deum vivere: pauci immo sunt qui ad Dei regulam mores componunt, sed ut hominibus placeant ita se gerunt, cilicium publice gestant, coma sunt intonsa, iactanter incedunt, nempe apud homines bona sua opera ostentantes, et sancti vocari volunt, atque ab omnibus adorari. Tu exteriora tantum consideras, illosque omnia secundum Deum agere existimas, nec quid in eorum corde lateat pervides: at Deus cordium renumque scrutator, cursum illorum probe novit, eosque prolabi sinit, ut ipsorum consilia revelentur. Nam qui ut hominibus placeant, virtutes in vita exercent, hi lapsibus corruunt. Secus vero qui secundum Deum pergunt ascetae, numquam a Deo deseruntur, sicut ait propheta: « iunior fui, etenim senui, et non vidi iustum derelictum. »

7. Multi monachi ad nuptias lapsi divertunt, prave intelligentes apostoli dictum, recte ab eo prolatum. Ait enim: « si se non continent, nubant. » Neque sciunt, post promissiones Deo factas, iam non dici nuptias, sed perpetuam fornicationem. Nam postquam ipsi Deo voverunt mundi renunciationem, si retro convertantur, haud iam sit coniugium, sed tota vita crimen, copula damnabilis, filii nothi, nuptiae illegitimae. Nemo quippe qui manum suam ad aratrum miserit, et retro respexerit, regno caelorum aptus est. Non enim, ut ipsi putant, his qui renunciarunt dixit apostolus, ut deserto post renunciationem monasterio, nuptiis copulentur; sed qui non se continent, nubant. Videlicet, ut ante quam renunciet, unusquisque se probet, animamque suam exploret, num corporis necessitates perpeti possit et scandala a maligno daemone obiicienda, et aestum cupiditatum: quo facto, tum demum iugum subeat renunciationis. Quod si se

κατανοεῖς καὶ τὰ ἔξωθεν πράγματα βλέπεις, ὁ θεὸς τὰς καρδίας ἐρευνᾷ καὶ τὰς διανοίας κατανοεῖ· μὴ νομίσῃς ὅτι πάντες κατὰ θεὸν πολιτεύονται· ὀλίγοι εἰσὶν οἱ κατὰ θεὸν πολιτευόμενοι, ἀλλὰ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν ταῦτα ποιοῦσι, καὶ προβάλλουσι σακκοφορίαν, καὶ κομῶσι τὰς κεφαλὰς, καὶ περιπατοῦσιν ἐπιδεικτικῶς, ἐπιδεικνύμενοι τοῖς ἀνθρώποις τὰ κατορθώματα ἑαυτῶν, καὶ θέλουσι κληθῆναι ἅγιοι, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ πάντων· κατανοεῖς σὺ τὸ ἔξωθεν μόνον, καὶ νομίζεις αὐτοὺς κατὰ θεὸν πάντα ποιεῖν, καὶ οὐκ οἶδας τί κέκτηται αὐτῶν ἡ καρδία· ὁ δὲ κύριος ἐτάζων καρδίας καὶ νεφροὺς, οἶδεν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, καὶ ἀφίησιν αὐτοὺς ἐκπεσεῖν, ἵνα φανερωθῶσιν αὐτῶν τὰ βουλεύματα· οἱ γὰρ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν μετερχόμενοι τὸν βίον τῶν ἀρετῶν, οὗτοι καὶ σφάλμασι περιπίπτουσιν· οἱ γὰρ κατὰ θεὸν προβαλλόμενοι ἀσκῆσαι, οὐδέποτε ἐγκαταλιμπάνονται ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καθὼς εἶπεν ὁ προφήτης *, * Ps. XXXVI. 25.
ὅτι « νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα, καὶ οὐκ εἶδον δίκαιον ἐγκαταλελειμμένον. »

ζ'. Πολλοὶ δὲ τῶν μοναχῶν σφαλέντες εἰς γάμον προτρέπονται, κακῶς ἐκλαμβάνοντες τὸ τοῦ ἀποστόλου ῥητὸν, τὸ καλῶς εἰρημένον· φησὶ γάρ· * « εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν· » καὶ οὐκ οἴδασιν ὅτι μετὰ * I. Cor. VII. 9.
τὰς συνθήκας τὰς εἰς θεὸν, οὐ λέγεται γάμος, ἀλλὰ διηνεκὴς μοιχεία· μετὰ γὰρ τὸ συνθέσθαι αὐτοὺς τῷ θεῷ περὶ τῆς ἀποταγῆς, καὶ πάλιν εἰς τὰ ὀπίσω στραφῆναι, οὐκ ἔστι γάμος, ἀλλὰ καὶ ὁ βίος ἔγκλημα, ἡ κοίτη ἐν κατακρίσει, καὶ τὰ τέκνα νόθα, καὶ ὁ γάμος ἐν παρανομίᾳ· οὐδεὶς γὰρ ἐπιβαλὼν τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπ' ἄροτρον, καὶ στραφεὶς εἰς τὰ ὀπίσω, εὔθετός ἐστιν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν· * οὐ γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσιν, ὅτι τοῖς * Luc. IX. 62.
ἀποταξαμένοις εἶπεν ἀπόστολος ἀφιέναι τὴν τάξιν τῆς ἀποταγῆς καὶ τὸ μοναστήριον, καὶ γάμῳ ζευγνῦσθαι· ἀλλὰ τοῦτο εἶπεν, εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται, γαμείτωσαν· ἵνα πρὸ τοῦ ἀποτάξασθαι, δοκιμάσῃ ἑαυτὸν, καὶ νοήσῃ τὴν ἰδίαν ψυχὴν, εἰ δύναται ὑπενέγκαι τὰς ἀνάγκας τοῦ σώματος, καὶ τὰ σκάνδαλα τὰ ἐπερχόμενα ἐκ τοῦ πονηροῦ, καὶ τὸν καύσωνα·

καὶ τότε ὑπεισελθὼν τῷ ζυγῷ τῆς ἀποταγῆς· εἰ δὲ ταῦτα οὐκ ἐγκρατεύεται, καὶ γινώσκει ἑαυτὸν εὐάλωτον ὑπάρχειν, ἐν τούτῳ γαμησάτω· κρεῖσσον γάρ ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι; καὶ μὴ δυνάμενον φυλάξαι ἑαυτὸν, ἐμπεσεῖν εἰς τὰ καταχθόνια τῶν ᾅδου· ταῦτα εἰδὼς καὶ ἀκούων, ὀφείλεις ἀποτασσόμενος πολὺ δοκιμάσαι ἑαυτὸν, καὶ μετὰ πολλῆς σκέψεως ὑπεισελθεῖν τῷ ζυγῷ τῆς ἀποταγῆς, ἵνα ἕως τέλους βαστάσας τὸν χρηστὸν ζυγὸν τῆς ἐγκρατείας, τύχοις τῆς ἐπουρανίου βασιλείας· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι δόξα κράτος τιμὴ, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

in his non continet, seque facile victum iri agnoscit, tali rei conditione nubat. Melius est enim nubere, quam uri: ne dum semet custodire nequit, in inferni profunda ruat (1). His auditis et cognitis, quicumque renuntiaturus es, multum debes te ipsum probare, nec nisi post multam considerationem iugo te renunciationis submittere: ut deinde usque ad obitum portans praeclarum continentiae iugum, caelesti regno potiaris. Quod utinam omnes consequamur gratia et benignitate domini nostri Iesu Christi, cui una cum Patre et sancto Spiritu gloria, potestas, honorque nunc sit et semper et in saecula saeculorum. Amen.

(1) Vides mirabilem ecclesiae in doctrina de religioso caelibatu constantiam. Vides item genuinam paulini textus intelligentiam, quam ante hos annos propugnavit egregie etiam Cardinalis Gottus colloquio tertio adversus Piceninum.

EPIMETRUM.

De Eusebio emeseno, et quomodo is ab Eusebio alexandrino distinguendus omnino videatur, satis ut spero disserui in superiore monito p. 499-500. Nunc lectores admonere placet, vidisse me in bibliotheca vaticana latinum codicem pervetustum, saeculi ferme XI, homilias continentem XXXIV, hoc titulo: *incipit liber domni Eusebii, qui translatus est* (cod. *quem translatum est*) *ex hebraeo in latinum*. Hae porro homiliae, duabus exceptis XIV. et XV., leguntur omnes sub Eusebii gallicani nomine in Patrum bibliotheca lugdunensi T. VI. Ubi tamen in editione p. 631. G. lacuna est, in nostro codice f. 49. b. ea sic expletur: *iterum virginitas fecundetur, iterum humana condicio ex incorruptione nascatur, ut homo gloriosam ac virgineam nativitatem* etc. At secunda ibidem lacuna, non potest ope codicis expleri, quia folium excidit. Iam duarum codicis homiliarum, quas in editione desiderari dixi, quaeque in festo paschali recitatae fuerunt, rationem ego postea, si operae pretium fuerit, habiturus sum, cum latinorum Patrum homilias alias, quas ex codicibus colligo, typis committam. Dicuntur itaque hae Eusebii homiliae ex hebraeo (id est syriaco) translatae. Et revera Eusebium (qui fuit postea emesenus episcopus) natum in Mesopotamia, et in schola Syrorum edessena eruditum, narrant nobis Socrates hist. II. 9., et Sozomenus III. 6. Denique de harum latini nunc sermonis homiliarum crisi verba facere heic non interest, quarum certe non unus auctor fuit; et si quidem emesenus non est negandus, ne gallicanus quidem aliquis est excludendus; quam iamdiu controversiam docti homines pertractaverunt.

DE SERMONE

SANCTI ALEXANDRI PATRIARCHAE ALEXANDRINI

EDITORIS MONITUM.

Dixi in Spicilegio romano T. III. p. 694, ex orientalibus bibliothecae vaticanae codicibus multa excitari scripta veterum posse, quae omnino desideramus. Et quidem praeter lauta illa, quae loco citato edidi patrum fragmenta, maiora indidem iam antea extuleram, Zachariae videlicet melitenensis capita historica, Ebediesu et Abulpharagii tractatus canonicos, Armeniorum etiam canones, Severi antiocheni sermones aliquot, et nuper S. Cyrilli contra Synusiastas et Diodorum ac Theodorum reliquias. Iam vero inter prima illa, quae memoravi, codex vaticanus arabicus 101. *bonam mihi particulam suppeditaverat sermonis S. Alexandri patriarchae alexandrini* (1); *quem sermonem deinde integrum in syriaco vat. codice* 368. *nactus sum, id quod olim in Scriptorum vet. tom.* 4. *p.* 12. *significavi. Nunc ecce post alexandrini Cyrilli graeca scripta sermonem hunc Alexandri syriace simul atque latine (quandoquidem graeca verba desideramus) operam mihi suam commodantibus Matthaeo Sciakuano et Francisco Mehasebo Maronitis litteratissimis, in lucem exire iubeo, ne tantae antiquitatis, auctoritatis, famaeque episcopi diutius os conticescat.*

Porro rei verae testimonia sunt, primo quidem fragmenta illa ex codice arabico, quae Alexandri archiepiscopi alexandrini nomen gerunt (Spicil. rom. T. III. p. 699.*) quaeque in integro sermone eidem auctori inscripto, nunc suis recitata locis seriatim apparent. Deinde Sabariesus syrus auctor apud Assemanum Bib. or. T. III. p.* 543*, recitat ex Mokaffaei chronico arabico, Alexandri nostri fragmentum, quod pariter (mirabile dictu!) in sermone integro nostro n.* 5. *occurrit. Quamquam vero Mocaffaeus Alexandrum dicit papam* romanum*, is quidem manifestus error ab Assemano in indice p.* 658. *recte corrigitur, qui legendum suadet* alexandrinum. *Deinde (praeter quam quod scribentibus menda multa obrepere solent) rei veritatem nunc syriacus codex nos docet, qui Alexandro alexandrinae urbis antistiti hunc sermonem inscribit. Tum satis est exploratus mos orientalium romanos nominandi quotquot imperio romano suberant, et graeca, nedum latina, lingua utebantur. Quin et ipsum byzantinum imperium constanter romanum appellant, ut ipsi quoque byzantini historici solent, qui ita in libris suis ambitiose loquuntur, postquam Constantinopolis novae Romae nomen invasit. Locus igitur a Mocaffaeo relatus ita se habet: « Alexander romanus patriarcha inquit: manus quae Adamum creavit, ipsa clavis in cruce perforata est. Os quod in Adamum spiraculum vitae inspiravit, acetum bibit. Pes qui clavis confixus fuit, terram fundavit. » Haec, inquam paulo quidem liberius, sine dubio tamen ex hoc nostro sermone n.* 5. *sumpta vides. Verumtamen qui ibidem multo uberior locus praecedit, et a nobis virgulis distinctus fuit, is cum arabica sermonis interpretatione, in Spicilegio nostro edita, evidentius adhuc atque adamussim congruit. Ceteroqui non est mirandum, si qui sermo ex graeco in syriacum, ex hoc in arabicum, idioma transiit, paucas aliquot varietates in his transfusionibus passus sit. Quin adeo sermonis huius duae videntur extitisse apud Alexandrinos sive apud orientales, editiones; quandoquidem in codice syr. vat. post integrum sermonem, aliud attexitur eiusdem fragmentum, non sine paucis variis lectionibus. Ut vero existimem, interpretationem arabicam ex secunda syriaca esse derivatam, utor hoc indicio, quod arabicum codicis* 101. *fragmentum cum illo posteriore syriaco magis congruit, quam cum priore. Itaque etiamsi decreveram additamentum illud omittere, quia valde simile sermoni integro videbatur; attamen quia postea comperi, partem arabicam cum hac potius parte syriaca conspirare, ne mei argumenti vim ullatenus infirmarem, hanc quoque syriacam repetitionem minoribus saltem formis imprimendam curavi.*

(1) Idem hic codex habet fragmenta SS. Iulii et Silvestri pontificum romanorum, quae ego graece edidi Script. vet. T. VII. p. 134, et 169. col. 2. v. 1-15.

Age vero edendi sermonis huius grata opportunitas adest, quia hoc tempore ex Anglorum typis prodeunt magni Athanasii festales epistolae seu orationes (graece deperditae) in syriaco pariter codice inventae: quibus hic iure meritoque comes fiet Alexandri sermo. Fuit quippe Alexander Athanasii a pueris educator, quem familiarem semper, adolescentem senex, et carissimum habuit, mensae etiam quotidianae participem, et fidelem librarium: eundem ipse diaconum ordinavit, secumque ad nicaenum concilium duxit, ut illic operam sibi navaret, συναγωνιζόμενον αὐτῷ ἐκεῖ, ut diserte ait Socrates hist. lib. I. 15: quem denique moriens saepe nomine compellavit, atque ut sibi successor fieret, alexandrinum clerum enixe rogavit, quod reapse cum infinita rei christianae utilitate contigit: ita ut Athanasium talem tantumque episcopum, Alexandri curis acceptum referamus. Iam ut Alexander Athanasium adolescentem omni officio complexus est, ita idem Alexander antea iuvenis Petro episcopo martyri familiaris apprime fuerat, atque ab eo successor post Achillam eiusdem fratrem designatus. Namque ut legitur in Petri vita a nobis edita Spicil. T. III. p. 682, martyr inclytus in carcere positus, et iam pro fide plectendus, ambos illos alexandrinae sedi post se destinavit episcopos dicens: « te quidem Achillam primum, Alexandrum vero secundum. Et mox: » osculantes Petri manus ac pedes Achillas atque Alexander, conversi in lacrymas singultu amarissimo quatiebantur. »

Alexandri graphicam imaginem Gelasius cyzicenus nobis exhibet in sua nicaeni concilii historia lib. II. 1. « Ὑποδέχεται τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀρχὴν τῆς αὐτόθι τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Ἀλέξανδρος, ἀνὴρ τίμιος ἐν πᾶσι παντὶ τῷ τῆς ἐκκλησίας κλήρῳ καὶ λαῷ, μεγαλοπρεπὴς, εὐμετάδοτος, εὔλαλος, ἐπιεικὴς, φιλόθεος, φιλάνθρωπος, φιλόπτωχος, χρηστὸς, προσηνὴς πρὸς πάντας, εἴ πέρ τις ἄλλος. » Suscepit sacerdotii principatum ibidem in alexandrina ecclesia Alexander, vir undequaque venerabilis universo clero ac populo, magnificus, liberalis, facundus, aequus, religiosus, benignus, pauperum amator, bonus, lenis ad omnes, si quis alius. » Is autem etsi Arium lenitate sua aliquamdiu studuit emendare, postea tamen pertinacia eius ac vafritia cognita, tribus eum conciliis fortissime condemnavit, dioecesano alexandrini cleri, provinciali episcoporum Aegypti, tertio demum nicaeno oecumenico, cui primus post romanos legatos subscripsit, ibique ob venerandum suam senectutem, dignitatem ac famam, visus est quodammodo conventus totius dominator ac rector, ut ait synodica concilii epistola: Ἀλέξανδρος κύριος καὶ κοινωνὸς τῶν γεγενημένων τυγχάνων. Quamobrem a Theodoreto quoque hist. I. 2. dicitur evangelicorum dogmatum strenuus propugnator: Ἀλέξανδρος ὁ γενναῖος τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων γενόμενος πρόμαχος. Reapse quicquid hactenus scriptorum Alexandri extabat, ab historicis ecclesiasticis conservatum, id Arium eiusque alumnos oppugnat; duas intellige epistolas, quarum prior prorsus insignis, tractatus plenissimi instar est, et omni laude maior. Atqui hae duae ex septuaginta supersunt; tot enim ab eo scriptas testatur Epiphanius haer. LXIX. 4: « Ἀλέξανδρος ἐπίσκοπος γράφει ἐπιστολὰς ἐγκυκλίους, αἵ τινες παρὰ φιλοκάλοις ἔτι σώζονται, ὡς τὸν ἀριθμὸν ἑβδομήκοντα. Alexander episcopus scribit epistolas encyclicas, quae adhuc » apud studiosos servantur, numero fere septuaginta. » Unius ex his fragmenta tenuia citantur a Maximo opp. T. II. p. 152. 155. Utinam hae in codicibus saltem syriacis conspiciendas se darent, quod nuper felicissime accidit athanasianis! Nunc in tanto scriptorum Alexandri naufragio, sermonem saltem unum in populi concione habitum libenti animo excipiamus, in quo praeter cetera utilia, Christi divinitas passim praedicatur. Neque abest eloquentia (quam ei tribui a Gelasio diximus) nitida scilicet, popularis, et ore episcopali digna.

Sermonem hunc Alexandri suppeditavit codex syriacus vat. membraneus, vetus, chaldaicis litteris duplici in latereculo exaratus. Habuit is sexaginta homilias (quarum nunc novem ob amissa folia desunt) patrum orthodoxorum Greg. nysseni, Greg. theologi, Basilii, Amphilochii, Ioh. chrisostomi, Procli, Isaaci (unum etiam Eusebii alex., nam mendum est in catalogo, alio nomine substituto, de die dominica.) Inter hos vigesimum locum tenet Alexandri hic sermo; quem auctor graece scripserat, Syri et Arabes, ut demonstravi, in linguas suas transtulerunt; de cuius sinceritate testimonia praedicta codicum et auctorum dubitare nos nullo modo sinunt.

[illegible]

S. ALEXANDRI EPISCOPI (1) ALEXANDRIAE

SERMO DE ANIMA ET CORPORE

DEQUE PASSIONE DOMINI.

1. Verbum, quod sine invidia de caelo demittitur, cordibus nostris irrigandis idoneum est, si nos virtuti eius parati fuerimus, non dicendo tantummodo verum etiam auscultando. Nam sicut imber sine terra fructus non gignit, neque terra sine imbre; ita ne verbum quidem sine auditu fructificat neque auditus sine verbo. Porro verbum tunc fit fructuosum, cum id pronunciamus; auditus pariter, cum auscultamus. Igitur cum verbum vim suam expromit, vos quoque haud invide aurem praebete: et cum ad audiendum acceditis, omni vos invidia et incredulitate expurgate. Pessimae res invidia et incredulitas, quarum utraque iustitiae adversatur: etenim invidia caritati opponitur, fidei incredulitas: haud secus quam amaritudo dulcedini, luci tenebrae, bono malum, vitae mors, veritati mendacium. Age vero quicumque his repugnantibus virtuti vitiis abundant, ii mortui quodammo-

[illegible]

(1) Ita in cod. *episcopi*, ut est etiam in magna eius epistola dogmatica, non *archiepiscopi*, ut deinde appellati fuerunt praesules alexandrini; vel potius hic titulus pro libito variat in codd.

ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܘܬܐ ܣܢܝܢ
ܠܚܘܒܐ ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܠܗܠܝܢ
ܣܥܪܝܢ ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܐܠܗܐ ܀

ܟܕ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܗܟܝܠ ܐܚܝ̈ ܚܒܝܒܐ
ܕܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܘܬܐ
ܒܥܠܕܒܒܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܕܙܕܝܩܘܬܐ.
ܠܗܘ ܢܥܒܕܘܢ ܡܢ ܒܥܠܕܒܒܝܗ ܕܟܐܢܘܬܐ.
ܘܚܒܘܟ ܗܝܡܢܘܬܐ ܘܚܘܒܐ. ܕܒܐܝܕܝܗܘܢ
ܗܘܐ ܦܘܪܩܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܟܐܢ̈ܐ ܡܢ ܫܘܪܝܐ
ܘܥܕܡܐ ܠܝܘܡܢܐ. ܐܦܩܘ ܗܟܝܠ ܦܐܪܐ
ܕܚܘܒܐ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܒܡܠܬܐ ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ
ܕܥܒ̈ܕܐ ܕܝܢ ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܒܐܠܗܐ ܟܐܢܬܐ.
ܗܐ ܓܝܪ ܐܦ ܗܘ ܡܪܢ ܚܘܝ ܠܚܘܒܗ
ܕܠܘܬܢ. ܠܐ ܒܠܚܘܕ ܒܡܠܬܐ.
ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ. ܘܚܠܦ ܢܦܫܗ
ܦܘܪܩܢܐ ܝܗܒ. ܘܬܘܒ ܘܠܐ ܗܘܐ
ܐܝܟ ܥܠܡܐ ܗܘܝܢ ܒܡܠܬܐ ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ.
ܠܥܠܡܐ ܓܝܪ ܒܡܠܬܐ ܩܝܡ. ܠܢ ܕܝܢ
ܒܡܠܬܐ ܘܒܥܒܕܐ. ܠܘ ܓܝܪ ܣܦܩܬ
ܠܗ ܠܐܠܗܐ ܗܝ ܕܢܐܡܪ. ܢܥܒܕ ܓܝܪ ܐܢܫܐ
ܒܨܠܡܢ ܘܒܕܡܘܬܐ ܕܝܠܢ. ܐܠܐ ܘܒܥܒܕܐ
ܥܒܕܐ ܢܩܦ. ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܢܣܒ ܥܦܪܐ ܡܢ
ܐܪܥܐ. ܘܓܒܠܗ ܠܒܪ ܐܢܫܐ
ܒܨܠܡܗ ܘܒܕܡܘܬܐ ܕܝܠܗ ܟܕ ܢܦܚ
ܒܗ ܢܫܡܬܐ ܕܚܝܐ ܕܢܗܘܐ ܐܕܡ ܠܢܦܫܐ
ܚܝ̈ܬܐ ܀

ܘܟܕ ܗܟܝܠ ܐܬܪܟܢ ܒܪܢܫܐ ܠܡܘܬܐ ܒܝܕ
ܛܥܝܘܬܗ ܩܕܡ. ܐܠܨܐ ܗܘܐ ܬܘܒ ܠܬܘܩܢܬܐ
ܘܬܘܒ ܡܢ ܕܪܫ ܐܬܬܩܢ ܕܡܘܬܗ ܕܝܠܗ
ܠܦܘܪܩܢܐ. ܐܝܠܝܢ ܗܘܐ ܓܝܪ
ܬܘܩܢܐ ܕܒܓܡܘܪܐ ܗܘܐ ܒܐܪܥܐ.
ܡܦܚܬܐ ܕܝܢ ܗܝ ܕܗܘܬ ܠܢܫܡܬܐ ܚܝܐ ܟܕ
ܡܬܦܪܫܐ ܗܘܐ ܡܢ ܦܓܪܐ ܡܬܚܒܫܐ

do sunt : namque invidi et increduli caritatem fidemque oderunt ; quod qui faciunt, hostes Dei constituuntur.

2. Quum vos itaque, fratres carissimi, homines invidos atque incredulos iustitiae hostes esse sciatis, ab his videlicet cavete : fidem caritatemque amplectimini, quarum ope salutem consecuti sunt quotquot ab orbis initio usque ad hodiernam diem sancti homines extiterunt. Caritatis autem fructum haud verbis tantum exserite, verum etiam operibus, id est pia propter Deum patientia. Ecce enim Dominus ipse suam erga nos caritatem ostendit, non verbis tantummodo sed etiam opere, quoniam semet pro salute nostra pretium tradidit. Praeterea nos haud quemadmodum mundus reliquus, verbo creati fuimus, sed simul opere. Quippe mundum unius verbi vi Deus fecit existere ; nos tamen verbi pariter operisque efficacià produxit. Etenim Deo haud satis fuit dicere : faciamus hominem ad imaginem similitudinemque nostram, sed opera verbum statim subsecuta est : nam sumpto de humo pulvere, hominem ex eo formavit, imagini suae similitudinique conformem, in eumque inspiravit vitae spiraculum, ut fieret Adam anima vivens.

3. Sed enim cum subinde homo errore suo se inclinasset ad mortem, necesse fuit ut illa forma denuo ad salutem ab eodem artifice suo reformaretur. Etenim forma quidem sub terra putris iacebat ; veruntamen inspiratio illa, quae instar spiraculi vitae fuerat, corpore separata tene-

broso loco detinebatur, qui infernus vocitatur. Discidium ergo erat animae a corpore; illa ad inferos relegata, hoc in pulverem resoluto: magnumque erat intervallum, quominus invicem convenirent; quia carne soluta, corpus corrumpitur; ligata anima, cessat eius actio. Sicut enim tradito in vincula rege, ruit civitas; capto duce, dissipatur exercitus; gubernatore depulso, mergitur navigium; ita vinculis animae iniectis, corpus eius dilapsum est, ceu sine rege civitas; membra eius dissoluta, veluti fit in exercitu duce amisso, atque in mortem demersa, quod navi usuvenit gubernatore destitutae. Anima igitur hominem dirigebat, quamdiu corpus supererat; ceu rex urbem, dux exercitum, navim gubernator. Attamen ei regendo impotens fuit, ex quo ipsa immobiliter alligata fuit, atque in errorem demersa; propterea quod a recta via declinavit, tentatores sectata est, fornicationi, idolorum cultui, cruentis caedibus, operam dedit: quibus facinoribus proprium destruxit hominem. Sed ipsa demum in infernum delata, illic ab improbo tentatore detenta fuit. Ceteroquin illa, ceu rex lapsam urbem restituit, dux dispersum exercitum colligit, nauta fractam navim reparat; sic, inquam, anima corpori adhuc suppetias ferebat, ante quam illud in pulverem solveretur, nondum ipsa vinculis alligata. Sed postquam anima non materialibus vinculis, sed peccatis alligata fuit,

ܠܗ ܠܡܦܘܪܢܣܐ ܐܝܟ ܕܡܬܢܟܪܐ. ܬܠܡܝܕܘܬܐ
ܡܢ ܠܐ ܐܬܚܪܝܡܬ ܫܒܩܬ ܠܦܓܪܐ ܕܝܠܗ
ܡܢ ܗܪܟܐ ܒܐܪܥܐ. ܗܝ ܕܝܢ ܡܢ ܐܬܪܟܢܬ
ܠܫܝܘܠ. ܗܘܬ ܟܘܒܫܐ ܠܡܘܬܐ. ܠܟܠܗܘܢ
ܓܝܪ ܒܢܝ ܐܢܫܐ ܗܘܬ ܡܬܒܣܪܢܝܬܐ ܀

ܢܦܩ ܐܢܫܐ ܡܢ ܦܪܕܝܣܐ ܠܐܬܪܐ ܗܢܐ.
ܐܝܟܐ ܕܥܘܠܐ ܘܙܢܝܘܬܐ ܘܓܘܪܐ ܘܩܛܠܐ
ܘܫܦܝܟܘܬ ܕܡܐ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܠܒܪܢܫܐ.
ܘܠܗܘܢ ܓܝܪ ܐܬܦܪܥܘ ܠܡܘܬܐ ܡܢ ܟܠ ܒܪܢܫܐ
ܐܦܠܚܘ. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܚܒܠܘܢܝܗ.
ܐܝܠܝܢ ܗܘܐ ܡܣܬܟܠ ܒܪܢܫܐ. ܘܠܐ ܠܒܘܝܐܐ
ܘܠܐ ܡܥܕܪܢܘܬܐ. ܘܠܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܢܝܚܐ ܡܢ ܡܕܡ.
ܐܡܬܝ ܓܝܪ ܛܒܐ ܠܒܪܢܫܐ. ܒܟܪܣܐ ܕܐܡܗ.
ܐܠܐ ܬܡܢ ܚܒܝܫܐ ܗܘ ܠܡܝܬܐ. ܘܐܠܐ ܡܢ
ܕܡܬܪܒܐ ܒܚܠܒܐ ܕܬܕܝܐ. ܐܠܐ ܘܠܐ ܡܕܡ
ܐܬܒܣܡ. ܐܠܐ ܡܢ ܡܐ ܕܥܠܝܡ ܒܥܠܝܡܘܬܐ.
ܐܠܐ ܐܦ ܗܝ ܡܫܪܝܢܘܬ ܐܝܠܝܢ ܣܟܠܘܬ
ܠܛܠܝܘܬܐ ܪܓܝܓܬܐ. ܘܐܠܐ ܡܢ ܣܒܐ.
ܐܠܐ ܐܦ ܗܝ ܕܝܢ ܡܬܟܐܢ ܗܘܐ ܡܫܬܩܠ
ܣܒܝܘܬܐ ܘܡܣܟܠ ܣܘܟܝܗ ܕܡܘܬܐ. ܡܢܐ
ܓܝܪ ܐܚܪܢܐ ܣܒܝܘܬܐ ܐܠܐ ܐܢ ܣܘܟܝܗ
ܕܡܘܬܐ. ܫܪܝܪ ܟܠܗܘܢ ܡܝܬܝܢ ܗܢܘ
ܕܐܪܥܐ. ܛܠܝܐ ܘܣܒܐ. ܙܥܘܪܐ ܘܪܘܪܒܐ.
ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܬܘܙܒܝܢ ܠܡܘܬܐ ܡܫܘܚܬܐ
ܘܩܘܡܬܐ. ܐܠܐ ܐܝܟܢܐ ܚܫܝܫ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ.
ܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܕܝܢ ܦܪܘܫܘܬܐ ܚܙܬܐ ܕܡܘܬܗ
ܕܒܪܢܫܐ. ܡܢ ܕܚܙܝܢܢ ܠܦܓܪܐ ܫܚܠܦܐ.
ܦܪܨܘܦܐ ܡܫܚܠܦܐ. ܐܣܟܡܐ ܡܝܬܐ. ܦܓܪܐ
ܡܚܝܠܐ. ܦܘܡܐ ܫܬܝܩܐ. ܓܠܕܐ ܩܪܝܪܐ.
ܥܝܢܐ ܡܫܩܥܢ. ܗܕܡܐ ܘܠܐ ܡܬܬܙܝܥܝܢ.
ܫܠܕܐ ܕܝܢ ܫܕܝܐ ܘܡܣܟܠܐ ܗܘܝܐ ܗܘܐ
ܠܐܪܥܐ. ܒܣܪܐ ܡܬܦܫܪܐ. ܓܝܕܐ ܩܪܝܪܐ.
ܓܪܡܐ ܝܒܫܐ. ܥܝܢܐ ܕܡܬܚܫܟܢ.

ideoque ad agendum facta impotens, tunc corpus suum in terra destituit, atque in infernum depressa, scabellum mortis effecta est, et cunctis despicabilis.

4. Exivit de paradiso homo ad eam regionem, quae iniustitiae, fornicationis, adulteriorum, cruentarumque caedium sentina erat, ubi etiam exitium nactus est: etenim omnia ad necem eius conspirarunt, et vix huc ingressum pessumdederunt. Carebat interim quolibet solatio homo, omnique ope et quiete. Quandonam enim bene homini fuit? Num materno in utero? Atqui ibi conclusus, parum a mortuo differebat. An dum sinùs laete nutriretur? Ne tum quidem gaudium ullum persensit. An potius dum adolesceret? Atqui tunc maxime impendebant pericula, propter iuveniles cupiditates. Num denique dum senesceret? Enimvero tunc ingemiscere coepit, senii pondere pressus et mortis expectatione. Quid enim aliud senectus est, nisi mortis expectatio? Reapse terricolae omnes moriuntur, iuvenes ac seniores, parvuli adultique: nulla enim corporum statura a morte eximit. Cur ergo maerore tanto angitur homo? Nimirum mortis aspectus tristitiam parit: spectamus enim in homine extincto faciem mutatam, figuram emortuam, corpus macie constrictum, os taciturnum, frigidam cutem, oculos depressos, artus immotos, cadaver humi abiectum, carnes dilapsas, gelidas venas, ossa

albida, articulos resolutos, omnia in pulverem redigi, hominem diutius non existentem. Quid ergo homo est? Flos inquam temporarius, qui in materno sinu non apparet, inventute vigescit, senio in mortem marcidus abit.

ܘܢܫܝܐ ܦܫܝܛܐ ܘܒܪܢܫܐ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܒܪܢܫܐ. ܗܒܒܐ ܕܚܠܐ ܙܒܢܐ. ܒܥܘܒܐ ܠܐ ܡܬܚܙܐ. ܒܛܠܝܘܬܐ ܡܢܥܐ. ܒܣܝܒܘܬܐ ܡܬܡܣܟܠ ܡܢ ܡܘܬܐ ܀

5. Age vero post hoc omne mortis servitium, et hominis corruptelam, visitavit Deus creaturam suam, quam ad imaginem similitudinemque propriam formaverat; idque egit, ne haec perpetuum mortis ludibrium foret. Misit ergo Deus de caelo incorporeum filium suum, ut in virgineo sinu carnem sumeret; atque ita aeque ac tu, homo factus est, ut hominem perditum salvificaret, eiusque omnia sparsa membra colligeret. Etenim Christus, dum hominem personae suae copulavit, id adunavit quod separatione corporis mors disperserat. Passus est Christus, ut nos aeternum vivamus. (1) « Secus enim » cur Christo moriendum erat? Numquid morte dignum commiserat? » Cur carnem sibi induit, qui gloria » convestiebatur? Cumque Deus esset, cur homo est factus? Et cum is » in caelo regnaret, cur in terram se » demisit, et in virginis utero incarnatus est? « Quaenam, oro, necessitas Deum coëgit in terram » descendere, carnem adsumere,

ܒܬܪ ܗܟܝܠ ܟܠܗ ܗܕܐ ܫܥܒܕܘܬܗ ܕܡܘܬܐ ܘܡܬܚܒܠܢܘܬܐ ܕܒܪ ܐܢܫܐ. ܣܥܪ ܐܠܗܐ ܠܒܪܝܬܗ ܕܒܪܐ ܒܨܠܡܗ ܘܒܕܡܘܬܗ ܕܝܠܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܕܝܢ ܐܦ ܥܒܕܗ ܕܠܐ ܬܗܘܐ ܢܣܡܗ ܕܡܘܬܐ ܐܡܝܢܐܝܬ. ܫܕܪ ܐܠܗܐ ܠܒܪܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܠܐ ܡܬܓܫܡܢܐ ܕܢܬܓܫܡ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ ܒܡܘܠܕܐ. ܘܗܘܐ ܒܪܢܫܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬܝܟ. ܕܢܦܪܘܩ ܠܒܪܢܫܐ ܕܐܒܝܕ ܗܘܐ. ܘܟܢܫ ܠܗܕܡܘܗܝ ܕܡܒܕܪܝܢ ܗܘܘ. ܗܘ ܓܝܪ ܡܕܡ ܕܒܕܪ ܡܘܬܐ ܟܕ ܦܠܓܗ ܠܒܪܢܫܐ. ܗܠܝܢ ܟܢܫ ܡܫܝܚܐ ܟܕ ܚܝܕܗ ܠܒܪܢܫܐ ܒܩܢܘܡܗ. ܡܛܠ ܗܢܐ ܓܝܪ ܐܦ ܡܫܝܚܐ ܚܫ ܕܢܚܐ ܚܢܢ ܠܥܠܡ. ܘܐܠܐ ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܦ ܡܐܬ ܗܘܐ ܡܫܝܚܐ. ܠܡܐ ܓܝܪ ܚܘܒܬܐ ܕܡܘܬܐ ܥܒܕ ܗܘܐ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܐܘ ܢܠܒܫ ܒܣܪܐ. ܟܕ ܓܝܪ ܡܬܥܛܦ ܗܘܐ ܫܘܒܚܐ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܐܦ ܒܪܢܫܐ ܕܢܗܘܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܐܠܗܐ. ܠܡܢܐ ܕܝܢ ܕܒܫܡܝܐ ܡܠܟ ܐܪܟܢ ܘܢܬܓܫܡ ܒܡܪܒܥܐ. ܠܐ ܓܝܪ ܡܬܒܥܐ ܗܘܐ ܠܡܬܓܫܡܘ. ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܐܠܨܐ ܗܘܬ ܠܐܠܗܐ ܕܢܚܘܬ ܠܐܪܥܐ

(1) Sequentia, quae uncis inclusimus, edita iam a nobis fuerant sub eiusdem Alexandri nomine in Spicilegii rom. tomo III. p. 699, inter excerpta patrum ex codice arabico vaticano 101, quo continetur opus celebre monophysiticum, cui est titulus *fides patrum*. Constat ergo sermonem hunc graece ab Alexandro conscriptum, postea non in syriacam tantummodo sed etiam in arabicam linguam fuisse translatum. Porro hoc Alexandri, et aliis aliorum patrum similibus testimoniis abutebantur Monophysitae, ut unicam Christi naturam adstruerent; quia videlicet idiomatum (ut theologi loquuntur) communicationem ignorantes vel negantes, res passionesque humanas, divinae naturae proprias faciebant, quam ipsi solam in Christo agnoscebant, absorpta guttae instar, ut aiebant, humanitate ab oceano veluti deitatis.

ܐܪܥܐ. ܘܕܢܬܥܛܦ. ܘܢܬܪܒܐ ܒܥܘܒܐ.
ܘܢܬܐܪܒܐ ܒܚܠܒܐ ܒܥܘܒܐ. ܘܢܩܒܠ ܡܢ
ܥܒܕܐ. ܘܢܬܬܠܐ ܒܨܠܝܒܐ. ܘܢܬܛܡܪ
ܒܩܒܪܐ. ܘܢܩܘܡ ܡܢ ܡܝܬܐ ܠܬܠܬܐ
ܝܘܡܝܢ. ܡܢܐ ܗܘ ܐܠܨܐ ܗܘܐ. ܝܕܝܥܐ
ܗܘ ܕܡܛܠ ܒܪܢܫܐ ܣܝܒܪ ܨܥܪܐ
ܕܠܡܘܬܐ ܒܪܢܫܐ ܢܦܪܘܩ ܘܐܟܙܢ
ܗܘܐ. ܐܝܟ ܕܡܟܪܙ ܗܘܐ ܒܦܘܡ
ܢܒܝܐ ܘܐܡܪ. ܕܣܝܒܪܬ ܐܝܟ ܝܠܕܬܐ. * Is. XLII. 14.
ܒܫܪܪܐ ܓܝܪ ܕܣܝܒܪ ܚܫܐ ܚܠܦܝܢ. ܘܨܥܪ
ܚܫܐ ܘܫܢܕܐ ܘܡܘܬܐ. ܗܟܢ ܓܝܪ ܘܡܘܬܐ
ܘܩܒܘܪܬܐ. ܗܘܝܘ ܓܝܪ ܐܦ ܐܡܪ ܒܝܕ ܢܒܝܐ.
ܕܐܚܬܢܝ ܠܥܘܡܩܐ. ܡܢܘ ܗܘܟܝܠ ܕܐܚܬܗ. * Ion. II. 4.
ܥܡܐ ܥܘܠܐ. ܚܙܘ ܐܘ ܒܢܝܢܫܐ. ܚܙܘ ܟܠܟܘܢ
ܕܦܪܥ ܐܝܣܪܝܠ. ܩܛܠܘܗܝ ܠܡܛܒܢ
ܠܢܦܫܗ. ܟܕ ܦܪܥܘܗܝ ܒܝܫܬܐ ܚܠܦ
ܛܒܬܐ. ܘܐܘܠܨܢܐ ܚܠܦ ܚܕܘܬܐ. ܘܡܘܬܐ
ܚܠܦ ܚܝܐ. ܠܗܘ ܓܝܪ ܕܡܩܝܡ ܗܘܐ
ܡܝܬܝܗܘܢ. ܘܚܓܝܪܐ ܗܘܐ ܡܚܠܡ ܗܘܐ.
ܘܓܪܒܐ ܗܘܐ ܡܕܟܐ. ܘܣܡܝܐ ܢܗܪܐ
ܠܥܝܢܝܗܘܢ. ܒܩܝܣܐ ܬܠܘܗܝ
ܥܡ ܟܠ ܥܡܡܐ. ܚܙܘ ܬܕܡܪܬܐ
ܚܕܬܬܐ. ܒܩܝܣܐ ܬܠܘܗܝ
ܠܡܢ ܕܦܫܛܗ ܠܐܪܥܐ. ܒܢܩܘܫܐ
ܩܒܥܘܗܝ ܠܗܘ ܕܐܫܬܐܣܗ ܠܐܪܥܐ. ܘܚܕܪܘܗܝ
ܠܗܘ ܕܚܕܪܗ ܠܫܡܝܐ. ܘܐܣܪܘܗܝ ܠܗܘ ܕܫܪܐ
ܠܚܛܝܐ. ܘܐܫܩܝܘܗܝ ܚܠܐ ܠܗܘ ܕܐܫܩܝ ܟܐܢܘܬܐ.
ܘܐܘܟܠܘܗܝ ܡܪܪܬܐ ܠܗܘ ܕܝܗܒ ܡܐܟܘܠܬ ܚܝܐ.
ܘܐܘܒܕܘ ܐܝܕܘܗܝ ܘܪܓܠܘܗܝ
ܕܠܗܘ ܕܐܣܝ ܐܝܕܝܗܘܢ ܘܪܓܠܝܗܘܢ. ܘܐܟܪܝܘ ܠܗܘ
ܕܥܝܢܝܗܘܢ ܦܬܚ. ܘܐܟܡܝܘܗܝ ܠܗܘ

» panniculis in praesepi involvi, lactante sinu ali, baptismum a famulo suscipere, in crucem tolli, terreno sepulcro infodi, a mortuis tertia die resurgere? » Quaenam eum, inquam, necessitas compellebat? Satis exploratum est, opprobria illum, hominis gratia esse perpessum, ut eum morte expediret, et ore veluti prophetae exclamasse dicentem: pertuli tamquam parturiens *. Re sane vera pertulit pro nobis dolores, ignominiam, cruciatus, necemque ipsam ac sepulturam. Sic enim ipsemet per prophetam ait: descendere me fecit in profundum *. Quis porro eum descendere fecit? impius nimirum populus. Aspicite, o homines, aspicite quam fecerit Israhel remunerationem! Benefactorem suum interemit, malum pro bono reddens, pro gaudio adflictionem, pro vita necem! Ligno suffixum necaverunt eum qui illorum mortuos suscitaverat, claudos sanaverat, leprosos mundaverat, caecos illuminaverat. Aspicite, o homines, aspicite omnes populi, prodigia nova! Ligno enim suspenderunt, qui terram expandit: (1) clavis eum confixerunt, qui mundi fundamenta stabilivit: circumscripserunt eum qui caelum circumscripsit: vinxerunt illum, qui peccatores absolvit: aceto potaverunt illum, qui iustitiae potum praebuit; felle eum paverunt, qui vitae cibum obtulit: manus pedesque eius corruperunt, qui illorum manibus pedibusque medelam fecit: illius oculos vi claudendos curarunt, qui visum ipsis resti-

(1) Huc pertinet fragmentum quod Mocaffaeus, ut in monito dixi, ex Alexandri hoc sermone excerpsit.

tuerat : sepulcro eum tradiderunt, qui mortuos tum ante suam passionem tum etiam in cruce pendens suscitavit.

6. Etenim quum Dominus noster in cruce pateretur, monumenta dirupta sunt, patuit infernus, animae prosilierunt, mortui ad vitam sunt regressi, multique ex his visi sunt Hierosolymis, dum crucis mysterium perficiebatur : quo tempore Dominus noster mortem calcavit, inimicitiam dissolvit, fortes alligavit, crucisque trophaeum erexit, corpore suo in id sublato, ut corpus appareret sublime, mors autem sub carnis pede depressa. Tunc caelestes virtutes miratae sunt, angeli obstupuerunt, tremuere elementa, creatura omnis concussa est, dum mysterium novum spectaculumque terrificum in orbe editum cerneret. Plebs tamen universa mysterii inscia deridendo Christo exultabat; quamquam terra nutaret, quaterentur montes vallesque et pelagus, atque universa Dei creatura tumultu ferveret. Caeli luminaria expaverunt, sol fugit, luna disparuit, sidera lumen suum subtraxerunt, dies cessavit; templo excessit attonitus post velum discissum angelus, tenebrae tellurem obruerunt in qua Dominus eius oculos clauserat. Interim infernus luce splenduit, quoniam illuc astrum descendit. Ad inferos Dominus haud equidem corpore sed spiritu venit. Is videlicet operabatur ubique: etenim dum corpore mortuos suscitabat, spiritu animas liberabat. Nam corpore Domini nostri suffixo, sepulcra ut diximus aperta sunt, re-

ܟܕ ܢܦܫܬܐ ܠܥܠܡ ܡܫܬܕܪܢ ܗܘܝ. ܟܕ ܡܪܐ
ܙܟܗ ܠܫܝܘܠ. ܘܕܫܗ ܠܡܘܬܐ. ܘܒܗܬܗ
ܠܒܥܠܕܒܒܐ. ܢܦܫܬܐ ܡܢ ܢܦܩܝ
ܡܢ ܫܝܘܠ. ܡܝܬܐ ܕܝܢ ܐܬܚܙܝܘ ܡܢ
ܐܪܥܐ ܀

ܚܙܘ ܗܟܝܠ ܕܡܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܡܚܝܠܘܬܗ.
ܟܠ ܓܝܪ ܡܒܪܝܬܐ ܒܢܝܗܐ ܡܚܝܠܘܬܗ. ܐܦ ܠܐ
ܐܣܛܘܟܣܐ ܚܫܗ ܡܟܪܘ. ܐܦܠܐ ܐܪܥܐ
ܦܓܪܗ. ܘܠܐ ܫܝܘܠ ܪܘܚܗ. ܟܠܗܝܢ
ܓܝܪ ܐܬܕܠܚ. ܘܟܠܗܝܢ ܐܬܬܙܝܥ ܒܚܫܗ
ܕܡܪܝܐ. ܐܝܟ ܡܪܢ ܐܦ ܕܠܠܥܙܪ. ܘܦܘܩܘ
ܡܝܬܐ ܡܢ ܩܒܪܝܟܘܢ. ܘܦܘܩܘ ܡܢ
ܓܠܘܣܩܡܝܟܘܢ. ܡܫܝܚܐ ܓܝܪ ܡܫܘܬܦ ܐܢܐ
ܠܟܘܢ ܐܢܐ ܩܝܡܬܐ. ܗܝܕܝܢ ܐܪܥܐ ܠܐ ܡܨܝܐ
ܦܓܪܗ ܕܡܪܢ ܕܩܒܝܪ ܗܘܐ ܒܗ. ܐܠܐ ܩܥܬ
ܕܝܢ ܟܕ ܐܡܪܐ. ܘܡܪܝ ܚܘܣ ܥܠܝ ܡܢ
ܚܛܗܐ. ܐܥܒܪ ܡܢܝ ܪܘܓܙܐ. ܫܪܝܢܝ ܡܢ
ܠܘܛܬܐ ܗܕܐ ܕܩܒܠܬ ܕܡܐ ܕܙܕܝܩܐ ܘܦܓܪܐ
ܕܐܢܫܐ. ܐܦ ܕܝܢ ܘܠܡܚܒܫܗ ܦܓܪܟ ܕܝܠܟ
ܟܣܝܬ. ܡܢܘ ܗܟܝܠ ܗܢܐ ܐܪܙܐ. ܡܛܠ ܡܢܐ
ܡܪܝ ܢܚܬܬ ܠܐܪܥܐ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܒܪ ܐܢܫܐ
ܗܘ ܕܡܒܕܪ ܗܘܐ ܒܟܠ ܕܘܟ. ܒܟܠ ܕܘܟ
ܓܝܪ ܡܒܕܪ ܗܘܐ ܨܠܡܟ ܫܦܝܪܐ. ܐܠܐ ܠܘ
ܗܘ ܕܒܡܠܬܐ ܦܩܕ ܗܘܝܬ ܟܠܗܘܢ ܦܓܪܐ
ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܩܕܡܝܟ. ܟܕ ܕܝܢ ܐܬܝܬ ܐܬܝܬ
ܠܐܪܥܐ. ܘܒܥܝܬ ܗܕܡܐ ܕܓܒܝܠܬܟ. ܩܒܠ
ܒܪܢܫܟ. ܩܒܠ ܓܘܥܠܢܟ. ܩܒܠ ܨܠܡܟ.
ܩܒܠܝܗܝ ܠܐܕܡ. ܗܝܕܝܢ ܡܪܢ ܩܡ ܡܢ
ܡܝܬܐ ܠܝܘܡܐ ܬܠܝܬܝܐ. ܟܕ ܩܪܒܗ
ܠܝܕܥܬܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܠܒܪܢܫܐ. ܗܝܕܝܢ
ܩܕܡܝ ܫܠܝܚܐ ܕܟܪܙ ܐܢܫܐ ܐܬܦܩܚܘ
ܠܡܫܝܚܐ. ܚܕ ܓܝܪ ܐܬܓܠܝ ܘܐܬܚܙܝ

clusus infernus, mortui vitam receperunt, animae in mundum sunt remissae; quia Dominus inferos vicerat, mortem calcaverat, hostem pudore suffuderat; ideoque animae ex inferis prodierunt, mortuique in terris apparuerunt.

7. Cernitis itaque quanta Christi mortis vis fuerit! siquidem neque creatura occasum eius aequo animo tulit, neque eiusdem passionem elementa, neque tellus eius corpus retinuit, neque infernus spiritum. Cuncta in Domini passione turbata fuerunt atque convulsa. Dominus, ut antea Lazaro, inclamavit: exite de vestris tumulis mortui vestrisque loculis: etenim ego Christus resurrectionem vobis communico. Tunc enimvero terra corpus Domini nostri sepultum diutius continere non potuit; sed indulge, Domine mi, exclamavit iniquitatibus meis, irae me exime, maledicto absolve, quod iustorum sanguinem exceperim, nec non corpora humana, tuumque ipsum corpus obruerim. Quale demum hoc est mirum mysterium? Cur, Domine, in terram descendisti, nisi propter hominem ubique terrarum dispersum? quandoquidem omni loco pulcra imago tua disseminata erat. Quod si tu vel una vocula imperasses, cuncta se ilico corpora coram te stitissent. Nunc quia in terram venisti, figmentique tui membra quaesisti, hominem tuum suscipe, depositum recipe, imaginem tuam Adamumque tuum recupera. Tunc Dominus tertia ab obitu die resurrexit, hominem ad Trinitatis cognitionem perducens.

Tunc omnes humani generis nationes per Christum salvae extiterunt. Unus iudicium subiit, millia plurima absoluta fuerunt. Ille autem homini quem salvaverat similis factus, in caeli culmen conscendit, patri haud aurum argentumve aut pretiosos lapides, sed hominem oblaturus quem ad imaginem similitudinemque suam formaverat: atque hunc pater sua dextera extollens, sublimi solio collocavit, et populorum iudicem fecit, angelicorum exercituum ducem, cherubinorum aurigam, verae Hierusalem filium, virginis sponsum, per omnia saecula saeculorum. Amen.

ADDITAMENTUM IN CODICE CUM VARIA LECTIONE.

Igitur formam suam Deus visitare volens, quam ad imaginem ac similitudinem suam finxerat, postremis temporibus filium suum incorporeum unicumque in orbem terrarum misit, qui in virgineo sinu incarnatus, homo perfectus nasceretur, ut perditum hominem erigeret, dispersa eius membra recolligens. Secus enim, cur Christo moriendum fuit? Num ipse reus mortis erat? Cumque Deus esset, cur factus est homo? Cur ad terram descendit, qui in caelo regnabat? (1) « Quis Deum coëgit in terram se » demittere, de sancta virgine carnem sumere, » fasciis in praesepi involvi, lacte nutriri, in » Iordane baptizari, a populo illudi, ligno con» figi, in terrae sinu sepeliri, tertioque die ex » mortuis resurgere, redemptionis causa ani» mam dando pro anima, pro sanguine san» guinem, mortem pro morte obeundo? Nam » Christus moriens mortis debitum, cui homo » erat obnoxius, dissolvit. O novum mysterium atque ineffabile! iudex iudicatus est: is » qui a peccatis absolvit, ligatus fuit: illusum » ei fuit, qui mundum formaverat; extensus (in » cruce) est, qui caelum extenderat: felle pa-

(1) Totus hic, quem virgulis distinguimus, locus extat, ut in monito diximus, ex eiusdem Alexandri nominatim sermone in arabicam linguam translato, apud nos Spicil. rom. T. III. p. 699. Et quidem nunc patet unum esse fragmentum, non autem in duo divisum, ut perperam fieri videbatur in codice arabico.

[illegible]

» stus ille est, qui manna cibi loco suppeditavit : sepulcro traditus, qui mortuos resuscitat. Obstupuere virtutes, mirati sunt angeli trepidarunt elementa, res creata universa concussa est, terra tremuit, eiusque fundamenta nutarunt : sol fugit, elementa subversa sunt, lux diurna recessit ; quia Dominum suum crucifixum cernere non sustinuerunt. Creatura attonita dixit : quae est haec mysterii novitas? index iudicatur, et tacet; invisibilis cernitur, nec confunditur : capitur incomprehensibilis, nec indignatur : immensus mensura continetur, nec repugnat : impassibilis patitur, neque suam iniuriam ulciscitur : moritur immortalis, neque conqueritur : caelestis sepelitur, idque aequo animo fert. Quale hoc, inquam, mysterium est? Certe creatura stupore defigitur. » Cum autem Dominus de morte surrexit eamque conculcavit, cum fortem alligavit, hominemque liberavit, tunc omnis creatura propter Adamum mirata est iudicatum iudicem, visum invisibilem, passum impassibilem, mortuum immortalem, caelestem terra sepultum. Nam Dominus factus homo; damnatus est, ut misericordiam impertiretur; ligatus, ut solveret; comprehensus, ut liberaret; passus, ut passiones nostras sanaret; mortuus, ut vitam nobis redderet; sepultus, ut nos suscitaret. Etenim patiente Domino, passa est eius humanitas, quam similem homini habebat; atque illius passiones, qui ei similis erat, dissolvit; et moriens, mortem peremit. Idcirco in terram descendit, ut mortem persequens, rebellem hominum interfectricem occideret. Unus quippe iudicium subiit, myriades liberatae fuerunt : unus sepultus, myriades resurrexerunt. Hic est inter Deum et homines mediator : hic est omnium resurrectio et salus : hic est errantium dux, pastor hominum liberatorum, vita mortuorum, cherubinorum auriga, angelorum antesignanus, et rex regum; cui gloria in saecula saeculorum. Amen.



Timothei patriarchae alexandrini sermo quidam extat in codice arabico vat. CLXXII., ex graeco sine dubio translatus; quia numquam arabice Timotheus locutus est. Codicis descriptionem ex Assemani schedis sumptam habes in nostro volumine IV. Script. vet. p. 312; *non sine mendo tamen Timotheus ibi dicitur patriarcha alexandrinus XXII., cuiusmodi potius fuit Timotheus senior orthodoxus, cui successit Theophilus magni Cyrilli patruus. Iam vero quum in hoc sermone Timotheus Cyrillum patriarcham memoret, immo se diserte Dioscori successorem adfirmet, sequitur ut is sine dubio Timotheus Aelurus sit, impius ille ac turbulentus, concilii chalcedonensis osor, ut etiam inventum eius ab Anglis scriptum demonstrat, qui sedem alexandrinam semel et iterum occupavit. Hunc ego sermonem quum merito aliquo historico commendari viderem, nolui negligere, praesertim quia et alibi (Spicil. rom. T. III. p.* 708.*) eiusdem Timothei oratiunculam edidi, quam partim Cosmas quoque indopleusta non indignam excerpto putaverat. Ceterum quia nonnulla in hoc sermone fabulosa propemodum videbantur, aut minutiora, quae mihi certe festinanti iniucunda erant, partes eius nonnullas levi ut reor dispendio praetermisi.*

TIMOTHEI ALEXANDRINI

SERMO.

Sermo brevis quem dixit Timotheus Alexandriae patriarcha, de tempore quo magnum indictum fuit sanctum concilium, deque dedicatione magni monasterii sancti nostri patris Pachomii apud Fau, quod Dei voluntate, et Theodosio imperatore mandante aedificatum fuit a reverendo Poctore eremitarum praesule; quae dedicatio peracta fuit die quinta mensis athyr.

Hodie nobis adesto, o prophetarum vocalissime, et seraphinorum spectator, qui olim clamasti dicens *: « in die illa erit altare Domini in medio terrae Aegypti, et planta * Domini iuxta terminum eius. » Recte prorsus, o propheta sancte, universo orbi nunciasti altare hoc Domini, supra quod animae nondum tum creatae attollendae erant atque offerendae. Cur tu cetera, quae primis mundi saeculis altaria extiterunt, non memorasti? Minime, inquit propheta, quia in illis bruta animalia immolabantur; verumtamen in hoc nostro verus Dei agnus offertur, qui mundi peccata tollit. Planta autem est monasterium hoc Domino aedificatum, propter famulum eius Pachomium, qui ibi adest, atque innumerabilium dicatarum Deo animarum turbam ibidem facit consistere. Is enim primus, iuxta apostolorum doctrinam communis vitae genus, seu contubernium, instituit; primus ipse, planta fuit, via, rector, ac legislator monasteriorum quotquot in orbe sunt. Nam quod verbum dixit prophetae Deus de hoc monasterio, idem patri nostro sancto Pachomio dictum fuit, nempe tibi fundamentum fore, et sine fine nomen gloriosum.

* Is. XIX. 19.

* ita cod. heic et infra.

Nunc rem audite, carissimi, quam ego oculis vidi et manibus contrectavi. Quo tempore pater meus Cyrillus Alexandriae patriarcha erat, sanctus autem Poctor eremitas apud Taphnaiam regebat, illustris denique propheta Scianuthes eremitis aeque in Athriba monte praeerat; imperator Theodosius, hos ad concilium vocavit, quod insani Nestorii causa celebrandum curabat. Iam Poctor lectis, quas acceperat a sancto Cyrillo et ab Imperatore, litteris magnopere doluit, quia ante id tempus nulli ipse concilio interfuerat. Cunctis itaque convocatis fratribus ait: audite, fratres mei benedicti: vocat me ad concilium Imperator; vos interim institutum servate, in lege ac mandatis Domini ambulate, prout patres nostri iusserunt; et preces pro nobis fundite, ut nos Deus restituat vobis incolumes etc.

Quum vero ad patris nostri Scianuthae

monasterium sanctus Poctor venisset, ab illis monachis receptus, eisdemque comitantibus nave inscensa, Alexandriam descenderunt; quo ingressi, adventum suum sancto Cyrillo patriarchae nunciarunt, qui magnopere visis illis laetatus est, mutuisque osculis salutarunt. Porro et ipse negotiis expeditis, navim simul conscendit, quam Deo favente intra paucos dies Constantinopolim appulerunt: urbemque ingressi, extra palatii portam substiterunt, quasi abiectae conditionis homines, nemine invento qui Imperatorem de ipsorum adventu certiorem faceret. Interim elato supercilio Imperatorem frequenter adibat Nestorius, opibus suis fidens: donec infimum quendam, qui Imperatorem adibat, cernens Poctor, rogavit ut sibi admissionem a principe impetraret: quo reapse rem significante, mandavit Imperator ad se homines introduci; quibus conspectis, de sella consurgens osculum dedit, iussitque secum sedere; hique vicissim Imperatori regnoque eius benedixerunt.

Deinde Imperator introductis ad se sancto patriarcha Cyrillo et sancto Scianuthe, reverenter cum iis de fide verba fecit, aitque se illos ad hoc concilium vocasse, ut Nestorii negotium atque dicta examinarent. Interim, venerandi patres, apud me esse sinite reverendum Poctorem; vos vero, episcopi, cum Nestorio Ephesi congregemini, qua ex urbe actiones vestras synodicas ac disputationes ad me mittetis, quarum mihi reverendus Poctor explanator erit. Tunc Poctori Imperator palatii partem tamquam eius suique monasterii propriam adsignavit. Sanctus vero Cyrillus cum Scianuthe ad concilium prout Imperator iusserat perrexerunt; ibique multis exantlatis laboribus, Nestorium impium excommunicarunt Deo volente, faventibus sancti Poctoris precibus, Christi demum praecipuo auxilio. Tum sanctus Poctor operam dedit ut Imperator Nestorium exulem relegaret in Aegyptum in loco cui nomen Sansalge; quem ille incoluit, donec ulceribus blasphemiae eius adversus Christum dominum vindicibus, horrenda morte periit.

Post haec postulavit ab Imperatore sanctus Poctor, ut sibi opem conferret ob aedificandam apud suum monasterium amplam ecclesiam, quae regni eius monumentum esset; quandoquidem aula, inquit, in qua fratres orantes conveniunt, angusta est. Item petiit arcem fieri adversus barbaros munimentum; agrum quoque sibi dari serendis oleribus, quia his unice fratres vescerentur; fossam denique circumduci, et in platea palaestram effici. Cui annuens Imperator *etc. Sequitur aedificationis descriptio; post quam sic pergit narratio.* Aedificio incepto, liminibusque superioribus positis atque columnis, mortuus est religiosus imperator Theodosius; cui Marcianus successit; eratque eo tempore magna fames, et in ecclesia perturbatio. Tunc in exilium pulso patriarcha (Dioscoro) apparuit sancto Poctori angelus Domini, monuitque ut sumpto pane, patriarcham inviseret, et moerentem cum filiis suis solaretur. Sine mora igitur ad exulis patriarchae stationem accessit; eoque salutato, postea de more venit ad metropolim: cui illic demortuo datus est successor in monasterio Mardarius. Deinde vita excessit reverendissimus pater meus Dioscorus in exilio; cuius me successorem, meritis licet contrariis, in sede alexandrina crearunt. Exin obiit imperator Marcianus, regnavitque post eum Leo; moxque intra paucos dies ecclesiae tempestas quievit.

Sanctus autem senex Mardarius ecclesiae aedificium absolvit die xx. mensis thoth; neque Alexandriam tantummodo venit, nobisque rem significavit, verum etiam Constantinopolim usque ad Imperatorem perrexit, quem ita adfatus est: en Deo tuaque maiestate favente, templo coronidem imposuimus, quod imp. Theodosii iussu, et sancti Poctoris cura coeptum fuerat.

Iubeat ergo dominus noster Imperator consecrari templum in nomine patris nostri ac prophetae Pachomii. Cui Imperator: redi, inquit, ad monasterium tuum, et dedicationi necessaria para; nam patriarchas ad illam peragendam ipse mittam *etc. Sequitur rei minuta narratio. Episcopi adfuisse dicuntur DCCCXXIV., quos inter ipse Timotheus; monachi sex mille, praeter alios monachos bis mille et trecentos, quos Mardarius ex suis XXIV. monasteriis evocaverat; hique omnes sacram corporis Christi communionem biduo suscepisse dicuntur. Dedicatio denique cum missarum sollemniis die* 25. *mensis athyr peracta fuit. Quae diffusius in sermone dicta, partim etiam incredibilia (praesertim quia Timotheus haereticus monophysita angelorum et Christi colloquiis se honoratum iactat) a nobis omissa fuerunt.*

Ex Anastasio presbytero apud nos Script. vet. T. VII. p. 35.

1. Timotheus Aelurus, hostis ille veritatis, in epistola ad Leonem imp. scripta per Diomedem silentiarium ait. – Trinitatem enim agnosco perfectam, consubstantialem, gloria et aeternitate omnino inter se aequalem. Ita enim beati quoque cccxviii. patres apud Nicaeam congregati docuerunt: pariterque de ipsius domini ac servatoris nostri Iesu Christi incarnatione.

α′. Τιμόθεος Αἴλουρος, ὁ τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς, ἐν τῇ γραφείσῃ παρ' αὐτοῦ ἐπιστολῇ πρὸς Λέοντα τὸν βασιλέα διὰ τοῦ σελεντιαρίου Διομήδους ἔφη. – Τριάδα γὰρ οἶδα τελείαν, ὁμοούσιον, τῇ δόξῃ καὶ τῇ ἀϊδιότητι οὐδὲν ἑαυτῆς πλέον ἢ ἔλαττον ἔχουσαν· τοῦτο γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν Νικαέων οἱ μακάριοι πατέρες τιη′ ἐδίδαξαν· ὥσπερ ἀμέλει καὶ περὶ τῆς σαρκώσεως αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν καὶ σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Tum in epistola Iustiniani imp. tom. cit. p. 304. *et* 305. *sic impie Timotheus loquitur.*

2. Timotheus octavo capitulo libri tertii, quem Chersone scripsit. – Christi vero natura, sola deitas est, quamquam ille incarnatus est. Denuo Timotheus blasphemus in antirrheticorum sermonum suorum secundo sic ait. – Non enim naturae rationem tenet, Dei Verbi incarnatio, sed oeconomiae supernaturalis a Deo patratae ex communi humanaque nostra natura seu substantia. Quam ob rem Christus et connaturalis et homogeneus et consubstantialis nobis dicitur secundum oeconomiae rationem, sive ex muliere nativitatem. Neque tamen natura vel substantia alicuius communis hominis appellatum fuit umquam immaculatum nobisque homogeneum Dei Verbi corpus.

β′. Τιμόθεος ἐν τῷ ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ τρίτου βιβλίου, ὅπερ ἐν Χέρσωνι συνέγραψε. – Φύσις ἡ Χριστοῦ μόνη θεότης, εἰ καὶ σεσάρκωται. Πάλιν Τιμόθεος ὁ βλάσφημος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἀντιῤῥητικῶν αὐτοῦ λόγων, οὕτως λέγει. – Οὐ γὰρ φύσεως ἔχει λόγον ἡ τοῦ θεοῦ λόγου σάρκωσις, ἀλλ' οἰκονομίας ὑπὲρ φύσιν πραττομένης ὑπὸ θεοῦ ἐκ μὲν τῆς κοινῆς καὶ ἀνθρωπίνης ἡμῶν φύσεως ἤτοι οὐσίας· διὸ καὶ ὁμοφυὴς καὶ ὁμογενὴς καὶ ὁμοούσιος ἡμῖν λέγεται κατὰ τὸν τῆς οἰκονομίας λόγον, ἤτοι τὴν ἐκ γυναικὸς γέννησιν· οὔτε δὲ φύσις οὔτε οὐσία κοινοῦ τινὸς ἀνθρώπου προσηγόρευται πώποτε τὸ ἄχραντον καὶ ὁμογενὲς ἡμῖν σῶμα τοῦ θεοῦ λόγου.

3. Rursus Timotheus quarto suo dicti tertii libri capitulo haec ait. – Demonstrent nobis diphysitae duarum Christi naturarum differentiam, quam ipsi dicunt, si certe queunt.

γ′. Πάλιν Τιμόθεος καὶ ἐν τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ κεφαλαίῳ τοῦ εἰρημένου τρίτου βιβλίου λέγει τάδε. – Δείξωσιν ἡμῖν διφυσῖται τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ διαφορὰν, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, εἰ δύνανται.

δ'. Καὶ πάλιν Τιμόθεος ὁ αἱρετικὸς προβάλλεται προφητικὴν ῥῆσιν λέγουσαν οὕτως· “ ἀπαγγέλλων εἰς ἀνθρώπους τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, καὶ κύριος ὁ θεὸς παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ *. „ Εἶτα κακῶς ταῦτα ἐξηγούμενος ἐπάγει. – Αὐτὸς οὖν δι' ἑαυτοῦ ἀπήγγειλεν τοῖς ἀνθρώποις· τοῦτον ἰδὼν ὁ ἥλιος ἔδυ μεσημβρίᾳ· ἀλλ' οὐκ ἐδέχετο τοῦτο δι' ἀνθρώπους γενέσθαι, ἤτοι διὰ φύσεως ἀνθρωπίνης· ἢ γὰρ ἂν πάντη τε καὶ παντελῶς ἔλυεν τὴν παρθενίαν ἡ ἀνθρώπου φύσις· εἰ γὰρ ἦν ἄνθρωπος κατὰ φύσιν καὶ νόμον ὁ μέλλων ἀποτελεῖσθαι ἄνθρωπος ἐν μήτρᾳ τῆς παρθένου, οὐκ ἂν ἐτέχθη ἐξ αὐτῆς, εἰ μὴ πρῶτον τῆς παρθενίας λυθείσης.

* Amos IV. 13.

4. Adhuc Timotheus haereticus, propheticum hoc dictum recitat: « annuncians hominibus Christum suum, et dominus Deus omnipotens nomen illi. » Dein prave id explanans addit. – Ipse ergo per semet nunciavit hominibus. Hunc videns sol, in meridie occidit. Verumtamen id hominis causa, seu propter humanam naturam, non evenisset. Praeter quam quod virginitatem omnino violavisset hominis natura. Nam si homo naturaliter communi lege fuisset, qui in virginis utero homo formandus erat, profecto haud inde editus partu fuisset, nisi soluta antea virginitate.

Ex Leontio apud nos Script. vet. T. VII. p. 138.

ε'. Τιμοθέου τοῦ αἰλούρου τοῦ αἱρετικοῦ τοῦ μονοφυσίτου, ἐκ τῆς πρὸς τὸν ἀλεξανδρέα Καλώνυμον διαλέξεως. – Κύριλλος ἐστὶν ὁ τῶν ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος· οὗτος γὰρ διαφόρως τὸ σοφὸν τῆς ὀρθοδοξίας διαρθρώσας κήρυγμα, παλίμβολος φανεὶς, τἀναντία δογματίσας ἐλέγχεται· ἐπεὶ μίαν φύσιν τοῦ θεοῦ λόγου σεσαρκωμένην χρῆν λέγειν ὑποθέμενος, ἀναλύει τὸ ὑπ' αὐτοῦ δογματισθὲν, καὶ δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ πρεσβεύων ἁλίσκεται (1)· καὶ ὅ γε σαρκὶ παθεῖν τὸν θεὸν ἀποφηνάμενος λόγον, τοὐναντίον φησὶν οὐδενὶ τρόπῳ τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἀναδέξασθαι πάθος· ἀλλ' ἐναντίος τοῖς οἰκείοις λόγοις γενόμενος, τὴν νῦν κρατοῦσαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δυσδιάλλακτον μάχην ἐνέσπειρε, καὶ ὥσπέρ τινα φλόγα λαβροτάτην ἐξάψας, τὸν τῆς ὑγιοῦς πίστεως λόγον ἐνέπρησεν· εἰ μὴ θεόθεν φανεὶς ὁ πατριάρχης Σεβῆρος (2) τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ συγγράμμασιν ἰάσατο Κυρίλλου τὸ ἄστατον καὶ παλίμβολον, καθάπερ τις φιλοπάτωρ υἱὸς λώβην τοῦ φύσαντος οἰκείοις ἐσθήμασιν ἀμφιάσας.

Timothei Aeluri haeretici monophysitae, ex eius cum alexandrino Calonymo dialogo. – Cyrillus est Alexandrinorum episcopus. Hic dum multifariam orthodoxiae doctrinam explicans, inconstantem se praebet, contraria dogmata tradere coarguitur: qui postquam unam pronunciavit dici debere Dei Verbi incarnatam naturam, mox dogma suum dissolvit, ac duas in Christo naturas profiteri deprehenditur. Qui carne passum Dei Verbum declaraverat, postea contra ait, nullatenus illud excepisse pro nobis passionem. Sic ergo dictis ipse suis contradicens, hanc grassantem in ecclesiis vixque placabilem pugnam sevit; vehemente veluti flamma, sanae fidei doctrinam incendens. Nisi demum divinitus apparens Severus patriarcha sacris scriptis suis inconstantiam volubilitatemque Cyrilli sanavisset: ceu quidam amans filius, dedecus parentis sui veste propria contegens.

(1) Cyrillum duas saepe Christi naturas adfirmavisse, nos quoque ostendimus in nuper editis eius opusculis. Sed bene est, quod ipsi quoque Monophysitae hanc Cyrilli sententiam in eiusdem scriptis agnoverint.

(2) Quoniam Severum patriarcham nominat Timotheus, hic quidem Aelurus, ut perperam in titulo dicitur, esse nequit, qui pluribus ante Severi patriarchatum annis obiit. Est ergo hic potius Timotheus III, aeque haereticus qui iuniori Dioscoro successit, habuitque hospitem vel familiarem Alexandriae Severum, et cuius etiam disputatio quaedam a Liberato cap. 19. memoratur.

DE MARTYRIO PATRIARCHA ANTIOCHENO

MONITUM.

Inter varios sancti Iohannis chrysostomi vitae scriptores, quidam est graecus Anonymus a Savilio in octavo editionis suae tomo vulgatus, quem tamen postremus Chrysostomi editor Montfauconius, quamquam stilo non invenustum, recudere noluit, quia nihil fere ab eo ad maiorem argumenti notitiam conferri putavit. Attamen hoc novum neque levis momenti in illo erat, notante etiam Montfauconio, quod nomina ·XIX· auctorum recitabat, a quibus res gestae Chrysostomi commendatae litteris fuerunt: atque hos inter antiochenum patriarcham Martyrium ponebat; ad quem Anonymi locum Bollandiani (die 14. septembris T. IV. p. 406. col. 2.) sic commentantur: « floruit Martyrius saeculo V. et consequenter satis propinquus erat temporibus Chrysostomi ad gesta ipsius » recte enarranda; sed nihil scriptorum eius innotuit. » Ego vero memineram me ante complures annos videre in Leonis Allatii schedis vallicellianis scriptum breve Martyrii de vita Chrysostomi: nunc autem, ne rivulum omisso fonte consectarer, codicem mihi notum vaticanum inspexi (unde Allatius quoque ut puto exscripsit) antiquum, miscellum, ubi inter cetera hanc Martyrii pretiosam gemmulam reperi cum eo titulo quem in fronte editionis recito. Hoc ego viso titulo, statim agnovi, non historiam proprie seu biographiam Chrysostomi, sed panegyricum a Martyrio scriptum, quod aeque nonnulli alii fecerunt ab illo Anonymo memorati, v. gr. Proclus, et Ioh. damascenus, qui orationibus, quas prae manibus habemus, Chrysostomum celebraverunt. Nihilominus auctoritate Martyrii permotus, qui coaevus Chrysostomo fuit, et codicis etiam raritati timens, qui cum fortasse sit unicus, pereunte eo, Martyrius simul periret, nolui mihi prorsus elabi edendi hoc scriptum occasionem; etsi ut dicit titulus, atque ipse textus demonstrat, nonnisi pars postrema laudationis est.

Ad Martyrii aetatem quod adtinet, Boschius (Patr. antioch. n. XLIII.) aliique historici factum eum patriarcham observant circa annum 459, decessisse autem anno 471. Ergo quia Chrysostomus haud ultra annum 407. vitam produxit, sequitur ut Martyrius adolescens admodum Chrysostomo obeunte fuerit. Atqui in laudatione n. 4. adhuc quodammodo Martyrius dubitat num reapse extinctus esset Chrysostomus, an alicubi a persecutoribus occultatus; ergo orationem hanc sine dubio longe ante episcopatum suum scripsit Martyrius; quamquam is in titulo et nunc et olim episcopi nomen gerit, ut auctoribus operum post adeptos honores passim accidit. Ceteroqui causa pubitandi de sancti viri obitu, non tam re aliqua probabili nitebatur, quam piorum amantium desiderio diutino sustentabatur, qui talem episcopum ac parentem, si fieri posset, obiisse nolebant, deque eo rumores varios inani expectatione serebant quasi in angulis scythicis adhuc viveret; veluti exempli causa gens Lusitana de Sebastiani regis in proelio africano occisione diutissime dubitavit. Illud serio animadvertendum est, quod Martyrius quidam constantinopolitanus diaconus Romam ad Innocentium pro Chrysostomi causa venit (Montf. vit. Chrys. p. 154.) Utrum tamen idem homo fuerit, qui antiochenam postea cathedram occupavit, mihi non satis liquet.

Pars haec, quam nos comperimus, panegyrici extrema, versatur ut par erat in extremis sanctissimi viri rebus, eiusque veluti martyrium celebrat, propter iniustissimum improborum hominum persecutionem. Hominem nullum nominatim appellat auctor, ut de viventibus potentibusque fieri solet, sed eos tamen claris satis coloribus designat, praecipueque senem Arsacium et Atticum, Chrysostomi ambos contra canonicam regulam successores. Sed in Atticum gravissime invehitur, quem alioqui passim historiae denotant ambitiosum, versipellem, vafrum, quemque Palladius in dialogo de vita Chrys. cap. XI. omnium adversus Chrysostomum molitionum dicit artificem. Et quia Atticus post adversarii sui obitum, nullum lapidem non movebat, praesertim adsentationibus et pecuniae diribitione, ut mortales omnes in suam partem traheret, ab hac Martyrius pace et communione valde alienum se dicit, ceterosque omnes deterret: in qua sane discordia diu consentientes habuit tum orientales tum etiam occidentales episcopos, nec non ipsam romanam sedem, quae nonnisi aegre seroque Atticum ad communionem suam recepit.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΜΑΡΤΥΡΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΝΤΙΟΧΕΙΑΣ

ΕΚ ΤΟΥ ΕΓΚΩΜΙΟΥ ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΕΡΑ ΗΜΩΝ ΙΩΑΝΝΗΝ ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΝ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΠΟΛΕΩΣ ΤΟΝ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΝ.

SANCTI PATRIS NOSTRI MARTYRII

EPISCOPI ANTIOCHIAE

EX LAUDATIONE IN SANCTUM PATREM NOSTRUM IOHANNEM CHRYSOSTOMUM ARCHIEPISCOPUM CONSTANTINOPOLEOS.

α'. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ μαρτύριον ἡμᾶς τοῦ πατρὸς ὁ καιρὸς καλεῖ· μαρτύριον στεφανοῦν μὲν τὸν πατέρα δι' αὐτὴν τοῦ πράγματος τὴν φύσιν, ἀνακηρύττον δὲ τοῦ θεοῦ τὸ πάνσοφόν τε καὶ εὐμήχανον καὶ δυνατὸν εἰς τὸ πόρους ἐν τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν· τὸ γὰρ εὔχεσθαι μὲν τὸν ἅγιον καταξιωθῆναι τοῦ τοιούτου στεφάνου, τὸν καιρὸν δὲ τοῦτο μὴ ἔχειν, τῆς μὲν ἀσεβείας ἀπεληλαμένης, τῆς εὐσεβείας δὲ ἐκτεταμένης κατὰ πάσης τῆς οἰκουμένης· τρόπον δέ τινα εὑρεθῆναι μαρτυρίου τοιοῦτον, ὅνπερ ἄνδρες αὐτῷ προβάτων περικείμενοι δορὰς ἄκοντες ἐξήνυσαν, πῶς οὐχὶ τῆς τοῦ θεοῦ σοφίας τε καὶ ἰσχύος εἶναι τοῦτο ἔργον, πιστευτέον ὀφείλει; πῶς οὖν αὐτῷ καὶ οὗτος ὁ στέφανος ἐπλάκη;

β'. Ἐν τούτοις οἷς ἔφην τῶν πραγμάτων ἁπάντων, ὑπεξίσταται μὲν ὁ γέρων (1) τῆς ζωῆς ἑκατέρας· ἐν ταύτῃ μὲν, ἐκείνης· σὺν ἐκείνῃ δὲ, ταύτης. Γίνεται δὲ μετ' ἐκεῖνον, ὁ δι' ἐκείνου τὰ ἐκείνῳ δοκοῦντα εἶναι πράττων ἅπαντα· οἰόμενος μὲν λανθάνειν, λεληθὼς δὲ οὐδένα· οὗτος οὖν τοῖς ἀνοήτοις γλυκύς τε ὢν καὶ πιθανὸς καὶ κολακείας γέμων, πείθων τε ἅπαντας, μηδὲν εἶναι ὧν ἐποίησε τότε, δέον ὀμνύναι μηδὲν εἰδέναι ὧν ἐλάλησε τότε, ὁ ἀθηναῖος δαίμων, τῆς ἀττικῆς δεισιδαιμονίας τὸ σύμβολον (2)· οὗτος

1. Sed iam tempus nos vocat ad patris martyrium; martyrium, inquam, quod patrem quidem ipsâ rei naturâ coronat, Dei vero summam sapientiam potentiamque depraedicat, qui utilitatem ex noxiis extundere novit. Etenim quum vir sanctus hac se corona dignum haberi percuperet, neque id tamen tempora concederent, postquam impius cultus depulsus fuit, vera autem religio totum orbem occupavit; martyrii genus quoddam adinvenire, quod ei homines ovina pelle induti, vellent nollent, inferrent, nonne divinae sapientiae potentiaeque opus credendum est? Quomodo igitur haec ei corona contexta fuit?

2. In hoc medio, ut dixi, rerum cursu, ex utraque vita decedit senex; is qui in hac vita illam amiserat; et una cum illa hanc amisit. Fitque post eum (episcopus) ille, qui per illum ea quae sibi placuerat cuncta fecerat; putans quidem latère, neminem tamen latens. Hic ergo stultis gratus, et blandus atque adsentatione redundans, cunctis persuadens nihil iam superesse eorum quae tunc fecerat; cum iurare opus esset nihil eorum scire quae tunc diceret, atheniensis nempe daemon, atticae superstitionis symbolum; hic, inquam, du-

(1) Arsacius, ut reor, qui decrepita aetate datus fuerat Chrysostomo successor.

(2) Suspicor denotari hoc loco Atticum, qui Arsacio successit, vivente adhuc Chrysostomo; ideoque obtrusus contra fas erat. Attici artes, quibus ad Chrysostomi exitium connisus est, eiusque dissimulatio

plici fama audita percellebatur, primo de sancti viri factis egregiis, quae in deserto etiam constitutus patrabat, plurimas hominum animas ex barbarorum manibus redimens paucis illis ac pauperculis quae ei supererant facultatibus: alias autem diaboli laqueis eripiens, ea quam sibi labore et Dei beneficio comparaverat eloquentia; partim denique fame et exilio adflictos sanctae viduae nutriens cibariis; monasteria quin etiam condens in regionibus caede et rapina vivere solitis; quae omnia, universam quoque Antiochiae civitatem ad eum transferebant. Deinde commovebatur iustissimo Romanorum iudicio, qui magna congregata episcoporum multitudine, volebant ilico omnes tanto numero grandique impensa Constantinopolim sine mora venire pacis studio impulsi; sed tamen paucis aliquot censuerunt antea committendum negotium; et quinque electos decreto episcopos, duosque ex magna Roma presbyteros, una cum illis qui hinc ad Romanos profecti erant episcopis, miserunt; nihil aliud ab imperatore petituros, quam synodi celebrandae decretique eo super negotio condendi facultatem, nec non synodi tempus ac modum.

3. Quum itaque se cerneret (Atticus) tamquam grandi fluctu his auditis utrimque obrui; et illum (Chrysostomum) quidem ad summum virtutis culmen gloriaeque elatum, hos autem instantes, et synodum omnino necessariam dicentes, atque ita censentem etiam imperatoris maiorem

διπλῇ πληγεὶς ἀκοῇ, τοῦτο μὲν, τῶν τοῦ ἁγίου κατορθωμάτων ὧν εἰργάζετο, καὶ ἐν ἐρημίᾳ καθήμενος, ψυχὰς μυρίας τὰς μὲν ἐκ τῶν βαρβαρικῶν ἐξωνούμενος χειρῶν (1), οἷς εἶχε μικροῖς καὶ πενιχροῖς χρήμασι· τὰς δὲ ἐκ τῶν τοῦ διαβόλου βρόχων ἀνασπῶν οἷς εἶχε πλουσίως πόνῳ καὶ χάριτι κτηθεῖσι λόγοις· ἑτέρους λιμῷ καὶ φυγῇ πολεμουμένους τῇ τῆς ἁγίας χήρας (2) διατρέφων ἀλεύροις· μοναστήριά τε φυτεύων ἐν φόνοις καὶ ἁρπαγαῖς συνεκτραφείσαις χώραις, ἅπερ ἅπαντα μικροῦ καὶ τὴν Ἀντιόχου πόλιν ἅπασαν μετῴκισεν ὡς αὐτόν (3). Τοῦτο δὲ καὶ τῆς Ῥωμαίων ὀρθοτάτης κρίσεως οἱ συναγαγόντες ἐπισκόπων πλῆθος (4), ἐβούλοντο μὲν ἄφνω πάντες πολλοί τε ὄντες καὶ μεγάλῳ τῷ βίῳ δραμεῖν ἐπὶ τὴν Κωνσταντίνου τῇ τῆς εἰρήνης ἐπιθυμίᾳ, βέλτιον εἶναι ὀλίγοις ᾠήθησαν πρότερον ἐπιτρέψαι τὸ πρᾶγμα, καὶ πέντε ἐπισκόπους ἐπιλέκτους (5) ψηφισάμενοι, δύο τε πρεσβυτέρους ἐκ τῆς μεγάλης Ῥώμης, σὺν τοῖς ἐνθένδε ὡς αὐτοὺς πρεσβευσαμένοις ἐπισκόποις ἐκπέμπουσι, μηδὲν ἕτερον αἰτήσοντας τὸν βασιλέα, ἢ συνόδου τε ἐπιτροπὴν καὶ ὅρον ἐν τῷ πράγματι, καιρόν τε τῇ συνόδῳ καὶ τρόπον.

γʹ. Ὡς δὲ εἶδεν ἑαυτὸν ὥσπερ ὑπὸ τρικυμίας τῆς * ἐν ἑκατέροις ἀκοῆς περιαντλούμενον· καὶ τὸν μὲν ἐπὶ μεῖζον ὕψος αἰρόμενον ἀρετῆς τε καὶ δόξης, τοὺς δὲ ἐνισταμένους, καὶ πᾶσαν εἶναι φάσκοντας ἀνάγκην τοῦ γενέσθαι σύνοδον· ταῦτά τε βεβουλευμένον, καὶ τοῦ κρατοῦντος ἄνω

* cod. τοῖς.

et fallacia ex historicis satis constat. Dicere autem videtur Martyrius atheniensem paulo tectius, ne dicat Atticum, quem utpote praepotentem, et archiepiscopali dignitate sublimem nominare metuebat. Ceteroqui Atticus oriundus erat Sebaste urbe Armeniae, et ex clero constantinopolitano adsumptus ad cathedram. Malet itaque fortasse aliquis, me quidem haud contradicturo, intelligere Athenaidem, sive Eudociam augustam, Leontii atheniensis philosophi filiam, deinde ex ethnica, Attico nostro erudiente et baptizante christianam, anno 421, quo Theodosio imp. nupsit.

(1) Sozomenus lib. VIII. 27. aliique narrant patrata in exilio a Chrysostomo egregia opera.

(2) Intellige Olympiadem ex Nebridio viduam, cuius opes ad manus sancti viri delatae, in pauperes et captivos redundabant.

(3) Antiochia praesertim civi suo favebat Chrysostomo, cuius uberrimae eloquentiae toties plauserat. Ad Antiochenos prope innumeras misit ab exilio sanctus vir epistolas, ut dicitur in eius vita.

(4) Intelligit concilium romanum sub Innocentio pro causa Chrysostomi.

(5) Horum nomina leguntur apud Palladium dialog. cap. IV.

τὸν ἀδελφὸν (1) τὸν τούτου, τί ποιεῖ; τὸν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, ὃν πρὸ βραχέος εἶπον, ὑπεισελθὼν στρατηγὸν (2), πείθει τοὺς μὲν ἐκπέμψαι σὺν ἀτιμίᾳ ὡς ἂν ἀλλοτρίας ἐπιβεβηκότας ἀρχῆς· τοὺς δὲ ἐνθένδε τῆς αὐτῶν δεηθέντας βοηθείας, ὡς τὴν ἐνθάδε ὑβρισαμένους βασιλείαν τε καὶ κρίσιν, ἐπὶ τὴν ὑπερορίαν μεταστῆσαι (3)· αὐτῷ δὲ τῷ ἁγίῳ τρόπον ἐπινοῆσαι τελευτῆς χαλεπώτατον, ἣν οὐ σίδηρος ἐποίησεν, ἀλλ' ἡ πολὺ τοῦ σιδήρου χαλεπωτέρα ἀπαγωγή τε μακρὰ καὶ νόσος συνεζευγμένη φυσικῇ σώματος ἀσθενείᾳ· καὶ ταῦτα ὁμοῦ ἐβουλεύσαντο, καὶ τὸ ἔργον εἵπετο· καὶ τά τε κατὰ τοὺς ἄλλους, ὃν εἶπεν ἐκεῖνος εἶχε τρόπον· καὶ τότε πρῶτον κατεπατεῖτο νόμος ὁ περὶ τῶν πρέσβεων ἱερέων, περὶ εἰρήνης τε ἐκκλησιαστικῆς καὶ ὁμονοίας κοινῆς πρεσβευομένων.

δ'. Καὶ αὖθις τὴν ταχίστην ἐκπέμπονται δήμιοι θυμῷ τε καὶ ἡλικίᾳ ζέοντες, ἔρωτί τε λήμματος καιόμενοι, ὃν αὐτοῖς ὑπέφηνε τὸ τοῦ πράγματος κέρδος, ἐπὶ τὸ τὸν δίκαιον ἀνελεῖν ὃν ἂν βούλοιντο τρόπον· οἳ καὶ ἐπανελθόντες, τὴν μὲν τελευτὴν τοῦ πατρὸς ἀπαγγελόντες κατεμήνυσαν, τὸν δὲ ταύτης τρόπον λέγοντες ἄλλον ἄλλος· ἡμᾶς τί περὶ αὐτῆς ἀκόλουθον ἐννοεῖν, οὐ πείθουσιν· ὡς ἄρα ἀνελόντες αὐτὸν ἐκβοῆσαι τὸ πρᾶγμα δεδοίκασιν. ἢ κατακρύψαντες αὐτὸν ἐπανῆλθον, τῇ περὶ τοῦ θανάτου φήμῃ τοῦ φίλτρου περὶ αὐτὸν τὸ πλῆθος ἐκλύσοντες· εἰ μὲν οὖν ἔτι περίεστιν (4), ὀψόμεθα ποτὲ αὐτὸν ἀδελφοὶ, κατὰ τὸν Ἰωσὴφ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενον, καὶ σιτοδοτοῦντα πᾶσι τὴν πνευματικὴν τροφήν· εἰ δὲ ὄντως ἐπὶ τὴν ἀληθινὴν μετέστη ζωὴν, καὶ πρὸς τὸν ποθούμενον ἐπανέδραμε Χριστὸν, ἔχομεν πρεσβεύοντα ὑπὲρ ἡμῶν μάρτυρα. Δεξάμενος δὲ οὑτοσὶ (Ἀττικὸς,) τὴν ποθητὴν

fratrem; quid agit? illum adiens, quem paulo ante appellavi, inimicum ecclesiae ducem, suadet ei ut occidentales quidem episcopos, utpote in alienam ditionem ingressos, cum ignominia expellat; nostros autem qui Romanorum auxilium imploraverant, ceu qui imperium nostrum iudiciumque laesissent, in exilium mitteret; ipsi autem sancto viro mortis genus asperrimum adinveniret, quam non ferrum inferret, sed ferro multo molestior in longinquam regionem abductio, et morbus physicae corporis imbecillitati coniunctus. Haec duo illi simul deliberarunt, et opera subsecuta est. Et quod quidem ad alios adtinet, res eum quem ille voluit exitum nacta est: tuncque primum legatorum episcoporum ius conculcatum fuit, et quidem pacis ecclesiasticae causa et universalis concordiae missorum.

4. Ecce autem statim mittuntur carnifices iuvenili furore ardentes, et lucri amore inflammati, quod eis rei occasio spondebat, iustum virum ea qua vellent ratione occidendi. Hique postea reversi de patris obitu nuncium attulerunt, cuius modum alii aliter enarrabant. Nobis certe quid de illo obitu sentiendum sit, non persuadent; utrum illo interfecto, rem publice edicere timeant; an eo alicubi occultato redierint, fama de eius obitu didita, ut populi erga eum studium sedarent. Certe si ille adhuc superest, nos qui sumus eius fratres videbimus aliquando Iosephum in throno sedentem, et spiritalem alimoniam cunctis praebentem. Sin is reapse ad veram vitam migravit, atque ad exoptatum Christum perrexit, habemus pro nobis intercessorem martyrem. Hoc accepto sibi grato nuncio (Atticus,) voluptate augens corporis tu-

(1) Dicit Honorium imp., cuius vehementes litterae ad fratrem Arcadium de tota illa tragoedia in causa Chrysostomi extant etiam tomo III. operum p. 524.

(2) Erat hic Valerianus militaris dux, vel Optatus urbis praefectus, de quorum alterutro Martyrius in parte laudationis amissa dixerat. De his in vita Chrysostomi.

(3) Lege Palladium cap. XX, nec non citatas Honorii imp. litteras.

(4) Vult adhuc dubitare Martyrius de Chrysostomi obitu. Certe supra dixit, suspicari se eum alicubi a custodibus fuisse occultatum. Sed de hac re iam dixi in praevio monito.

miditatem, induta benignitatis specie, coepit per omnes concursare; fovere ac delenire sermone, quos opere laniaverat; pecuniam indigentibus aut poscentibus dare, genibus eorum advolvi ac supplicare, quibus nihil aliud praebere se posse credebat: rogans nempe ut iustum adversus se odium omitterent, et iniqua secum amicitia coirent.

5. Ego vero ipsum sic libenter alloquerer: o tyranne, videris enim mihi, propter ea quae agis, hac appellatione gaudere; qua oculorum audacia medicinam adfers vulneribus quae ipse fecisti? vel quomodo pro tuo adulandi more, idcirco antea iniurius fuisti, ut deinde haberes in quo artem tuam exerceres? haud aliter quam si quis medicus plurimarum herbarum emplastrum sinistra gerens, dextera interim manu hominem clava percuteret: diceretque: bono animo esto, carissime; nam medela mihi in manibus est. At enim, recte admodum ille responderet: o pessime, cur mihi medelae necessitatem imponis? Cur autem tibi infirmi corporis curam committam, qui sanum cum inveneris, tam male adfecisti? Mihi ergo videntur illi homines, qui propter beati viri obitum, ad horum communionem accedunt, et eos pridem ad caedem impulisse; atque id posteros omnes docere, cuiusmodi in hac vita multos existere facile accidit, ut cum voluerint iustum hominem expellere, et cum calamitas aliqua oves disperserit, protinus illum interficiant, ut eodem excidio irretiant ovile. Quid ais, o homo? Non communicasti hactenus propter iniquitatem, nunc post caedem communicas, quasi caedes iniquitatem purgaverit? Num Iezabelem usque ad vineae rapinam odisti, postquam autem illa Nabuthem interfecit, quasi hic viveret, odium

ἀκοὴν, καὶ προσθεὶς ἡδονὴν τῷ τοῦ σώματος ὄγκῳ, φιλανθρωπίαν ἐνδὺς, ἤρξατο περιτρέχειν ἅπαντας, ἀλείφειν τὲ καὶ θεραπεύειν λόγοις, οὓς κατέτεμεν ἔργοις, ἀργύριόν τε τοῖς δεομένοις διδόναι, γονάτων τὲ ἅπτεσθαι καὶ προκυλινδεῖσθαι, οἷς οὐδὲν ἕτερον ἔχειν ἐπέπειστο παρέχειν· ἀξιῶν λῦσαι μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχθραν δικαίαν, τὴν δὲ ἀθέμιτον ἐκείνην ὑπεισελθεῖν φιλίαν (1).

ε'. Ἐγὼ δὲ ἡδέως ἂν εἶπον πρὸς αὐτὸν, ὅτι ὦ τύραννε, φαίνῃ γάρ μοι δι' ὧν ἐγχειρεῖς ἥδεσθαι τῇ τοιαύτῃ προσηγορίᾳ, ποίοις ὀφθαλμοῖς προσφέρεις φάρμακα τραύμασιν οἷς εἰργάσω; ἢ κολακεύειν εἰδὼς, διὰ τοῦτο ἐλύπεις πρότερον, ἵνα ἔχῃς ὅπου χρήσῃ τῇ τέχνῃ; ταυτὸν ποιῶν οἷον ἂν εἴ τις ἰατρὸς βοτάνας συναγαγὼν μυρίας, καὶ καταδύσας ῥακίῳ, τοῦτο μὲν ἐν τῇ εὐωνύμῳ φέρει χειρὶ, τῇ δεξιᾷ δὲ ἄνδρα ῥοπάλῳ παίων, λέγει πρὸς αὐτόν· ὦ φίλτατε, θάρσει· καὶ γὰρ μετὰ χεῖρας ἔχω τὴν θεραπείαν· ἀλλ' εἶπεν ἂν ἐκεῖνος δικαίως· ὦ κάκιστε, τί γὰρ κατασκευάζεις τῷ φαρμάκῳ τὴν χρείαν; πῶς δέ σοι τὴν ἰατρείαν ἐμπιστεύσω σώματος ἠσθενηκότος, ὅπερ ὑγιὲς λαβὼν, οὕτως ἀθλίως διέθηκας; ἐμοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν οἱ διὰ τὴν κοίμησιν τοῦ μακαρίου τῇ κοινωνίᾳ προσιόντες τῇ τούτων, πάλαι (2) αὐτὸν ἐπὶ τὸν φόνον ὠθεῖν, διδάσκειν τὲ τοὺς μετὰ ταῦτα ἅπαντας, εἰκὸς δὲ πολλοὺς ὡς ἐν τοιούτῳ βίῳ, δειχθήσεσθαι τοιούτους, ἵν' ὅταν θέλωσιν ἀπελάσαι δίκαιον, καὶ λυπῆσαν τὸ πρᾶγμα (3) διασπείρῃ τὰ πρόβατα, ταχέως αὐτὸν ἀνέλωσιν, ὥστε τῇ ἀναιρέσει συναχθῆναι τὰ ποίμνια. Τί λέγεις, ἄνθρωπε; οὐκ ἐκοινώνεις διὰ τὴν ἀδικίαν, καὶ κοινωνεῖς μετὰ τὸν φόνον, ὥσπερ τοῦ φόνου ἀποσμήξαντος ἐκείνην; ἢ καὶ τὴν Ἰεζάβελ μέχρι τῆς τοῦ Ναβουθὲ ἀμπελῶνος ἁρπαγῆς, διὰ τοῦτο ἐμίσεις, ἐπειδὴ δὲ αὐτὸν ἀνεῖλε, τῇ ζωῇ ἐκείνου τὸ πρὸς ταύτην συγκατέλυσας μῖσος; τί

(1) Agit Martyrius de artificiis Attici, qui conciliandis favitoribus, gratiaque captanda, episcopatum sibi confirmare satagebat. Tyrannum vocat, id est alieni throni usurpatorem, quia praecipuus Chrysostomi eversor Atticus fuit. Pallad. cap. XI. Atticum gravissime accusat Tillemontius monum. hist. eccl. T. XII. p. 416. et seqq. Defendere nituntur Boschius loc. cit. et Bollandiani ad diem 8. ianuarii.

(2) An fortasse pro πάλιν? Tunc dicas: *et eos rursus ad caedem impellere.*

(3) Num pro λυπήσαντες ποιμένα, διασπεῖραι etc.?

οὖν ἔχομεν, φησὶ, ποιῆσαι, τοῦ ἀνδρὸς ἀποθανόντος; τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ δικαίαν κρίσιν περιμεῖναι· πάντως δὲ ἔσται, καὶ μηδεὶς ἀμφιβαλλέτω· οὐ γὰρ ἐν τῇ τῶν ἀνθρώπων ζωῇ, καὶ τὸ τῶν πραγμάτων τέλος περικλείειν εἴωθεν ὁ δεσπότης· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον ἀπὸ τῆς τελείας αὐτῶν ἀπογνώσεως φιλεῖ τῶν τοιούτων τὰ προοίμια ποιεῖσθαι· καὶ τούτων ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν τὴν μαρτυρίαν παρέξομαι.

ϛ'. Κατέφαγέ ποτε τὸν Ἰωσὴφ θηρίον πονηρὸν, τῷ τῶν ἀδελφῶν παρὰ τῷ πατρὶ λόγῳ· τοὺς τὸ μὲν εἰπόντας, τὸ δὲ ἐργασαμένους, ὑποχειρίους εἶχε, καὶ προσκυνοῦντας ἑώρα, τὸ σύγκριμα τῶν παλαιῶν δεχομένους ἐνυπνίων· καὶ μετὰ τὴν πιστευθεῖσαν παρὰ τῷ πατρὶ τελευτὴν, βασιλικοῖς ὀχήμασι τῷ πενθήσαντι συνήντα· πάλιν αὐτὸς οὗτος ἀποθανὼν Ἰωσὴφ, τὴν συγγένειαν ἅπασαν εἰς πολυάνθρωπον ἐκταθεῖσαν ἀριθμὸν, δουλεύειν δουλείαν χαλεπὴν Αἰγυπτίοις εἴασεν· ἀλλ' ὅμως διὰ τὴν ἐκείνου τελευτὴν, οὐδεὶς ἰσραηλίτης γέγονεν αἰγύπτιος, ἀλλὰ μικρὸν * ὑπομείναντες ἐν τῇ δουλείᾳ χρόνον, διὰ τοῦ Μωϋσέως εἰς περιφανεστάτην ἐλευθερίαν ἀνέδραμον· καὶ οἷς οὐδὲ ἀναπνεῖν πρότερον ἀπὸ τῶν μόχθων ἐξῆν, ὕστερον ἅπασα ἡ κτίσις ἐδούλευε· τοῦ φιλανθρώπου θεοῦ βαδίζουσι μὲν αὐτοῖς τὴν θάλασσαν ἠπειρώσαντος· διψῶσι δὲ, τὴν ἔρημόν τε καὶ ἄνυδρον πελαγίσαντος· τροφῆς δὲ ὀρεγομένοις, ἄρτον οὐρανογεώργητον ὕσαντος· τούτων αὖθις οὐ πόλιν, οὐκ ἀγορὰν, οὐκ οἰκήματα ἐχόντων, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἐρήμου τῆς πολλῆς ἀγελαζομένων, ὁ δημαγωγὸς Μωϋσῆς προστίθεται πρὸς τοὺς πατέρας αὐτοῦ· τί οὖν ἔδει ποιεῖν τοὺς δι' αὐτοῦ τὴν τῆς ἐπαγγελίας προσδοκῶντας ἀπολήψεσθαι κληρονομίαν; πάλιν εἰς Αἴγυπτον ἀναδραμεῖν ἀπογνόντας, εἰπέ μοι; ἀλλ' ἐγέλασεν ἂν αὐτῶν τὴν ἄνοιαν Ἰησοῦς ὁ τὸ τοῦ Μωϋσέως ἐκδεξάμενος ἔργον, καὶ τὰς τῶν ἀλλοφύλων τειχήρεις πόλεις αἱρῶν, νῦν μὲν σαλπίγγων ἤχῳ, νῦν δὲ τῇ προσδοκίᾳ τῆς παρουσίας μόνῃ, ἐνίους δὲ ὁρῶν καὶ σοφισμάτων δεηθέντας * πρὸς τὸ τῆς αὐτοδουλείας ὑπεισελθεῖν τὸν ζυγόν.

* Num pro μακρὸν?

* Gabaonitas dicit.

scelestae feminae remisisti? Quid ergo agemus, aiunt, mortuo iam homine? Expectare, inquam, oportet iustum Christi iudicium, quod quidem sine dubio eventurum, nemo ambigat: etenim haud humanae vitae terminis, rerum quoque finem concludere Dominus solet: contra potius ab ipsa rerum desperatione initium sumere; id quod divinarum scripturarum testimonio confirmabo.

6. Devoraverat olim Iosephum mala fera, prout fratrum apud patrem adfirmabat oratio. Iam vero hos qui aliter dixerant, aliter egerant, subditos habuit Iosephus, seque adorantes conspexit, et somniorum veterum interpretationem expertos. Ipse autem post creditam a patre necem, regiis curribus lugenti occurrit. Mox hic idem Iosephus moriens, universam suam cognationem, magno numero iam auctam, durum Aegyptiis servitium servituram reliquit. Neque tamen propter eius obitum quisquam israhelita factus est aegyptius, sed aliquanto perferentes servitium tempore, Moysis opera in splendidissimam libertatem vindicati fuerunt: et qui antea ne respirare quidem sub laboribus poterant, deinde eis universa creatura servivit: dum videlicet benignus Deus gressibus eorum mare tamquam terram exhibuit: sitientibus, deserta et inaquosa loca pelagus effecit: cibi cupidis, panem in caelis elaboratum depluit. His porro neque urbem, neque forum neque domos adhuc habentibus, sed in vasta eremo gregis instar adhuc versantibus, dux populi Moyses ad patres suos apponitur. Quid ergo his agendum erat, qui per Moysem promissam expectabant capere hereditatem? Num in Aegyptum, dic mihi, desperatione redeundum? At certe illorum stultitiam risisset Moysis in munere successor Iosue, qui alienigenarum urbes moenibus communitas cepit, modo tubarum sonitu, modo expectatione tantummodo vel praesentia: denique et nonnullos vidit artificiosa fraude utentes, ut spontaneae servitutis iugum subirent.

7. Elias aliquando aiebat, solum se relictum (qui Deo serviret), moxque reperit centum prophetas in speluncis viventes; audivitque Dominum sibi dicentem: reliqua mihi feci sex milia hominum, qui genu Baali non flexerunt. Postremo ipse curru illo conscenso, igneisque alis in caelum volans, Elisaeum habuit, qui in se Eliam repraesentavit, immo maior interdum visus est, prout ipse optavit. Sine dubio nunc quoque latet alicubi Elisaeus, qui patris melotem sustulit. Quid, oro, si tu illa aetate vixisses, qua Servator apparuit; atque ita cum apostolis versans, illum quidem crucifixum vidisses, crucifixores autem te invitantes audisses et assentando dicentes, omnia morte necessario finiri; num ad apostolos, dic sodes, accedens hortatus eos esses, ut Caipham convenirent, actam rem laudarent, dexteram illam christicidam oscularentur? Sine dubio hoc illis non persuasisses: tu vero hoc facto Spiritus dono temet privasses, et innumeris illis bonis, quae nec oculus vidit, neque auris audivit, neque in cor hominis ascenderunt, quae videlicet crucifixi donavit nobis benignitas.

8. Quae quum ita sint, ne nunc quidem desperare licet, fratres, de Dei auxilio. Sed necessario dicenda nobis sunt verba priscorum adolescentium illorum, videlicet: brevi tempore vicissitudinem patiamur, quia est Deus in caelis, qui iniquos punire valet, nostrum autem gregem protegere. Profecto si nihil aliud, certe cunctis hominibus exploratum esto, nullam fore interfectis hominibus cum interfectoribus communionem. Et ne illi quidem sacrificio adstare patiemur, quod cor peragit caedi nostrae adhuc inhians, lingua item et manus quae iusti viri et filiorum eius sanguine rubet. Sed tu interim, admirande pater, intende, et prospere procede, ac regna, et in regalem Christi aulam conscende.

ζ'. Ἠλίας ἔλεγε μὲν ποτὲ καταλελεῖφθαι μόνος, ηὕρισκε δὲ προφήτας ἐν τοῖς σπηλαίοις ἑκατὸν τρεφομένους· καὶ τοῦ δεσπότου δὲ λέγοντος ἤκουεν, ὅτι κατέλιπον ἐμαυτῷ ἑπτακισχιλίους ἄνδρας, οἵτινες οὐκ ἔκλιναν γόνυ τῷ Βάαλ· * ὕστερον δὲ ἐπιβὰς αὐτὸς τοῦ ζεύγους ἐκείνου, καὶ πυρὸς πτεροῖς πρὸς τὸν οὐρανὸν δραμὼν, τὸν Ἐλισσαῖον εἶχε δεικνύντα ἐν αὐτῷ τὸν Ἠλίαν, καί τισι καὶ πλέον· * τοῦτο γὰρ ἐπεθύμει· πάντως που καὶ νῦν Ἐλισσαῖος κρύπτεται, τὴν τοῦ πατρὸς μηλωτὴν ἐκδεχόμενος· τί δὲ, εἰπέ μοι, εἰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ σωτῆρος παρουσίας ἐγεγόνεις, εἶτα τοῖς ἀποστόλοις συνὼν, τὸν μὲν ἑώρας σταυρούμενον, τοὺς δὲ τοῦτον πήξαντας, καλοῦντας τὲ εἶχες, καὶ κολακευόντων ἤκουες, λεγόντων τὲ ὅτι μετὰ θάνατον ἅπαντα ἀνάγκη λελύσθαι τὰ πράγματα, ἆρα ἂν προσελθὼν τοῖς ἀποστόλοις, εἰπέ μοι. πείθειν ἐπεχείρεις προσδραμεῖν τὲ τῷ Καϊάφᾳ καὶ ἐπαινέσαι τὸ ἔργον, καὶ φιλῆσαι δεξιὰν τὴν χριστοκτόνον ἐκείνην; ἀλλ᾽ ἐκείνους μὲν οὐδαμῶς ἂν ἔπεισας· σαυτὸν δὲ, τοῦτο ποιήσας, τῆς τε τοῦ πνεύματος ἀπεστέρεις χορηγίας, καὶ τῶν μυρίων ἀγαθῶν ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη· ἅπερ ἡ τοῦ σταυρωθέντος ἡμῖν ἐχαρίσατο φιλανθρωπία.

η'. Ὥστε καὶ νῦν ἀπογινώσκειν μὲν οὐδαμῶς ὅσιον, ἀδελφοὶ, τὴν θεοῦ τὴν ἀντίληψιν· ἐπιλέγειν δὲ αὐτοῖς ἀναγκαῖον τὰ ῥήματα τῶν παλαιῶν παίδων ἐκείνων· μικρὸν ὑπαλλάξαντες (1), ὅτι ἐστὶ θεὸς ἐν οὐρανοῖς, ὃς ἐστιν ἱκανὸς τιμωρὸς μὲν γενέσθαι τοῖς ἀδίκοις, προστάτης δὲ τῆς ἡμετέρας ἀγέλης· καὶ ἐὰν μή. γνωστὸν ἔστω πᾶσιν ἀνθρώποις, ὅτι οὐδεμία ἔσται κοινωνία φονευθεῖσιν ἀνθρώποις μετὰ τῶν ἀνελόντων· οὐδὲ ἀνεξόμεθα προσιέναι θυσίᾳ (2), ἣν ἐποίησε καρδία μὲν ἔτι καθ᾽ ἡμῶν φονῶσα, γλῶττα δὲ καὶ χεὶρ τὰ τοῦ δικαίου τὲ καὶ τῶν ἐκείνου παίδων αἵματι πεφοινιγμένη· * ἀλλ᾽ ὦ θαυμάσιε πάτερ, ἔντεινε καὶ κατευοδοῦ καὶ βασίλευε *. καὶ τῶν βασιλικῶν αὐλῶν ἐπίβαινε τοῦ Χριστοῦ.

* III. Reg. XIX. 18.

* IV. Reg. II. 9.

* cod. πεφοινιγμένων.

* Ps. XLIV. 5.

(1) II. Machab. VII. 14. μεταλλάσσοντα, pro quo fortasse heic dicitur ὑπαλλάξαντες.

(2) Intelligit communionem in divinis, id est in sacra liturgia, cum adversariis Chrysostomi.

Quaerenti mihi in vaticanis codicibus, numquid praeterea reliquiarum Martyrii extaret, nihil aliud interim occurrit, nisi breve sed non contemnendum fragmentum in chronico inedito Georgii Hamartoli cod. vat. f. 176. forte fortuna relatum; quod idem accidit insigni S. Cyrilli contra eunuchos invectioni, in hoc nuper volumine p. 494-497. typis commendatae. Libenter itaque hanc item Martyrii de re gravi et morali particulam lectoribus meis obiiciam; cuius argumenti homiliam quandam habemus etiam inter cyrillianas opp. T. V. part. 2. p. 404.

EIUSDEM MARTYRII PATRIARCHAE ANTIOCHENI

FRAGMENTUM DE ANIMAE EXITU.

Μαρτύριος Ἀντιοχείας ἐν τῇ αὐτῇ ἐπιστολῇ (1) φησίν. Ἐπειδὴ γὰρ τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωριζομένης μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν, εὐθὺς προσαπαντῶσιν αὐτῇ καὶ ἀγγελικαὶ δυνάμεις ἀγαθαὶ, καὶ δαιμόνων στίφος πονηρότατον, ἵνα πρὸς τὴν ποιότητα τῶν ἔργων ὧν ἔπραξε πονηρῶν τε καὶ ἀγαθῶν, ἐπὶ τοὺς ἀξίους τόπους ἢ οὗτοι ἢ ἐκεῖνοι ταύτην ἀποκομίσωσι, φυλαχθησομένην ἕως τελευταίας ἡμέρας (2), καθ' ἣν εἰς κρίσιν παραστησόμεθα πάντες, καὶ ἢ εἰς αἰώνιον ζωήν τε καὶ ἀνάπαυσιν, ἢ εἰς τὴν ἀπέραντον φλόγα τοῦ πυρὸς ἀπαχθησόμεθα· ὅπερ ὁ θεὸς βουλόμενος ὑποδεῖξαι διά τινος τύπου σωματικοῦ, παρεσκεύασεν ἐν τῇ τοῦ Μωϋσέως τελευτῇ φανῆναι τὸν ἀρχάγγελον Μιχαὴλ διακρινόμενον περὶ τοῦ σώματος αὐτοῦ· καὶ τὸν πονηρὸν ἀντιπράττοντα δαίμονα, καὶ τούτῳ τὸν Μιχαὴλ ἀγαθὸν ἄγγελον ὄντα προσυπαντῆσαι καὶ ἀποσοβῆσαι· καὶ μὴ ἐξουσιαστικῶς ἐπιτιμῆσαι, ἀλλὰ τῷ κυρίῳ τῶν ὅλων παραχωρῆσαι τῆς κατ' ἐκείνου κρίσεως· ὅπως διὰ τούτων μάθωμεν, ὡς ἔστι τις ἀγωνία ταῖς ψυχαῖς μετὰ τὴν ἔξοδον· καὶ ὅτι χρὴ διὰ τῶν ἀγαθῶν ἔργων ἑτοιμάζεσθαι πρὸς τὸ τῆς ἀγγελικῆς ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν συμμαχίας, τῶν δαιμόνων καθ' ἡμῶν ἐπιβριζόντων φθονερῶς καὶ πικρῶς εἰς ἅπαν.

Martyrius Antiochiae patriarcha in eadem epistola ait. Etenim cum a corpore separatur anima, in exitu ab hac vita, ilico fiunt obviam ei tum angelicae bonae potestates, tum etiam daemonum pessimus globus, ut pro operum quae egit qualitate, sive malorum sive bonorum ad condignas sedes vel hi vel illi eam deducant, custodiendam illic usque ad extremum diem, quo ad iudicium cuncti praesentabimur, ut vel in aeternam vitam ac requiem, vel in incessabilem ignis flammam abducamur. Quam rem Deus volens corporali aliqua figura ostendere, dedit operam ut in Moysis obitu archangelus Michaël cerneretur altercans de illius corpore, malo daemone contra nitente; quem bonus angelus Michaël repugnans dispelleret: neque tamen imperative obiurgaret, sed omnium Domino iudicium eius reservaret. Nempe ut hinc cognoscamus, quamdam accidere animabus luctam, post excessum; atque oportere bonis operibus nosmet comparare ad angelicum auxilium impetrandum, invide et acerbissime frementibus eo tempore contra nos daemonibus.

(1) Praecedit in codice testimonium ex epistola Iudae v. 9. Num ergo Martyrius ad eam epistolam commentatur? Tunc sane melius scriberetur εἰς τὴν αὐτὴν ἐπιστολήν. An vero potius pars est alicuius epistolae Martyrii ipsius fragmentum hoc?

(2) Donec scilicet suscitatum corpus cum anima iudicetur. Alioqui vides a Martyrio statim post obitum adsignari animae diversas pro diversitate operum sedes. Et quidem in praecedentis panegyrici clausula idem Martyrius noster Ioh. chrysostomum post obitum sine mora in caelos subvectum auguratur et censet. Quod aedepol Graecorum multorum, praesertim hodiernorum, vulgarem errorem castigat, de praemio poenave animarum usque ad generalem resurrectionem differendis.

MONITUM.

Dogmaticum de Christi baptismo sermonem, nomine Gregorii antiocheni presbyteri (et deinde patriarchae ab anno Christi 570, *usque ad* 593, *sedente Romae Gregorio PP. magno) verissime inscriptum vidi his annis in vetusto codice vat. ottob.* 85, *graeceque edidi, ut suo denique auctori praeclarum scriptum vindicarem, quod alius codex ex Graecia in Angliam invectus Chrysostomo attribuerat, repugnante apprime cl. Montfauconio, cui fuit Chrysostomum edenti oblatus, neque tamen verum auctorem ullatenus divinante. Porro re nunc demum comperta, alius insuper mihi occurrit eiusdem Gregorii sermo, praedicti optimus et veracissimus testis, de eodem argumento, sed in latina tantummodo vetere interpretatione. Scilicet graeci sermonis initio dicit Gregorius se praecedente die dominico alium habuisse ad populum sermonem de Christi baptismate, quo opere peracto, illa aeterni patris verba audita caelitus fuerunt: hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Verumtamen dicta illa parte sermonis, quae erat de baptismo, horam concioni definitam vetuisse narrat, quominus longius progrederetur, ideoque de ambone, imperfecto quasi argumento, descendisse: sed nunc demum nova habita concione, ad rem propositam absolvendam accedere. Hinc ergo mihi exploratum fiebat, extitisse priorem quoque illum Gregorii sermonem, quem cum in graecis bibliothecae vaticanae codicibus non reperissem, in latinis nuper insperato nactus sum, nempe in vat. codice homiliarum pervetusto litteris langobardicis scripto, sub num.* 1222. *p.* 92. *b. cum praefixo titulo* sermo sancti Gregorii presbyteri Antiochiae. *Latini tamen interpretis nomen non apparet, quamquam leviter suspicor Anastasium esse bibliothecarium, tum quia oratio humilis et iniucunda illius calamum redolet, tum quia scriptis graecis huiusce generis ad latinam linguam transferendis multam dedisse operam Anastasium scimus. Certe qui graecum Sophronium ab Anastasio translatum legerit apud nos Spicil. rom. T. III, is interpretem haud minus rustice graecissantem comperiet. Libenter ego tamen latinum hunc sermonem ex codice descripsi; graecum autem alterum merito subiungendum iudicavi, cum interpretatione mea: nam quod olim dixi, extare eius veterem translationem in codicibus vatt., paulo aliter esse comperi, nempe non huius, sed prioris sermonis latinum ibi latere interpretem, quem nunc luce donamus. In Gregorii antiocheni patriarchae mortuali anno conclusit historiam suam Evagrius. Denique sermonem illius in mulieres unguentiferas ad Christi tumulum edidit Combefisius in Auctario T. I.*

S. GREGORII PRESBYTERI ANTIOCHIAE

DE BAPTISMO DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI

SERMO EX ANTIQUO INTERPRETE.

1. Viri amatores Christi, dilectorum fratrum atque hospitalitatis * vice, meam suscipite linguam, et hodie aures vestras, seu ianuas aperientes, in eas meum recondite sermonem. Unusquisque mentibus salubrem praedicationem reponite. Pro eo quod in Iordanem mersus est salvator noster Christus, diligamus eum quantum nobis condescendit, epulemurque ei avidis animabus. Bona enim est in salutaribus negotiis aviditas. Et venite omnes: a Galilaea in Iudaeam comitemur Christum; beatus enim est qui comitatur cum via vitae. Venite mentis vestrae pedibus, et baptizandum Dominum videamus, qui baptismo non indiget, ut baptismi nobis gratiam condonet. Venite conspiciamus nostrae regenerationis imaginem depictam in illis laticibus. *Tunc venit Iesus a Galilaea in Iordanem ad Iohannem, ut baptizaretur ab eo* *. O quanta Domini humilitas! o quanta condescensio! Rex caelorum ad Iohannem suum praecursorem currebat. Non commovens angelorum exercitum, nec praecursores praemittens incorporeas virtutes, sed simplex sic militari habitu ad suum militem advenit. Et sicut unus ex multis, cum multis eum adiit: connumerat se iudex cum reis: aggregat se perditis ovibus pastor bonus, qui propter errantem ovem e cae-

* ita cod.

* Matth. III. 13.

lis descendens, caelos non dereliquit. Conmiscuit se zizaniis caeleste triticum.

2. Videns igitur eum Iohannes baptista, et agnoscens eum quem ex utero suae matris agnoverat, adoravit. Et diligenter * intelligens eum illum esse, pro quo in utero superveniente tripudiabat, cognoscens ordinem naturae, contraxit intus diploidis * dexteram, et suum caput inclinans, sicut servus dilectus domini sui, his autem utebatur vocibus: *ego opus habeo a te baptizari, et tu venis ad me?* Quid facis, o Domine? Quid servi immutas ordines? Quid cum servis a servis ea quae servi sunt expetis? Quid vis, quod non indiges accipere? Quid per multam condescensionem gravas me tuum proprium *? Ego opus habeo [a] te baptizari, tu autem non indiges a me baptizari. Inferior a meliore aedificatur, non melior ab inferiore sanctificatur: lucerna a sole obumbratur, [non sol ab stuppis radiatur: lutum a figulo perficitur, non figulus a luto confingitur: aedificium ab opifice renovatur, non opifex ab aedificio emendatur: aegrotus a medico sanatur, non medicus ab aegroto medetur: egenus a divite feneratur, non dives ab inope mutuatur. *Ego opus habeo a te baptizari.* Numquid ignoro quis es, et ex qua re fulsisti, vel unde advenisti? Numquid quoniam propter me factus es quod ego sum, magnalia abnego tuae deitatis? Numquid quia tantum mihi condescendisti, ut etiam propinquares corpori, ut totum me ferres in te, ut salvares totum hominem, despicio quod est in te invisibile? Numquid quoniam propter meam salutem induisti meam cutem, ignoro te qui amictus es luce sicut vestimento? Numquid quoniam mea cognita carne indutus es, ut appareres hominibus, quantum ipsi conspicere praevalent, latet me radius tuae coruscationis? Numquid quoniam meam in te cerno formam, despicio tuam substantiam divinam, quae est invisibilis atque inconpraehensibilis? Scio Domine, et scis quoniam scio te: scio te diligenter: scio te Domine a te edoctus; nullus enim te intellegere poterat, nisi perfruatur amore tuae splendidissimae caritatis. Scio te, Domine, bene; vidi enim te spiritaliter prius quam vidissem hoc lumen. Tu quidem existens in incorporeis sinibus patris, in illius tuae ancillae et matris utero includi voluisti. Ego autem in utero Helisabeth sicut in carcere naturali coartatus et conpeditus existens insolubilibus vinculis coeni, exultabam et laetabar tuam praecedens praelibans nativitatem. Qui ergo ante partum, tuum adventum praedicavi, post partum tuae praesentiae desistam? Qui ab infantia tuae potestatis magister extiti, adolescens inveniar ad tuam perfectam intellegentiam? Non possum te non colere, qui adoraris ab omni creatura: non possum [non] praedicare eum, quem caelum per stellam monstravit, et terra per magos nuntiavit, et angelorum chori laetantes caelitus laudaverunt, et pastores vigilantes sicut ducem pastorum et rationabilium ovium glorificaverunt. Non possum te praesentem silere: vox enim sum, vox clamantis in deserto, parate viam Domino. *Ego opus habeo a te baptizari.* Ego natus parentis sterilitatem solvi, et infans existens adhuc, patri meo sine voce cum esset, medicus effectus sum, a te accipiens gratiam huius miraculi. Tu autem de virgine matre natus es, ut voluisti; et tu solus scis qualiter natus sis: non solvisti virginitatem eius, sed et hanc conservasti, et matris ei vocabulum condonasti: et nec virginitas tuum partum vetavit, nec partus [virginitatem.] Contrariae res, id est partus et virginitas, ad unam concordiam, eo quod tibi visum est fictori naturae. Ego enim homo sum, tantum divinae gloriae particeps, tu autem Deus et homo idem ipse, quia misericors ipse existis. Tu paternae gloriae claritas: tu perfecta imago perfecti patris: tu verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. Tu qui in mundo existens, ve-

* puto ex gr. ἀκριβῶς

* pro intra diploidem.

* puto ex gr. οἰκεῖον.

nisti ubi eras: tu Verbum qui factus es caro, sed non in carnem mutatus: tu qui inhabitasti in nobis, et apparuisti tuis servis in servi forma: tu qui caeli terraeque aequum fecisti meatum per sanctum tuum nomen: tu venisti ad me tantus ad talem, rex ad praecursorem, dominus ad servum. Sed licet tu in humilibus mensuris humanis effici non erubuisti, ego tamen mensuram naturae meae transgredi nequeo. Scio quanta sit differentia pulveris et factoris: scio quanta melioratio sit solis et iustitiae. Licet mundani nube corporis amictus sis, intellego tuum dominium, confiteor meam servitutem, praedico meam exiguitatem. Non sum dignus solvere corrigiam calciamenti tui, et quomodo contingam sanctum tuum caput? quomodo extendam dexteram super te, qui extendis caelum sicut pellem? quomodo expandam serviles meos digitos divino tuo vertici? quomodo lavem immaculatum et sine peccato dominum? quomodo illuminem lumen? qualem faciam orationem super te, qui suscipis et ignorantium obsecrationes? Alios baptizo in nomine tuo, ut credant in te, qui post me venis; te baptizans, cuius memor ero, in cuius nomine te baptizem? In patris? sed totum patrem in te habes, et totus existis in patre. In filii? sed non est alius praeter te naturalis filius Dei. In Spiritus sancti? sed tecum est semper sicut consubstantialis seu omnipotens, simul et tecum suscipit omnium orationes. Baptiza iam me, si tu vis Domine, baptiza baptistam, regenera quem nasci fecisti, exime terribilem tuam dexteram, quam tu tibimet perfecisti, et corona palmis meum caput, ut ante tuum currens regnum, sicut praecursor solis te evangelizem peccatoribus, clamans eis et dicens: ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Iordanis fluvius comitare mecum, et simul exulta et commove vigilanter vertigines quemadmodum exultationes: tuus enim opifex assistet tibi cum corpore. Vidisti Israhel per te transeuntem et [di]videntem tuas aquas, et stetisti populi expectans transitum: nunc autem effundere validius et fluere et circumsepere immaculatis membris eius. Et tunc Hebraeus transfretavit. Montes et colles, vallesque et torrentes, mare et flumina benedicite Dominum, qui ascendit fluvium: ipse enim herus laticis supermittit sanctitatem his aquis.

3. *Respondens Iesus dixit ad eum: sine modo, sic enim oportet nos implere omnem iustitiam.* Sine modo; concede, baptista, temporis meae dispensationis silentium. Disce id quod ego volo, disce obtemperare ad ea quae cogor, et non inquirere quae ego cogito. Sine modo, nondum meam praedices deitatem, nondum decantes labiis meum regnum, ut non sentiens tyrannus effugiat; sed mecum cupit committere bellum. Dimitte diabolum ad praesens mihi adire et bellare et accipere lenissimam plagam. Dimitte implere intentum, pro quo adveni super terram. Mysterium hoc quod hodie in Iordane finitur *, secretum mihi et meis mysterium est: non meum opus adimplens, sed sanationem vulneratis adhibens. Mysterium magni mysterii mei lavacri praecursor et auspicium est mysterium. In his aquis perscribens hominum regenerationes caelestis laticis. Sine modo. Quando me videris Deo decibiliter * in meis facturis quod mihi placet operantem, tunc in facturis hymnos compagina: quando me videris leprosos mundantem, tunc me creatorem naturae commemora: quando me videris claudos cursores perficientem, tunc commoventium pedum *, et tu ad me, claude lingua, articulose commoveto *: quando me videris mortuos a sepulchris resuscitare, tunc me cum surgentibus glorifica sicut vitae tributorem. Quando me videris sedentem a dextris patris, tunc me Deum voca, sicut synthronum et coaeternum patri. *Sine modo, sic enim oportet nos adimplere om-*

* puto ex gr. τελειοῦται.

* puto ex gr. θεοπρεπῶς.

* ita cod. mendose.

* cod. *commovitu.*

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου κατὰ τῶν συμμεταβαλλομένων τοῖς καιροῖς ἐν τοῖς δόγμασι. P. 7.

κη'. Τίς οὖν ἔτι τούτους χριστιανοὺς ἡγήσεται, παρ' οἷς οὐ λόγος, οὐ γράμμα βέβαιον, ἀλλὰ πάντα κατὰ καιροὺς ἀλλάσσεται;

Ἀθανασίου ἐπισκόπου, ἐκ τοῦ εἰς τὸ, ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. P. 40.

κθ'. Καὶ ὥσπερ πτύσαντος αὐτοῦ (1), καὶ ἐκτείναντος χεῖρα, καὶ φωνήσαντος Λάζαρον, οὐκ ἐλέγομεν ἀνθρώπινα εἶναι τὰ κατορθώματα, εἰ καὶ διὰ τοῦ σώματος ἐγένοντο, ἀλλὰ θεοῦ· οὕτως ἐὰν τὰ ἀνθρώπινα λέγηται περὶ τοῦ σωτῆρος ἐν τῷ εὐαγγελίῳ, πάλιν εἰς τὴν φύσιν τῶν λεγομένων ὁρῶντες, καὶ ὡς ἀλλότρια θεοῦ πάντα τυγχάνοντα, μὴ τῇ θεότητι τοῦ λόγου ταῦτα λογισώμεθα, ἀλλὰ τῇ ἀνθρωπότητι αὐτοῦ· εἰ γὰρ καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἀλλὰ τῆς σαρκὸς ἴδια τὰ πάθη.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως μείζονος λόγου (2). P. 67.

λ'. Οὕτω μὲν οὖν Ἄρειος κατασκευάσας τὸν τοῦ θεοῦ λόγον κτιστὸν, οὐκ ἔγνω πεποιηκὼς ἄλογον τὸν πατέρα· πᾶν γὰρ ᾧ φυσικῶς μὴ πρόσεστιν λόγος, ἄλογος φύσει πάντως ἐστίν· ἔπειτα ψυχῆς νοερᾶς ἐστερημένην αὐτῷ σάρκα διδοὺς, φύσει παθητὸν αὐτὸν δείκνυσι, καὶ θνητὸν, καὶ τὸ πάθος ἀκούσιον, ὡς τῆς μηδὲν ἐχούσης ἑκούσιον ἀψύχου σαρκὸς κινητικόν· ἡ γὰρ ἀνόητος σὰρξ πάσης ἠλλοτρίωται κατὰ φύσιν θελήσεως, εἴπερ οὐδέν ἐστι θέλησις ἢ νοῦς περί τι κινούμενος, ἢ ψυχῆς νοερᾶς αὐτεξούσιος κίνησις· ἧς γυμνῶν τοῦ κυρίου τὴν σάρκα, πτηνοῦ τινος ἢ χερσαίου ἢ νηκτοῦ ζῴου ταύτην πεποίηται· καὶ σαφέστερον εἰπεῖν, οὐδὲ τούτων τινὸς, εἴπερ οὐδενὸς ζῴου ψυχῆς ἐστέρηται σάρξ.

(1) Non comperiebam fragmentum hoc, sive inter tria citata a Theodoreto in dialogo de immutabili, sive in editione maur. Athanasii T. I. part. 2, neque in altera Montfauconii, Bibl. nov. PP. T. II.

(2) Id est quando sputo caecum illuminavit, leprosum manu extenta mundavit etc.

Ex Leontio adversus Monophysitas, apud nos Script. vet. T. VII.

P. 127. λα΄. Ἀθανασίου. Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ αὐτὸς, εἷς ὢν καθ᾽ ὕπαρξιν ἀνελλιπῆ τὰ ἑκάτερα.

31. Athanasii. Deus et homo idem (Christus) personaliter unus, utraque subsistentia praeditus.

P. 132. λβ΄. Ἀθανασίου ἐν τῇ ἐξηγήσει τοῦ, ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι ἐγώ εἰμι. — Ἀναισχυντία σαφῶς τὸ μὴ διχῶς νοεῖν τὸν Χριστὸν θεικῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως.

32. Athanasii in explanatione verborum: amen amen dico vobis, ante quam Abraham fieret, ego sum. – Manifesta impudentia est illorum, qui duplici notione Christum considerare nolunt, id est divinitus et humanitus.

Ex Anastasio contra Monophysitas apud nos Script. vet. T. VII.

P. 204. Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἐκ τοῦ λόγου εἰς τὸ κύριος ἔκτισέ με, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν.

λγ΄. Καὶ γοῦν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἐρχόμενος, ἐκτενῶς προσεύχεται, καὶ τὸ γόνυ κλίνει, λέγων· πάτερ, παρελθέτω ἀπ᾽ ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο· πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σόν· ἴδιον αὐτοῦ θέλημα λέγων τὸ τῆς σαρκός· ὅτι περ καὶ αὐτὴν τὴν ἡμετέραν σάρκα ἐν ἑαυτῷ οἰκειώσατο.

Sancti Athanasii, ex sermone in illud: Dominus creavit me. Et contra Arianos.

33. Propterea cum ad crucem venturus esset, enixe orabat, flexoque genu dicebat: pater, transeat a me calix iste. Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat; propriam scilicet dicens carnis voluntatem; quandoquidem ipsam nostram sibi propriam fecerat carnem.

Ex Eutychii patriarchae sermone paschali a nobis edito.

Τοῦ μεγάλου Ἀθανασίου ἐν τῷ εἰς τοὺς βαπτιζομένους λόγῳ.

λδ΄. Ὄψει τοὺς λευίτας φέροντας ἄρτους, καὶ ποτήριον οἴνου, καὶ τιθέντας ἐπὶ τὴν τράπεζαν· καὶ ὅσον οὔπω ἱκεσίαι καὶ δεήσεις γίνονται, ψιλός ἐστιν ὁ ἄρτος καὶ τὸ ποτήριον· ἐπ᾽ ἂν δὲ ἐπιτελεσθῶσιν αἱ μεγάλαι καὶ θαυμασταὶ εὐχαὶ, τότε γίνεται ὁ ἄρτος, σῶμα· καὶ τὸ ποτήριον, αἷμα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ πάλιν. Ἔλθωμεν ἐπὶ τὴν τελείωσιν τῶν μυστηρίων· οὗτος ὁ ἄρτος καὶ τοῦτο τὸ ποτήριον, ὅσον οὔπω εὐχαὶ καὶ ἱκεσίαι γεγόνασι, ψιλά εἰσιν· ἐπ᾽ ἂν δὲ αἱ μεγάλαι εὐχαὶ, καὶ αἱ ἁγίαι ἱκεσίαι ἀναπεμφθῶσι, καταβαίνει ὁ λόγος εἰς τὸν ἄρτον καὶ τὸ ποτήριον, καὶ γίνεται αὐτοῦ σῶμα (2).

Athanasii magni, ex sermone ad baptizatos.

34. Videbis levitas panes vinique calicem ferentes, mensaeque imponentes. Et quamdiu quidem preces et invocationes nondum sunt peractae, nihil aliud nisi panis calixque est. Verum enimvero postquam peractae fuerint magnae miraeque preces, tunc panis fit corpus; calix autem, domini nostri Iesu Christi sanguis. Et rursus. Veniamus ad mysteriorum perfectionem. Hic panis et hic calix ante preces et invocationes nihil ultra naturam propriam habent: verumtamen ubi magnae preces sanctaeque invocationes editae fuerint, descendit Verbum in panem et calicem, et corpus eius conficitur.

(1) Non legitur hic locus in Athanasii sermone ad recenter illuminatos seu baptizatos opp. ed. ven. T. II. p. 395. Nec mirum; multi enim alii necessario extiterunt Athanasii sermones de hoc argumento singulis annis recurrente, quo tempore, id est paschali, solebant episcopi erudire catechumenos, et mox baptizatos sublimiorum mysteriorum doctrina imbuere.

(2) S. Augustinus in sexto sermone, ex vindobonensi bibliotheca edito, qui est de sacramento altaris, cum Athanasio adamussim consentit sic. *Hoc quod videtis, carissimi, in mensa Domini, panis est et vinum; sed iste panis et hoc vinum, accedente verbo fit corpus et sanguis Verbi.*

MONITUM.

Quo ego tempore dogmaticam Photii ad Armeniorum patriarcham epistolam, mihi a doctis PP. Mechitaristis traditam, edidi (Spicil. rom. T. X.) memini me adnotare in praevio monito p. 442, sanctum Germanum I, qui Constantinopoleos patriarcha anno Christi 715. *processit, et anno* 730. *ea dignitate se abdicavit, litteras pariter de fide orthodoxa ad Armenios dedisse, quae in libris editis non apparent. Etenim eius rei testimonia, ut cit. loco dixi, Galanus protulerat in suo de conciliatione ecclesiae armenae cum romana opere T. III. p.* 77, *ex Armeniorum menologio; cuius verba, etsi aliquantum prolixa, nunc recitare necesse est. « Stephanus siuniensis episcopus ad Graecos profectus, attulit inde secum tres libros, qui fidei veritatem explicabant. Porro sanctus Germanus » Constantinopoleos patriarcha epistolam Armeniis destinavit, per quam ita eos monebat: quare vos » non adseritis duas in Christo naturas, nec chalcedonense concilium recipitis? Haec quidem scri- » psit, et per Stephanum misit ad Armenios. Ut vero pervenit Stephanus ad Papchenem Armenio- » rum patriarcham, ostendit ei Germani litteras; quibus lectis, praecepit ipsi Stephano dominus » Papchen, ut Germani litteris responderet, et scripsit vir eruditissimus Stephanus, compositione ac » ordine quidem peregregio, plurimas sacrarum scripturarum et sanctorum patrum sententias con- » firmandi causa allegans: quae omnia ubi legerunt Graecorum sapientes, hisce scriptis consentien- » tes, veram rectamque Armeniorum fidem haeresique immunem laudaverunt. »*

Pergit p. 79. *dicere Galanus, teste gravissimo utens Nersete lamproniensi, religiosam eo tempore pacem sub praedictis Graecorum et Armeniorum patriarchis inter duas ecclesias coaluisse. Papchenem tamen patriarcham, pro Iohanne Ozniensi, in menologio temere fuisse scriptum, longe facilius ego crediderim, quam de duplici, qui numquam auditus est, Papchene cum Galano suspicer. Re quidem vera Iohannem ozniensem, non Papchenem, contemporalem cum Germano patriarchatum gessisse, fasti Armeniorum certissimi docent. (Serposius compend. hist. T. II. p.* 41.*) Sed enim quolibet demum modo hic anachronismus in menologii narrationem irrepserit, culpa quidem urgebit auctorem: verum enimvero Germani epistola, quam prae manibus nunc habemus, revocari in dubium nequit. Ecce enim apud eundem Galanum p.* 341. *ex Armeniorum concilio tarsensi novum testimonium accedit. Quippe ibi Armenii Graecos sic alloquuntur: « patres vestri ac nostri singulis » temporibus ad pacem conciliandam impenso labore incubuerunt; ut venerabilis, strenuus, ac pro- » bus patriarcha vester Germanus, qui litteras ad Armenios misit, spiritali caritate ac fide ortho- » doxa plenas. » Quod autem in praedicto Armeniorum menologio Stephani quoque responsum laudetur, patriarchae sui iussu exaratum, quod tamen ex relatis a Galano partibus pessima haeresi redundans apparet; id posteriorum interpolatione haereticorum factum esse cl. Sukias Mechitaristarum abbas et archiepiscopus (prospect. litt. armen. p.* 48.*) cum Iohanne Vanagano narrat: sive ea fraus menologio obtrusa fuerit, insertis laudibus auctoris haeretici, ut vult Galanus; sive ipsa potius Stephani epistola violata sit, ut Sukias credit. Denique Stephanum hunc siuniensem inter illustres Armenios ponit etiam Samuel aniensis in chronico ad annum* 772, *paulo tamen ut videtur serius, nisi forte extremum vitae Stephani annum designat chronographus.*

Sed ut ad Germanum redeam, equidem dum illud in Spicilegio monitum scriberem, illa tantum quae apud Galanum sunt testimonia noveram de Germani ad Armenios epistola. Postea vero feliciter mihi contigit, ut in adnotationibus, quas edito a se Iohannis ozniensis contra phantasticos sermoni attexuit vir cl. I. B. Aucherus, Mechitaristarum familiae decus, bene inquam mihi evenit, ut breve lemma ex supradicta Germani inedita epistola citatum legerem; ex quo statim specimine iudicavi, scriptum hoc Germani apud venetos Mechitaristas, qui pervetustis egregiisque codicibus abundant, armeniace saltem servari; ideoque cupiditate incensus sum, ut vel id plenius cognoscerem, vel etiam largientibus dominis, cum eruditorum coetu in his meis voluminibus communicarem.

Hoc vero negotium mihi benigne expedivit, pro suo eximio erga omne litterarum genus amore ill. ac rev. archiepiscopus siracensis Odoardus Hurmutius, qui acceptum a sodalibus suis epistolae exemplar fidelissime mihi interpretatus est, atque ut latinis litteris typisque consignarem perlibenter annuit.

Tertium hoc itaque venerandi Germani scriptum in lucem effero; videlicet post luculentam eius de vitae termino disputationem, quam ex vetusto codice vaticano sumptam, inter Photii amphilochianas quaestiones edidi (Script. vet. T. I. ed. 2.); postque egregium illud de haeresibus synodisque opusculum, quod item ex vetusto codice columnensi vat. erutum, septimo Spicilegii rom. volumini inserui, diversum plane ab illo paris ferme tituli, quod sub falso Germani nomine Moynius vulgaverat. Atque haec ego memoro, haud aedepol ut meas reculas recinam, sed ut eruditos tempestive admoneam, siquando Germani scripta colligere volent, et cum paucis eiusdem epistolis copulare, quae ante secundam nicaenam synodum ab editoribus conciliorum poni solent. Utinam vero et ille liber Germani emergeret, de futurae vitae retributione, quem a stilo et recto dogmate generatimque ab optimo scribendi genere Photius dilaudat cod. 233! *Certe haec sunt genuina Germani I. scripta, ut illa etiam a nobis edita: nam disputationem de vitae termino habebat idem Photius, et cum amphilochianis suis collocabat: opus de haeresibus atque synodis narrat ipse Germanus se sub primordiis Iconoclastarum composuisse: denique epistolam ad Armenios monumenta vetera priori huic Germano dant, non iuniori: etenim tarsense saeculi XII. concilium in quo illa commemoratur, ante iuniorem Germanum fuit, qui saeculo XIII. vixit, id est quinque post priorem saeculis. Nihilominus et Labbeus et Konigius, et alii interdum bibliographi, scripta secundi Germani, quae levioris profecto frugis sunt, priori incaute adscripserunt; quod ne diutius, invita veritate fiat, docti homines postea cavebunt. (Postremo optandum superest, ut alicunde se exserat magni etiam Cyrilli ad Armenios epistola, quam Photius in sua ad eosdem memorat cap.* 13, *Spicil. rom. T. X. p.* 456, *quae in libris editis hoc certo titulo inscripta non occurrit!) Germani hanc epistolam versari totam in refutando eutychiano Armeniorum errore, per se patet: quamobrem nullum eius a nobis fieri summarium oportuit* (*). *Utiliter vero conferetur cum Thomae patriarchae hierosolymitani ad eosdem Armenios dogmatica item epistola, quae extat in Tomo XV. operum Iacobi Gretseri inter Abucarae opuscula n. IV.*

(*) De argumento eodem placet heic epimetron quoddam attexere in vacuo paginae spatio, ne res a me in codicibus observata pereat. In vaticano igitur lat. codice 1267. f. 51. b. et seq. (itemque in codice 1195.) legebam sermonem quendam contra haereses eutychianam ac nestorianam inscriptum S. Cyrillo (at in cod. 1195. inscriptum S. Augustino) cuius sermonis priorem partem reapse comperi sumptam ex epistola Cyrilli tertia ad Nestorium (ed. Aubert. T. V. part. 2. p. 22. et seq.) nempe illud excerptum quod post S. Leonis epistolam 165. (ed. Baller. T. I. col. 1397.) legitur inter dogmatica testimonia. Codex tamen vat. bonas habet varietates v. gr. 1. ed. *lumen de lumine*, at cod. *lumen verum de lumine vero*. 2. ed. *ad unitatem*, cod. *et unitatem*. 3. ed. *Christum unum et dominum confitemur*, at cod. *Christum unum et Deum confitemur*. 4. ed. *necesse est enim discernere, et dicere hominem separatim fuisse*, at cod. *nec enim fas est discernere, et dicere hominem separatim fuisse*. 5. ed. *participationem*, at cod. *participatum*, substantive. Tum fragmentum in codice concluditur his, quae desiderantur in editione Leonis, verbis, neque tamen graece desunt. *Haec igitur pro caritate in Christo scribo, quaerens tamquam fratrem et contestans coram Christo et electis angelis, ut ecclesiarum pax salva servetur, et concordiae caritatisque vinculum indissolubile maneat sacerdotibus Dei.* Utinam vero Aubertus Cyrilli editor hoc apud Leonem excerptum novisset! ita enim latinam suam interpretationem fecisset meliorem.

PRO DECRETIS CONCILII CHALCEDONENSIS

EPISTOLA GRAECORUM AD ARMENIOS

QUAM CONSTANTINOPOLI DETULIT STEPHANUS SIUNENSIS EPISCOPUS ANTE SUAM AD EPISCOPATUM ADSUMPTIONEM.

1. « Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum, et medium parietem » maceriae solvens, inimicitias in carne » sua *. » Visum nobis est ab hoc apostolico effato nostram hanc epistolam exordiri, quam ad vestram pietatem mittimus: nostra quippe omnis voluntas, et ipsius epistolae argumentum, ad pacis adeptionem tendit; pacis eius videlicet, quae de hoc mundo non est, prout Dominus dixit *, nec visibilibus rebus consentanea; pacis inquam illius, quam ipse de caelo detulit, quamque suis discipulis discedens largitus est; quam denique a nobis erga omnipotentem patrem servari vult, prout ipse in sua ad patrem prece dicebat *: « non pro » his autem rogo tantum, sed et pro eis » qui credituri sunt per verbum illorum » in me: ut omnes unum sint, sicut tu » pater in me, et ego in te; ut et ipsi in » nobis unum sint: ut credat mundus, » quia tu me misisti. » Exemplar se fidelibus suis proponit, ut eum imitantes, eodem pacis tenore invicem copulemur. Sane illi qui eius documenta pensi habuerunt, nihil pacis bono antetulerunt; nihil vicissim aspernati magis sunt, quam ea quae paci adversantur, et verborum opinionumque dissensum pariunt: pro certo habentes, nihil omnino prodesse vel miracula edere, vel sinceram virtutem cum corporis castigatione coniunctam, vel proprii patrimonii largitionem, vel denique ipsum martyrium, absque caritate (1). Porro caritas, prout eam egregie describit divus apostolus * « non gaudet super iniquitate, » congaudet autem veritati, non cogitat » malum » de proximo, nedum de Deo, quia id adversari virtuti indicat.

* Ephes. II. 14.
* Ioh. XIV. 27.
* Ioh. XVII. 20.
* I. Cor. XIII. 6.

2. Nos itaque a Domino petimus, ut divinam in nobis germinare caritatem faciat, atque ut pravarum praeiudicia opinionum avertat . . . (2) verba apud vestram pietatem facimus, insinuare conantes post Christi discipulorum exempla piam persuasionem, aequam spem, atque in Christo fidem. Quod si nos propheta monet * ut fratrem appellemus atque reputemus eum qui nos odio prosequitur, quanto magis in fratrum loco habendi sunt illi spiritalique amore diligendi, qui hostili adversus nos animo nequaquam sunt? Deo autem confidimus, cui nostri omnes actus cogitationesque patent, fore ut quandoquidem hunc sermonem, et laudata in eo testimonia nonnisi mutuae monitionis causa scribimus, ea vobis grata accidant: neque enim gloriam nostram sed ipsius Domini quaerimus.

* Ps. XXXIV. 14.

3. Quicumque spiritalis mercedis causa se in ecclesia laboribus occuparunt, rei cuilibet orthodoxam fidem praeferendam putarunt; quam quidem veram sapientiam divina scriptura lignum vitae appellat *. Reapse quaenam maior sapientia est, quam recta circa Deum ac res divinas sententia? ita ut absque errore de creatis rebus opinemur, ex sanctae scripturae regula; namque ea vera scientia est in paradisi medio a Deo plantata; ubi quamquam obrependo

* Prov. III. 18.

(1) Ita etiam S. Ioh. chrysostomus homil. I. in S. Romanum M. edit. Maurin. T. II. p. 612. Item S. Augustinus de bapt. contra Donat. lib. IV. 17.
(2) Heic unus versiculus in codice legi nequit.

callidus serpens noxium venenum suum vomere satagat, fraudemque sub pietatis specie inspirare, prout primis parentibus fecit, quos Deo similes fore spondebat; is nihilominus ab eo qui flammeum ibi gladium rotat, depelletur. Quippe hoc a Deo beneficium ministris suis conceditur, cuius ope calliditas serpentis infringitur, atque impedimentum tollitur, si quis eius fructus gustandi cupidus fuerit, qui fidelibus reservatur ut eo copiose fruantur; modo manum ei intendere velint, id est sincere et enixe veram scientiam quaerere, quam quisquis adsequitur, salvus fit.

4. Nos itaque dum Deo preces offerre non desinimus, sub huius mysticae arboris umbra iacere curamus (1), eiusque semper fructus colligere, ut eos non praesentibus tantum, verum etiam absentibus suppeditemus; sicut vestrae quoque pietati non sine iustis causis porrigendos putamus. Etenim religiosus sacerdos Stephanus in hanc regiam a Deo custoditam urbem delatus...(2). Qui non confitetur Dei Verbum passum ac mortuum, factumque primogenitum mortuorum, quamvis idem, quatenus Deus, vita ac vivificans sit, anathema esto (3).

5. Profecto quaelibet clandestina nestorianae malitiae insinuatio hisce anathematismis, ante quam radices agat, evellitur: atque his propositionibus, quas nos illi obiicimus a vera doctrina dictatis, scandalum praecavetur cunctorum fidei orthodoxae amatorum, ne quis temere attemptet inconsutilem Christi vestem discerpere, id est sanam fidei eius doctrinam. Nam contra hanc Nestorius . . . (4) haud potuit heterodoxus fraude sua praevalere, dum omni studio quaereret, quominus veritatem fateri victus cogeretur. Atqui si haec catholicae professionis vocabula usurpare voluisset, nequaquam ex Dei ecclesia pulsus fuisset; sed eum beatus Cyrillus veluti collegam et coëpiscopum excepisset; prout in sacris ruis epistolis scriptum reliquit (5).

6. Quamobrem nos horum vim articulorum quasi sacrum fundamentum praeiacientes, et omnia legitimi sensus vocabula producentes, his super aedificare nitimur: « (6) Nam duas confitentes naturas » in unigenito Dei filio, domino ac ser» vatore nostro Iesu Christo, simili nobis » per omnia facto, excepto peccato, nihil » aliud dicimus aut intelligimus, nisi quod » ipse Deus quum esset, et patri consub» stantialis, homo factus est, vereque ho» minibus consubstantialis » mediator inter Deum et homines, naturam sibi humanam una cum deitate copulans, haud sublata ne post unionem quidem distinctione naturarum, sed una conservata semper persona atque hypostasi divinae veritatis incarnatae, quae perfecte homo facta est. Etenim ante unionem, id est ante quam unigenitum Dei Verbum naturae nostrae copularetur, profitemur unam fuisse eius naturam, id est divinam, utpote patri et spiritui sancto consubstantialem: duas autem eius naturas dicimus, postquam nostram adscivit substantiam: ita ut eum perfectum in deitate, itemque perfectum in humanitate et sciamus et proclamemus: velut etiam unum filium agnoscimus Iesum Christum ex duabus iisdem naturis: adeoque unum Verbum divinum incarnatum, iuxta illius (Cyrilli) sensum admittimus ac profitemur. Nec vero cum incarnatum dicimus, substantiam aliam intelligimus, quam

(1) Utuntur haec eadem locutione Graeci in alia epistola ad Armenios, cuius nos excerpta protulimus in Spicil. rom. T. X. p. 446.

(2) Heic deest folium in codice.

(3) Est duodecimus Cyrilli anathematismus in calce epistolae ad Nestorium, Opp. T. V. part. 2. p. 77.

(4) Heic duo versiculi sunt in codice oblitterati.

(5) Epist. III. ad Nestorium opp. T. V. part. 2. p. 25.

(6) Quem tractum virgulis distinguimus eum laudavit ex ms. cl. Aucherus in adnot. ad Iohannis Ozniensis sermonem p. 33.

Dei Verbi naturam a Cyrillo adsertam (1): etenim haud duas dicimus incarnatas naturas, sed unam, id est illam divini Verbi incarnatam, corpore adsumpto et anima ac mente. Tum utriusque simul naturae proprietates profitentes, nihil aliud intelligimus, nisi quod adsumptum a divino Verbo corpus, in naturam divinam haud transiit, corporis natura dimissa; neque deitas adsumpto corpore spirituque et anima rationali, hisque ad personam suam adplicitis, in corporis naturam conversa est, nec de sua gloria quicquam amisit aut demutavit. Ita nos opinari ac profiteri sancti patres erudiunt, atque in primis sapiens Cyrillus in suo de ambarum naturarum, divinae nempe et humanae, unione tractatu (2), in quo demonstrat nullam esse factam unionis causa alterationem, quia unaquaeque natura suas incolumes retinuit proprietates. Sic videlicet magister Cyrillus magnusque doctor Athanasius, eadem hac locutione utentes docent, quorum testimonia postea proferemus.

7. Ergo duas intelligimus credimusque in unigenito Dei Verbo, domino nostro Iesu Christo, naturas; eo sensu, quo concilii chalcedonensis patres DCXXXVI. intellexerunt ac professi sunt: sic adamussim, inquam, confitemur eundem nostrum Servatorem, dominum atque Deum, perfectum in deitate, et perfectum in humanitate; quia unum ex duabus naturis profitemur, ex divina scilicet et humana. Huic nostrae fidei testimonium dat quintum sanctum concilium, quod post supradictum, in hac regia nostra a Deo custodita urbe congregatum fuit: cuius in decretis scriptum comperimus (3), quod « si quis naturas duas » profitendo, haud intelligat unum dominum Iesum Christum, Deum et hominem; neque praedictis verbis denotare » velit naturarum differentiam, quarum inconfusa et ineffabilis unio peracta fuit, » Verbo haud ad carnis naturam translato, » neque carne vicissim ad Verbi naturam » (etenim ambae naturae in substantia sua » permanentes, personaliter tantum coaluerunt); et quod causa praedictae locutionis usurpandae nulla fuerit alia, » quam mysterii numerique agnoscendi naturarum, quae in eodem unico Verbo incarnato domino nostro Iesu Christo subsistunt; neque mente (4) tantummodo,

(1) Quomodo intelligenda sit Cyrilli ad Sucensum locutio *una Verbi incarnata natura,* exponit accurate prae ceteris S. Maximus Opp. T. II. pp. 273. 286. 335. Videsis etiam Photium Bibl. p. 801.

(2) Utrum hic sit deperditi operis cyrilliani titulus, an potius notus ille v. gr. *de incarnatione,* haud satis mihi constat.

(3) Est canon septimus concilii II. constantinopolitani, seu quinti oecumenici; qui canon videtur mihi paulo clarior in hoc Germani nostri contextu, quam in graeco proprio apud Concil. Zattae T. IX. p. 382.

(4) Magnopere animadvertenda est haec dogmatici canonis constantinopolitani locutio, quae negat intelligendas Christi naturas post unionem, mentis tantum phantasia seu theoria. Ecce enim apud Theoriani disputationem a nobis Script. vet. T. VI. editam in Armeniorum epistola p. 320. legitur: ἔμεινεν ἀμετάβλητος καὶ ἄτρεπτος τῶν φύσεων ἡ φανέρωσις, πλὴν μόνῳ νῷ θεωρουμένη: *mansit non mutata neque conversa naturarum manifestatio* (vel *apparentia*), *sed tamen mente tantum spectabilis.* Quod Armeniorum dictum refutat Michaël patriarcha constantinopolitanus tom. cit. p. 332, volens omnino dici *manere duas naturas*, non autem *mente spectari*, ut dogma tutius pronuncietur. Videant, oro, lectores totum hunc Michaëlis locum, qui dignus profecto cognitu est. Item syrus patriarcha monophysita tom. cit. p. 392. scribit: τὰς φύσεις τηρεῖσθαι ἐν γνώσει, *naturas* (Christi post unionem) *conservari, mentis nostrae vi spectatas.* Porro his locutionibus ἐν γνώσει vel θεωρίᾳ, vel ἐπινοίᾳ adversatur docte etiam Leontius cum scholio (apud nos Script. vet. T. VII. p. 57.) quia nempe Monophysitae οὐκέτι τὴν διαίρεσιν λέγουσι κατ' ἐπίνοιαν, ἀλλ' αὐτὰς τὰς φύσεις μόνῃ τῇ ἐπινοίᾳ ψιλῇ θεωρεῖσθαι διϊσχυρίζονται: *haud iam distinctionem dicunt fieri cogitatione, sed ipsas naturas cogitatione tantummodo specturi contendunt.* Sic fere etiam Monophysitarum adversarius Ephraemius apud Photium cod. 229. p. 786. Summa rei est, ut ait praedictus Michaël graecus patriarcha, oportere duas Christi naturas simpliciter dicere, non autem ambigua periphrasi loqui Idem Ephraemius apud Photium cod. 229. p. 820: οὐ μίαν οἱ πατέρες ἡμῶν ἐπὶ Χριστῷ, ἀλλὰ δύο φύσεις ἐν τῇ καθ' ὑπόστασιν ἑνώσει κηρύττουσι: *non unam patres nostri in Christo, sed duas naturas in hypostatica unione praedicant.*

» unitarum naturarum distinctionem esse » intelligendam quae nihil ob unionem » amiserunt, quia unus est ex duabus (1), » et duae in uno; si quis, inquam, plu- » rali hoc numero abutitur, ut naturas di- » visas suadeat, vel singulas in propria per- » sona distinctas, hic anathema sit. »

8. Quum nos itaque duas in Christo Iesu naturas iuxta catholicum congregatorum Chalcedone patrum sensum profiteamur, persuadere nobis haud possumus, quin ii a Deo sint condemnandi qui contradicunt, neque admittunt et sine haesitatione profitentur dictam locutionem. Nam sancti patres haud simpliciter dixerunt, se duas agnoscere in Christo Iesu naturas, sed omnem aditum Nestorio obstruxerunt: atque ita nos profiteri docuerunt unigenitum Dei Verbum, ut nemo secundum illius impietatem dicere auderet Iesum Christum dominum per homonymiam tantum ac dignitatem Deo Verbo aequalem, ceteroqui seorsum ab eo qui de Davidis stirpe est. Qua credita ab eo unigeniti Verbi divini in duo divisione, quum illius heterodoxa sententia revelata fuisset, patres ut se contra eundem munirent, diserte in primis professi sunt natum de patre secundum deitatem ante omnia saecula; de virgine autem deipara secundum humanitatem; quod ille deiparae vocabulum, ceu suae opinioni contrarium, ne audire quidem sustinuit, sed aures obturavit magis quam ii qui sanctum Stephanum interimendi causa circumsistebant; immo magis quam serpens aures obstruit ne periti incantatoris vocem auscultet; id est salutarem traditionem, quam vir beatus in prima sua ad Nestorium epistola scripserat, pro Iesu Christi divinitate, deiparam simul appellans sanctam virginem . . . (2).

9. Item in sua ad orientales epistola idem beatus Cyrillus sic ait: haud oportuit eos ignorare decretum, quod nempe omni ad synodum nostram venturo, fatendum foret sanctam virginem esse deiparam (3). Quod si duarum naturarum locutio scandalo multis est, propterea quod ea Nestorius prave usus fuit, hi velim sciant, dictam locutionem a sanctis quoque patribus fuisse usurpatam (4): neque orthodoxa vocabula pie iam adhibita, esse reiicienda, postquam illis alii abusi sunt. Namque et Ariani, male ob suam credendi rationem, nonnullas sacrae scripturae voces interpretantes, ita conati sunt sanam sanctissimae Trinitatis fidem corrumpere: neque idcirco post eos quisquam iis vocabulis usurpandis abstinuit.

10. Admirabilis praeterea Cyrillus eidem Nestorio in ephesino concilio contradicens, in quo nonnulli locutionem illius tamquam veterem doctrinam defendebant, testimonia magni theologi Gregorii in medium adtulit, quae sunt huiusmodi (5): « qui duos filios introducit, unum de Deo » patre, alterum de Maria, non vero uni- » cum solumque, is ab adoptione exclu- » detur, quam Deus fidelibus orthodoxis » promisit. Naturae duae sunt, quia Deus » et homo, veluti anima et corpus se ha- » bent: non autem filii duo, nec dii duo: » neque pariter duo homines, quamquam » a Paulo interior exteriorque homo ap- » pellantur. » Idem denuo Cyrillus in sua priore ad Succensum epistola duas in Christo Iesu naturas professus est dicendo (6): « quantum cogitatione adsequi possumus,

(1) Ita locutum est ephesinum concilium: *unus ex ambabus naturis Christus*. Leo papa in celebri epistola adhuc evidentius *unus Christus in naturis duabus*, cui dicto chalcedonenses patres adprobantes succlamaverunt.

(2) Tres deinceps versiculi legi nequeunt in codice.

(3) Hoc dicit in primo anathemate opp. T. VI. p. 159.

(4) Idem ait Cyrillus etiam lib. I. adv. Nestorium p. 6.

(5) Concil. ephes. act. I. col. 1192. ed. Zattae T. IV.

(6) Opp. T. V. part. 2. p. 133.

» et intellectuali oculo rationem incarnationis subiicere, duas dicimus unitas naturas, unum nihilominus Christum et filium ac dominum, hominem factum, divinumque Verbum incarnatum. » Neque tamen aliud hac locutione docere volumus, nisi quantum a quinto concilio didicimus, nempe ut duarum unitarum tantummodo naturarum distinctionem profiteamur. Quam rem idem Cyrillus in sua quoque ad Eulogium epistola dicit (1): « Nestorius » dum duas carnis ac deitatis distinctas naturas profitetur, quatenus alia est divini » Verbi, alia carnis natura, haud tamen » nobiscum illarum unionem confitetur. » Tum adhuc enucleatius subdit: « nos vero » eas confitemur unitas, unum filium, unum » dominum, unum Christum, uti patres » nostri dixerunt, unam Verbi incarnatam » naturam (2). » Igitur extra omnem controversiam patet, haud sublatam fuisse ab unione distinctionem; quò fit ut duas naturas dicamus; unam vero Verbi divini, quia eadem Unigeniti natura, secum sub sua persona coniunctam habet naturam humani corporis animati et intellectualis.

11. Multa alia hac super re dici possent ad orthodoxae nostrae et immaculatae fidei confirmationem, eorumque refutationem, qui haud sano sed pessimo consilio conantur invehere schisma in ecclesiam Dei. Verum sufficiant quae hactenus dicta sunt, ut multiloquium vitemus, a Salomone edocti qui ait *: « da sapienti occasionem, et addetur ei sapientia. » * Prov. IX. 9.

12. Deinceps vero oportet ut de operationibus quoque et voluntatibus (Christi) dicamus (3); spiritale nimirum talentum mensae vestrae argentariae tradentes, ut postea Dominus sortem suam a vobis cum usura possit recipere, neque nos ceu pigrum illum servum condemnet. Duas ergo dicimus in Christo Iesu operationes fuisse; nempe ipsum et qua Deum et qua hominem egisse intelligimus: qua Deum, res divinas; qua hominem, res humanas; sed tamen ambas operationes perfecisse coniunctim, non seorsum separatimque (4); atque ita factis se confirmasse, cuiusmodi reapse erat, Deum verum et hominem verum, non specie tenus. Neque nobis licet cum Hebraeis ei dicere: « quia tu homo » quum sis, facis te ipsum Deum *. » Et- * Ioh. X. 33.
enim ille supernaturalia sua demonstravit divina opera, aitque *: « si non facio ope- * Ioh. X. 38.
» ra patris mei, nolite credere; si autem » facio, et si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis et credatis » quia pater in me est, et ego in patre. » Adversus autem haereticos illos, qui postea ad contemnendum incarnationis mysterium exorturi erant, veritatem is praemunivit, cum naturae suae, quotiescumque sibi libuit, permisit (velut ait etiam sanctus Nyssae episcopus Gregorius (5)) carnis illas adfectiones experiri, quae reprehensione carebant, nec non cruciatus; ut invicte confirmaret, se esse primogenitum in multis fratribus, nobisque corpore ac sanguine similem. Hinc etiam post re-

(1) Tom. V. part. 2. p. 137.

(2) Recole de hac celebri Cyrilli locutione quae diximus n. 6. adn. 1. Praeterea de concilii chalcedonensis doctrina, et contrario errore multa bona dicit Germanus noster etiam in tractatu, quem videsis, de haeresibus ac synodis a nobis edito Spicil. rom. T. VII.

(3) De duplici quoque operatione et voluntate Germanus op. cit. n. 45.

(4) Ita S. Leo PP. in sermone miscello, cuius partem ego legebam in cod. vat. 1267. f. 51. b. Extat autem sermo in append. n. 1. ed. Baller. T. I. Porro ubi in ed. col. 404. cap. 11. legitur: *quamvis* etc. *Verbi et carnis una persona sit, et utraque essentia communes habeat actiones, intelligendae tamen* etc. qui Leonis locus ad litteram sumitur ex serm. 13. de pass. cap. 4, et ex ep. 124. cap. 5, et denique ex ep. 165. cap. 6; et tamen in nostro vat. cod. plenior meliorque legitur sic: *licet* etc. *Verbi et carnis una persona sit,* QUAE INSEPARABILITER ATQUE INDIVISE *communes habeat actiones, intelligendae tamen* etc.

(5) Consonat cum Nysseno Basilius v. gr. epist. 161, aliique passim patres.

surrectionem, ut naturae suae veritatem rursus demonstraret, velut ait magnus sanctus Basilius (1), cibum quoque gustare dignatus est.

13. Iam vero aeternus Deus, qui universum mundi orbem complectitur, ut ait Isaias *, nec famem experiri nec sitim potest: nihilo tamen minus is in corpore suo esurivit atque sitivit: cumque homo esset, tamquam Deus simul operabatur cum naturae divinae viribus. Id nos docet etiam sapiens Cyrillus in suo thesauro dicens: « unum nobis praedicant Christum divi» nae scripturae: namque unus est Deus » pater, unusque et solus dominus Iesus » Christus, qui uti Deus agnoscitur, quia » id egit quod solius Dei proprium est. » Quia vero semet fecerat hominem, se» cundum scripturam, opus fuit ut se ho» minem esse comprobaret; neque talis » videri poterat absque innoxiis corporis » adfectibus, rebusque aliis corpori con» sentaneis. Operabatur scilicet et loqueba» tur quantum homini congruit, ut se ho» minem factum demonstraret (2). » Tum paucis interiectis. « Quia Deus verus erat » cum carne, caroque vera cum deitate, » operabatur ut Deus, quatenus opus erat » ut Deus esse cognosceretur. Vicissimque » agebat et loquebatur, quatenus oporte» bat ut se verum hominem esse ostende» ret; mysterii sic veritatem prudente oe» conomia administrans. »

* Is. XL. 12.

14. Nemo igitur ausit nos reprehendere, id est Dei ecclesiam, propterea quod his vocabulis utimur in catholicae fidei confessione. Cogitent potius fore se malitiae Arianorum consonos, qui ad suos errores orthodoxam patrum Nicaeae congregatorum dictionem distorquebant; qui, prout magnus ait Athanasius (3) post multam conquisitionem vocabulum ὁμοούσιος stabiliverunt, quod numquam Ariani pervertere potuerunt. Cum autem distorsit Nestorius nostrae fidei tesseram, in ecclesia Dei semper adhibitam, Cyrillus admirabilis personae unitatem illi opposuit.

15. Item cum senex malignus Eutyches semet extulit, dicens Deum quidem corpus nostro simile adsumpsisse, ceteroqui unam esse naturam post unionem delirans (4), patres ii qui Chalcedone convenerunt, Romaeque antistes beatus Leo, coacti sunt, ut illius insaniam refellerent, duas docere esse naturas in unigenito Verbo Dei; quae quum iuxta suas proprietates simul agerent, ambae quod proprium sibi erat tenebant; ut sic ex actuum distinctione, naturarum distinctio agnosceretur unius domini nostri Iesu Christi: etenim ex actibus natura dignoscitur, velut etiam beati Cyrillus et nyssenus Gregorius in scriptis suis tradiderunt.

16. Sed enim ne ad voluntatem quidem quod adtinet, veritas non est declaranda. Haud enim inconsiderate vel absque examine, duarum voluntatum locutionem admisimus (5), quum hac de re temporibus nostris commota quaestio fuisset; neque ecclesiae Dei praesidibus tacere liceret, neque inepte Dei potentis corpus rescindere huius dictionis divulgatione. Revera haud alienum a trita patrum via est, duas voluntates dicere; et deinde adfirmare unum id est primum atque praecipuum humanum actum in intellectu ac voluntate fieri. Iam quum nostram naturam divinum Verbum adsumpserit, ut eam sanitati restitue-

(1) Num intelligit Germanus locum epistolae Basilii ad Urbicium, quam primi nos, ex codice veneto exscriptam edidimus post Cyrilli commentarios in psalmos? Ibi nimirum agitur de Christo post resurrectionem comedente.

(2) Plura his certe similia dicit Cyrillus in thesauro assert. XXIV.

(3) Prolixe de hoc vocabulo Athanasius in libro de synodis.

(4) Concil. chalced. p. 1079. ed. venet. Coleti anni 1728. T. IV.

(5) Hinc rursus vides quam falso accusatus olim fuerit de monothelismo Germanus noster; qua ceteroqui criminatione satis eum iam purgaverat Henschenius bollandianus ad diem XII. maii.

ret atque instauraret, necesse fuit ut prae ceteris illam partem adsumeret, quae prima peccati vitio infecta universum hominem pessum dedit. Etenim Deus quidem initio Adamum naturaliter innocentem creaverat et libera cum voluntate. Quapropter inclytus Athanasius dixit (1), naturas duas ab ipsa voluntate in uno domino nostro Iesu Christo denotari. Etsi enim is voluntatem secundum humanum intellectum adsumpserat, ipsam tamen haud habuit contrariam, sed Deo prorsus conformem, et ad peccatum nullatenus pronam, quia numquam divina voluntas abs naturali aberat; immo haec talis prorsus apparebat, qua-
* Is. VII. 16. lem in illo fore dixit propheta *: « ante » quam puer malum bonumve sciat, ma- » lum respuet, bonumque eliget. » Ecce enim salutis nostrae causa sponte ad necem accessit, quamquam ei naturale erat nolle mori, quia vi congenita repugnat morti natura, prout creator initio constituit.

17. Dixi, nos hanc locutionem adscivisse a patribus nobis traditam; neque tamen ullam praeterea volo in mysterium invehere contrarietatem; absit. Nam etsi is moestus fuit, ignoravit (2), et passioni repugnantiam prae se tulit, haec tamen omnia cum Verbi consensu ac beneplacito in carne habitantis, et ob illius voluntatem, corpori accidebant: quia Verbum quatenus sibi libitum erat, corpori concedebat ut naturaliter ageret, sicut scriptum invenimus. Quippe natura comparatum est, ut homo mori nolit: et Adamum Deus ab initio naturaliter mortis metuentem fecit: alioquin haud ei profecto mortem esset interminatus dicens: quacumque die de arbore comederitis, cuius gustum vobis interdixi, sine dubio morte moriemini; nisi antea mortis horrorem illi indidisset. Iam vero Domini quoque anima a morte abhorrebat, sed ob oeconomiae rationem, id quoque spontaneum erat ac liberum. Hinc discipulis suis aiebat: desiderio desideravi hoc
pascha manducare vobiscum ante quam pa- * Luc. XXII. 15. * Ioh. XVIII. 11.
tiar *. Et alibi *: calicem habeo quem oportet me bibere; quid autem volo praeter quam illum bibere? Et, baptismum habeo,
quo me oportet baptizari; et quomodo an- * Luc. XII. 50.
gor usque dum perficiatur *? Ex his ergo discimus, ut doctus Cyrillus opinatur (3), quod Iesu Christi natura nostrae similis, naturalem repugnantiam sibi spontaneam fecerit, prout Deo conveniebat.

18. Atque ut summam praedictorum faciamus, paucisque rem concludamus, dicimus Deum factum esse hominem, non autem adsumptum ab eo hominem, ut Nestorius credidit (4). Etenim dictum fuit: et Verbum caro factum est (5), et habitavit in nobis; haud sane apparenter, neque tamquam umbram se exhibens, sed vere ac materialiter factus homo, ut hoc fructu universum hominum genus mundaretur. Eaque omnia possedit, quae pro nobis ob-

(1) Idcirco Eutyches in concilio chalcedonensi tomo praedicto p. 1019. citabat pro se non Cyrillum tantummodo sed etiam Athanasium.

(2) De scientia Christi, et de celebri loco quod ne filius quidem diem horamque iudicii futuri sciret, adi egregias explicationes Cyrilli apud nos in excerptis eius ad Matth. p. 482. Rursus eundem Cyrillum in comm. ad Lucam II. 52. Item nostrum Nicephorum antirrh. I. 50, et praesertim in apologetico maiore cap. 76. Denique Eulogium patriarcham alex. apud Photium cod. 230. p. 882.

(3) Hoc cum alibi, tum diserte dicit Cyrillus apud nos in comm. et Luc. p. 427. et in excerptis item apud nos p. 483.

(4) Recte ait, ut Nestorius credidit, qui pravum ei dicto sensum subiiciebat. Ceterum locutionem hanc, quod Verbum sibi adsumpserit hominem, impune dictam reperies in sensu orthodoxo apud veteres, puta apud S. Augustinum de vera relig. cap. XVI. apud S. Leonem PP. serm. 54; et quidem inter graecos etiam apud Athanasium, in fragmentis quae super edidimus p. 582.

(5) Pulcre Proclus constantinopolitanus in epistola dogmatica ad Armenios (Galland. Bib. T. IX. p. 687.) ait locutione *Verbum caro factum est,* nihil aliud significari quam τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἑνώσεως, *summae unionis inseparabilitatem.* Et hoc contra Monophysitas.

* Hebr. VIII. 3. tulit, ut magnus inquit apostolus *. Idcirco quum Deus esset impassibilis, non recusavit fieri passibilis, ut idem et passus esset et non passus: passus carne, quam de sanctae virginis deiparae utero sumpsit, simulque expertus quidquid inculpabilium adfectionum habet natura, nec non cruciatus quos passionis tempore a crucifixoribus pertulit. Non passus autem, quatenus nihil divina natura patiebatur, dum eius non sine sponte propria corpus discruciabatur. Sic etiam corporaliter pendebat in cruce, in quam se propria potesta-
* Ioh. X. 17. te contulerat, ut ipse Dominus dixit *. Obiit corpore, a neutra tamen humanitatis eius parte discessit deitas, quae tota inerat corpori exanimi in monumento iacenti, totaque simul perseverabat in eius anima ad inferas terrae partes descendente, ubi et iis qui in carcere erant spiritibus veniens praedicavit, ut apostolorum
* I. Petr. III. 19. princeps narrat *.

19. Nemo igitur scandalum nostri causa patiatur, dum peccatis suis quaerit excusationes: neque is qui in peccato persistit, ecclesiam Dei vituperet, quasi ea divisionem in Christi mysterio doceat. Nemo nonnullas perperam intelligens patrum auctoritates, vel eas distorquens, perverse aliquid adversus veritatem concludat: idque iis praecipue dicitur, qui beatum Leonem romanum antistitem eiusque verba temere et inique scandalo habent (1). Epistolae eius testimonia deinceps recitabimus (2), rectam eorum exponentes sententiam, ut evidenter demonstremus orthodoxam illius fidem, atque ut eos pudore adficiamus, qui Leonem Nestorio favere praesumunt. Quod si forte vos (in Christo Iesu dico) contrarium aliquid intellectui vestro in nostro scripto deprehenderitis, ne quaeso id significare cunctemini, quidquid nempe vobis libuerit, magisque accuratam dubiorum vestrorum solutionem exquirite. Namque et magnus Athanasius aequum esse iudicavit, eos non repellere, qui quod dicunt, recto sensu explicant. Sic enim ipse docet in sua ad Eusebium, Lucinianum, et socios (3) epistola: « vos ergo, qui haec » omnia profitemini, ne quaeso illos qui » eadem profitentur damnetis; sed voca» bula ab illis adhibita explicate; neque » his inconsideratis, auctores repellatis; » immo vero eos exorate, iisque suadete, » ut conciliare sententias velint. »

20. Quum ergo exploratum sit, coram tremendo Christi tribunali, ubi actus nostri omnes, verba, et cogitationes iudicabuntur, quidquid hactenus audientibus diximus prolatum iri, date operam, venerabiles Fratres, ut vinculum perfectionis * * Coloss. III. 14.
pacisque concordiam teneatis, quo unum corpus esse possitis et unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestrae: atque ut in uno Domino, una fide, uno baptismo glorificare Deum possimus patrem domini nostri Iesu Christi, eiusque unigenitum Verbum, et sanctum Spiritum, qui ex illorum substantia est; in eodem inquam ovili, in superna ecclesia primogenitorum in caelis conscriptorum; ubi habitant omnes qui eodem fruuntur domino nostro Iesu Christo, cui honor in aeternum. Amen.

(1) Reapse adhuc Armenii eutychiani, id est monophysismi adseclae, cogunt levitas ordinandos iurare in formulam, qua detestantur concilium chalcedonense et Leonem romanum. Videsis Le-Brunium expl. Miss. T. III. p. 16. Nec immerito. Etenim nemo saepius aut validius Leone Eutychem arguit in sermonibus atque epistolis.

(2) Desunt nunc (omissa ab amanuensibus) in calce praesentis epistolae haec testimonia sive auctoritates, quibus dogmatica scripta communiri solebant. Idem accidit epistolae Leonis PP. ad Flavianum, cui desunt testimonia (in codd. et in edd.) ab eo promissa. Item desunt testimonia in fine actionis IX. Leontii de sectis, quae nos tamen in vat. codice nuper invenimus.

(3) Non videbam huius tituli epistolam inter edita Athanasii scripta.

DE DOGMATICA PANOPLIA

MONITUM.

Chalcedonense concilium, definito contra Eutychianos aliosque haereticos duarum unitarum in Christo naturarum dogmate, contumacibus plurimis ansam obtulit discidium ab ecclesiae unitate faciendi; ideoque totus paene oriens cum Aegypto religiosis his turbis convulsus fuit. Rem prae ceteris lucide narrat chaldaeus Ebediesus in suo de veritate christianae religionis opere (quod nos edidimus Script. vet. T. X.) tract. III. cap. 4, *ubi agitur de sectarum divisione, qui locus non sine fructu a studiosis legetur. Exinde enim extiterunt* 1. *Orthodoxi, qui duas unitas Christi naturas, unamque personam;* 2. *Iacobitae qui naturam unam unamque personam;* 3. *Nestoriani, qui duas seorsum Christi naturas, duasque personas credunt. Porro ut multi rectam chalcedonensis concilii doctrinam oppugnare tunc coeperunt, ita non segnius orthodoxi scriptores ad illius defensionem certatim incubuerunt. Atque inter primos prodiens in aciem Ephraemius patriarcha antiochenus, pluribus editis scriptis, quorum ampla excerpta dat Photius codd.* 228. *et* 229, *chalcedonensem definitionem, atque epistolam Leonis romani fortiter defendit. Deinde Eulogius patriarcha alexandrinus non uno pariter scripto apologiam synodi et Leonis romani plenissimam fecit* (1); *cuius item copiosa excerpta Photius codd.* 225. 226. *et* 230, *nobis conservavit. Tertiam saeculo sexto defensionem praedicti concilii scripsit Leontius byzantinus, quae inter edita eius opuscula superest. Quartum pro eadem synodo tractatum saeculo item sexto Iohannis caesariensis habemus in codice vaticano syriaco* 140, *sumptum videlicet ex graeco auctoris textu qui periit. Ex hoc nos Iohannis caesariensis opere permulta excerpsimus S. Cyrilli ab eo citati fragmenta inedita, quae latine in hoc ipso volumine contexuimus. Quintum video pro concilio chalcedonensi opusculum Nicetae byzantini saeculo nono scriptum, in Allatii Graeciae orthodoxae priore tomo.*

Ego vero ante hos annos videram in codice vat. latino 7153, *qui ex miscellis scriptis conficitur, graecum insertum chartarum octo bombycinarum fragmentum, grandioris moduli, binis digestum laterculis; verumtamen non capite tantum, sed fine quoque truncatum. Etenim tres complectebatur quaestiones a XVI. ad XVIII, quae desinebat in mutilam Gelasii papae epistolam. Iamque ego fragmentum hoc spatiosum, cum interpretatione mea latina scholiisque, prelo supponebam, cum ecce bibliothecae vaticanae graecos aliquos codices nuper lustrans, praedicti tractatus partem ceteram, immo et multo maiorem, eadem plane manu scriptam in codice graeco vat.* 1904. *mirabundus nactus sum; nec nisi supino bibliopegi errore factum cognovi, ut quaternio ille a reliquo corpore avulsus inter latinos tam longe codices sub numero* 7153. *transferretur. Ergo rursus compositis huius Absyrti membris, tum operis titulum legi, tum etiam simul comperi quinque adhuc quaestiones in media operis lacuna desiderari, id est XI. XII. XIII. XIV. XV., quae ut aliquando pari casus felicitate emergant, optandum est. Et titulus quidem operis bis circa finem legitur* δογματικὴ πανοπλία, *ut suis locis adnotabimus: partes autem in medio scripto ut dixi adhuc hiant, in postremo tamen volumine coalescunt: namque et Gelasii epistola ab inventis postea foliis completur.*

Age vero dogmaticas panoplias in impressis libris duas habemus, primam Euthymii Zygabeni; alteram titulo aliquantum variantem, sed re parem, Nicetae nimirum choniatae thesaurum orthodoxae fidei, cuius quinque libros priores latine tantum gallus Morellius edidit, nos vero posteriorum librorum lautas partes in romano Spicilegio T. IV. graecè protulimus. Attamen neutrum opus, sive Euthymii sive Nicetae, cum hac de qua loquimur panoplia conspirat. Iam quisnam fuerit huius

(1) Graviter erat Schottus Photii interpres in cod. 226. Dicit Photius Eulogium posuisse initio sui apologetici (vel sibi scopum fecisse) tomum (id est epistolam) Leonis PP., quem calumniis Acephali appetebant: προτίθεται δὲ αὐτῷ τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα Λέοντος ὁ τόμος ἐπηρεαζόμενος μὲν καὶ συκοφαντούμενος ὑπὸ Ἀκεφάλων. Schottus autem hermeneuticae simul et chronologiae immemor (fuit enim Eulogius saeculo et amplius iunior Leone) sic perverse reddit: *inscribit vero librum primum pontifici Leoni, accusatus ac reprehensus ab Acephalis.* Mitto alias ibi falsissimas interpretationes, veluti ἀθέωσις τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, *absolutio a chalcedonensi synodo*, pro *defensio chalc. synodi.* Et Εὐλόγιος μονῆς ἡγήσατο τῆς παναγίας θεοτόκου: *Eulogius solius deiparae Virginis cultu adductus*, pro *Eulogius monasterii praeses fuerat sanctissimae Deiparae.* Mitto inquam cetera, ne extra meum propositum vager.

*

